



8354

my name

F. S. M.

270550

SOUTHERN RAIN-70 -

ATTN
3328

H-21789 R-34947

ATN
3368

ÆLIAN.

TONII NEBRISSEN,

SIS RERVM A FERNANDO ET

Elisabe Hispaniaræ felicissimis Regibus gesta
rū Decades due, Necnō belli Naugicis
libri duo, nūc secundo editi, & exa
ctiore vigilatia ad prototy

pi fidē recogniti, &

emendati.

Commissario

Diclo el

an

Ba

lue de
res mea



Imperiali cion Privilegio.

ANNO. 1550.

Conquista de Sora por los Reyes ca-
tolicos - fol. 133: c. 7.

Sículo de los Reyes Catolicos - fol. 98 y 102.
Sículo o Masino Sículo; lib. 20: fol. 152:
p. 2. y fol. 179. pag. t: Tuzita. quinta
part. de los Anales de Aragon: lib. 20:
c. 99: fol. 347. col. t: Cap. 68. fol. 337-c.
2.



SOPHILIPPO
AVGVSTO HISPANIA
RVM PRINCIPICAROLICAESA
ris Quinti filio Xanthus Nebrisſenſis.S.



TI SI CATHOLICO-
rū Regū Historiam à patre meo
conscriptam, multorum etiam ex-
flagitionibus reluctatus, hactenus
typis excudere distulerā, tamen
cum nullum commodius tempus,
nullaq; felicior occasio ad id ex-
quendam se offerre posset, quam
qd ic Principe, suis auspicijs, tuoq; nomine i lucē ederetur, nō
amplius cūcū adū existimāui, quin qd alij optatissimū & pa-
rēti meo maxime honorificū videbatur, tuo nomini sacraū
emittirē. Neq; vero Celsitudini tue magis cōsentaneū quic
quā esse duxerim, quā si librū hūc quo Proauorū tuorū mos
numēta velut in sacrario reposita continētur, tuendū fōrcidū
q; sustipias, certe Proauis ipfis tuis nibil gratius, quā si id ē
tide & suolnas, & legas. Etenim si Reges ipfis & Princi-
pes dū à negotiorū tumultu vacare datur) interim philosof
phari nō dedecet, imo hēc etiā res eorū dignitatē maxime cō
mēdat, pfecto partē illā, que in gestis fortī virorū narrā
dis versatur, quā historiā dicimus, Principū cruditioni viis

liorē, & reliquæ philosophie anteponēdā esse, pleriq; sapientes censuerunt. Quis enim dubitat ad res optimas exequendas, vehementius exemplis, quā rationibus animū excitari?

Quod si virorum illustrium res fortiter gestae legentem vel incidunt, vel cōfirmant, quanto Celsitudini tue anim⁹ ad ea legenda, que maioremstū cunctā viuēsi orbis Christiani admiratione fecerint, alacrior est futurus? Nullū tisbi melius, nullum efficacius exemplar ob oculos proponi, nullum vehementius classicum canere poterit ad animum excitandum, quam rerum à Provinciis gestarum vel lectis, vel recordatio. Fecerunt illi quidē, vt posteris suis regnū hereditatē cū multarum urbium, & provinciarū (quas ab hostiū tyramide vendicarū acceſſione propagarent, vt pacata rē publicā optimis & institutis & legibus ornata relinqueret, illud tamē Celsitudini tue & felicius & gloriōsus existimatū est, si cum regnorum successione, virtutem quoq; quā hæc omnia efficerūt, quasi hereditario iure posseſſam, retineas. Quorū si vitam & acta consideres, ampliorēntis bi ad imitandū virtutū congcritē, quā ad imperandū regnos rū ditionem relictā inuenies. In quo enim Regum sic passeriter vīgiſſe admirabimur, ī negotiorū difficultate cōſtatia ī rērū angustiā magnanimitatē, ī necessitate consiliū, ī dubijs prudentiam, in aduersis fortitudinem, in proſperis modestiam, in praelijs industrian, in victoria clementiam, in pace & quietatem, in omnibus deniq; invictū animum. Adeo etiam illud, quo ceteris omnibus preſtiterunt, quod eximiam fortitudinem cum egregia pietate copularunt. Nulla enim unquam bella suscepserunt, in quibus non magis reipublicā utilitati,

etq; Christiane religiois, cuius amantissimi obseruatijsimq;
fuerint, decori, quam suis priuatis commodis confiduisse vi
si sunt. Et ego quidem hæc breviter non perstringisse, intā
torum Regum commendatione non potui, vt animo meo mo
rem gererem, cui diutius in eorum laudibus immorari incun
dius foret. Tantorum igitur Principum res gestas, Pater
mens ipsius Fernandi iussu & autoritate dum literis manda
re vellet, perpetuā seriem à principio regni ad exitum usq;
vitæ contexere, per temporis breuitatem nō potuit. Extre
mo enim ferè tempore Ferdinandi Regis, quo bellum Naua
riense cœptum est, historiā scribere aggressus, quæ deinceps
gesta sunt, continuo ductu absoluit, & aliqua autem dum à prin
cipio repetere, & cum his coniungere festinaret, morte præ
uentus imperfecta & aliquot locis interrupta reliquit.

Quæ ego non aliunde supplere, aut resarcire ausus sum, sed
eo modo, quo ab eo scripta inueni, & edenda curavi. Accipe igi
tur Princeps Auguste tuorū Proavorū historiam, & offe
rentis animam in primis intuire, quorum enim gesta non si
ne suavitate maxima ab omnibus audiuntur, hæc patris mei
scriptis contenta, dum tui nominis autoritate præmuniuntur,
& audius multo legentur, & cum honore maximo, quicm à
te maioribus tuis deferri par est, exhibunt in lucem. Vale.

Ex officina nostra literaria apud inclytam Granatam.

Anno Millefimo Quingentesimo Quadragesimo Quinto,
Calendis Decembris.

AD PHILIPPVM HV
Spaniorum Principem carmen.

Philippe, non uno quidem, sed omnibus
Per digneregnis, qui fit, ut
Oblivione linda Hispanorum bonos
Impure carpatur latens?
Et nocte longa luc vsg; pressus, lumine
Ceruerit? an quod defuit
Nostris sua olim laus, vel ampli nominis
Celebritas? an quod mari,
Terraq; non res gesserint perennibus
Chartis reponendas nibil
Tale obstat, ut ne addamur astris et polo.
Nam sine laude virium,
Seu Marte prospero vetusta secula
Certent, feremus portinus
Primas, nec vlla glorie amplitudine
Cedemus externis locis.
Sed quando scriptorum elegantium manu,
Vatumq; caruimus sonis,
Tactitionitas nostris meritis diu obstitit:
Idem superbae Romuli
Factura proli mi, quod egisset, modo
Chartae fideles proderent.

ÆLIAN-

TONII NEBRISSEN.

SIS EX GRAMMATICO ET RHE-

tore Historiographi Regij ad Clariss. Hispania
rum atq; viriusq; Sicilie insularūq; mas-
ris nostri moderatorē Ferdinādū
diuinatio in scribenda hisz.
Historia incipit.



ON possum non magnis acere tuum de me
iudicium clarissime Princeps, qd' ex tata do-
ctissimorū virorū copia, qui per omne di-
tionis tuae imperiū diffusi sunt, me potissim
mū delegeris, cui immortaliatus gesta la-
tino sermone describenda mandares. Vr cor tamē, ne hoc
tuo delectu habendo tale aliquid tibi cu. ncris: quale Alexan-
dro Macedonum Regi, Illi namque, vt scis, post superatā
omnem Asiam & Aegyptum magni cognomen adepius edi-
cto publice vcnuit, ne quisquam ex coloribus imaginem sus-
cipiat, nisi Apelles. Nemo ex typis arcā duceret,
nisi Lysippus. Nemo in anulorum vsus gemmis in scalpes-
ret, nisi Prgoteles: cum essent illi tres quisq; in sua arte emi-
nēssimus: Hoc nimirū fanigeratus ille vir faciebat sapiē-
tissime, ne quisquam opifex artis imperitia quicquā ex vera fa-
cie depravaret. Qd' si fuisset Alexādr̄ tā solers in nomiū.

DIVINATIO

dis autoribus, qui literis mandarent res ab eo gestas, & vi-
ctorias, quibus totum prope orbem terrarū illustravit: quā
fuit in diligendis artificibus, qui lineamenta & corporis du-
ctus effingerent, nihil profecto intanto Principe desiderare
tur, quod ad suam hominis conditionē pertineret. Sed qñ
ita sit, ut nihil vñquā natura omni ex parte absoluere
tā quā ceteris nō sit habitura, si vni cuncta concesserit ille, cui
neq; ingeniu, neq; doctrina, sed neq; rerū usus defuit in cū
etis artibus, q; sunt homine libero dignæ, vñ tantū in re legi-
tur fuisse deceptus. Extata nāq; poētarū, historiorū, orato-
rūq; copia, quibus tūc abūdabat Græcia, vñ Chærilū, dele-
git, qui res à se gestas carmine describeret, cū effet oīm sui
temporis poēta ineptissimus, invitans etiam illum proposita
laboris mercede p singulis versibus aureo Philippo magni
pōderis moneta, quāpater Philippus percuti iussat. Hec
sunt à me clarissime Rextā multis repetita, nō quo velim
me Apelli cōparare ad depingēdos fortunæ tuæ successus in-
credibiles, non Lysippo ad experimēdas ingenuj trai dotes in-
numeratas, nō Pyrgoteli ad scalpendas figēdasq; posteritatis
memoriæ animi tui virtutes. Nō cōmemoro nūc illas, q; sub
fortunæ domino posite sunt, potētia, victoria, felicitas, in
quibus nemo te fuit superior. Nō illas, q; sunt hominis pros-
priæ, qua homo est, tēperātia, fortitudo, māsuetudo, liberali-
tas, comitas, in quibus etiā priuatos excellis, sed illas, que
sunt Regum propriæ, magnificentia, magnitudo animi, cle-
mētia, iustitia, scueritas, grauitas, in cunctos mortales bene-
ficiencia, rerum omnium sub fortuna positarum contemptus.

D I V I N A T I O.

Quod vero Celsitudotua me prae eacteris delegerit, cuius
honoris tantam rerum molentimponeres, non deerunt, qui
existiment, te non minori fuisse in errore, quam fuerit Alex-
ander, cum nemo sit, qui non iudicet me multo esse Chae-
riolo inferiorem, quippe qui fuerit posteritatis iudicio poetarum
non contemnendus. Sed Alexandrum in tanta doctissimo
rum virorum multitudine, qui tempestate illa floruerunt,
non degessisse optimum, quis non posset iure reprehenderes?

Tu vero Princeps inuictissime, quos habebas Onesicris
toss? quos Callisthenes? quos Clitarchos? quos Aristobulus?
quos Ptolemeos? quo salios complices viros crudelissimos
iuniorum Comites, ut in deligendo historiographo non facili
ejet ista deliberatio? Sed quod apud nos huiusmodi viri
non facile reperiuntur, in Italiā puto eundū fuit, ut Angelus
Politianus, ut Picus Miradula, ut Hermolaus Barbarus,
aut ex iis, qui sup sunt, ut Antonius Flaminius, ut Aldus Ro
manus inde ad cisceretur. Non tamē opinor satis tuto peregrini
ni hoībus historiae fides cōcrederetur, Italis maxime nullius
rei magis (quam gloriae) auaris. Inuidēt nobis laudē, indignan
tur, quod illis imperitemus: cōcurarūt inter se oēs odisse pere
grinos, nosq; Barbaros, opicosq; vocates infamia appellatiōe
fēdat. Quodq; M. Cato ad filium de Grecis scribēs. possum⁹
Et nos de Italīs dicere, quā docūq; gēs ista nobis literas da
bit, oīa corrūpet. An qui latīnae linguae alterū lumen Quin
tilianum, qui Siliū Italicū, quos Hispanos fuisse cōstat, qui
alios cōplures, non veritate legem Fannīā de plagiis extor
querē conātur, purē ac sincrē Hispanarū rerū historiā pro

DIVINATIO

sequentur? Quid? qd res nostræ non minus ignotæ sunt illis, quā nobis italicæ, atq; (vt est in adagio illo vulgari) Multo callidior est insipiens domi sue, quā sapiens alienæ. Sed esto equo illis ac nobis res Hispaniae sint nota, utri magis ex animo res ipsas scribēt illi, qui simulat e cuiusdam libertatis amore Regiū nomē odere, regūq; imperia detrectat, an nos, qui sine Regibus degere nescimus, qui religiose Reges salutare consueuimus, de quorum salute nō minus quā de nostra solliciti sumus, quos non minori obseruantia colim⁹, quā ducē suū apicule? Et quoniam, vt inquit poeta, vitijs nemo sine na scitur, optimusq; ille est, qui minimis vrgetur, vt et villam i tiorē in p̄tē nominabit, qui diligit, an quine negligit? Pater qui strabonē filiū amat, petum vocat varum eum, qui sit va tia, sine cōpernis. Apelles ille (nūquā satis in arte pingendi Landatus) cū Antigoni Regis imaginē pingeret, qui alterolu mine orbatus erat, catagraphā, id est, obliquā fecit, vt quod corpori deerat, picturae potius deesse videretur, tātumq; ab honestiori parte ostendit, cum posset totā ostendere. Erit ita q; historia tanquā pictura pulchra extollet: turpia, si tolerabiliā sunt, dissimilabit: si latere non possunt, mitiori vocabu lo nominabit, fallatq; poti⁹ virtū specie virtutis & umbra, quam is, qui sit fortis, à timido vocetur audax, ab audaci ti midus. At qui dicet quāspidā prima historiæ virt⁹ est, vt ve raneret. Sit ita sane, sed si paululū est à veritate declinā dū, quia non est cuiusq; mediū assē qui, tūtius alq; magis inge nuū in favorabiliorē partē declinare. Quādo igitur ab Ita lia his rationibus excludimur, forsitan ex Pānonia aut ex Ger

DIVINATIO.

mania, aut ex Gallia suppetias implorabim⁹? Quid? si apud nationes illas non minus literatorū hominū penuria est, quā in Hispania? Quid igitur in tātarerum difficultate faciendū fuit? Nimirū, ut si opūmī nō possunt, eligātur tolerabiles, aut minus mali. Hæc forsan cause Princeps sapientissime in mediocris literatiorē hominem impegit. Qui si non sumus ex prima classe, possumus tamē in secunda cēscri, & si nō possumus magnitudinē rerū gestarū st̄lo cœquare, at certe conabimur, ut imbecillitatē nostrā atq; ingenij paruitatē studio ac diligentia cōpēsemus. Et si latinas literas in Latio nō didicimus, nec in Sarmatia quidē, sed in Bætica, quæ, ut inquit Strabo, prima omniū Hispanorū se in Romanos risus & lingua trāsformauit. Etsi Romanū sermonē Roma non didicimus, nec Lilybæi quidē, sed Bononiae, urbes cilijs et omniū bonarū artiū altrice. Neq; adeò si musarū sonū aborrem⁹, vt nō simus corriiales Columelle, Catulo, Sisilio, Heline, duobus Senecis, vnicōq; Lucano, alijsq; pōtiss Cordubensibus, quoniam scribat Cicero pingue quiddā illos & peregrinū sonare. Quid? quod his in rebus, quas scripsi sumus, aut ipsi interficiamus, cum gerentur, aut ab ihs, qui interfuerunt accepimus: & quas diuinarem fore, vt ali quādo hanc operam naturus essem, ita omnia inquirebam, omnia explorabam, omnia notabam. Vale Princeps clementissime, quo sospite nunquam res Hispana detrimentum patietur. Ex municipio Complutensi ad idus Aprilis.
Anno salutis Christianæ. M. D. I X.

ÆLII AN TONII NEBRISSEN.

SIS EX GRAMMATICO ET RHE
tore historiographi Regij ad benenolum candi-
dumq; lectorem, vt Ferdinandi & Elisä
bes Principum auspicijs præclara-
re res gestas legat ex-
hortatio.



VLLVM FVIT TEM-
pus candide lector, in quo res Hispani-
ae ab idoneis scriptoribus magis il-
lustrari cuperent, qua illud, in quo
nostrare spu. Ferdinando & Elisa-
be Principibus administrata est.

Nunquam enim ad etatem nostram
Hispania finitimus, nunquam longinquis nationibus arma-
circumfulit, quin potius ediuerso semper exterarum gentium
prædafuit. Atq; vt à cataclysmo illo ingenti exordiamur,
in quo totus orbis terrarum aquæ obrutus est, ac præter illas
octo animas, quas literæ sacræ cōmemorant, omne mortale
genus intercidit. Iubal sive Tubal, nam de nomine inter au-
tores non satis constat, primus in Hispaniam venit missus à

AD L E C T O R E M.

Noa, quem Berosus Chaldaeus Ianum patrē interpretatur, sub quo diluvies illa fuit memorabilis. Is Iubal regnare orsus est in Hispania anno post diluvium circiter centesimo quinquegesimo, ante salutem vero Christianam supra bis millesimo centesimo septuagesimo, regnauitq; annos centum quinquequaginta quattuor, cuius anno centesimo sextodecimo ipse Noe venit in Hispaniam, ubi duas urbes condidit Nōclan & Nōegam, priorem in Galicia, qua ex nomine natus sue Iapeti uxoris cognominavit, alteram in Asturibus dictam ex nomine alterius sue natus Chami uxoris. Iubali succedit Iberus, ex cuius nomine dicta putatur Iberia, atq; Iberus annis. Cui rōsus Iubalda, a quo mons Iubeda cognominatus, qui postea dictus est Aucensis supra Burgos. xxx. millia passuum, in quo sedem regni sui fixisse, auctor est Berosus. Atq; ita deinceps ex eadem familia Reges alij successerunt, de quibus aliubi differimus, & quo ordine apud Celberos rerum potiti sunt. Curetes præterea Iouis educatores Gargoro Duce ex Creta in Iberiam venere, qui Tarthesios saltu occupato. iij. millibus passuum a Calpe Tartessi, que postea cognominata est Carteia, regnauerunt, vnde totam prouinciam moderati sunt. Eo in saltu bellum contra gigantes per ea tempora gestum est: quod, quemadmodum poëta dicunt, postea in Thessalia fuit finitum. Gargoro deinde successit Abydus ex filio nepos, atq; deinceps alij Reges ex eadem familia, donec ad Arganthonium ventum est, quem regnasse annos. lxxx. vixisse auncm. cl. auctores sunt

E X O R T A T I O.

Anacreon, Herodotus, Strabo, & ex Latinis Cicero, Vasio
Ierius, Plinius, alijsq; complures. Ante excidium Troiae
annos prope. C. C. quo tempore Israelicum populum iudei
cabat Debora cum Baracho, qui fuit ante salutem Christia-
nam annus millesimus circiter quadragegesimus, Dio-
nysius, qui & Liber pater est cognominatus, cum exers-
itu in Hispaniam venit, non tam dominationis cupid-
itate, quā ut patrem gloriam reportaret ei, quam ex su-
perata India retulerat. Itaque victor nullum aliud sui
aduentus apud nos vestigium reliquit, quam quod in Ba-
tica inter aestuaria Batis fluminis Nebrissem patriam
meam condidit, quodque ex Lysia itineris sui comite ac
focio Lysitaniam appellavit, atque (vix in alijs multis) ypsis
lo verso in. u. vocalem postea cognominata est Lusitas-
mia. Eodem preterreattempore Zacynthi, & ipsi quos
que Herculis Comites ex Zacyntho maris Ionij insula
non procul à Cephalonia, quam superioribus annis exers-
citus noster expugnauit, Hispaniam petiere, qui Sagun-
to urbe condita, Diana, quam ex patria secuti aduxer-
rant, templum insigne construxerunt. Cuins religione
inductus Hannibal, cum oppidum expugnaretur, insit par-
ci & templo & ijs, qui se in templum receperant, aus-
tor est Plinius: qui etiam addit, abhuc suo tempore duz-
rasse trabes ex iuniperō, quibus templi contignatio erat
contexta. Post Liberum patrem annos prope centum
sub tempus Gedeonis iudicis Isracl Hercules, quicunque

AD LECTOREM.

tandem ille fuerit, Hispaniam illustravit, qui superato
Gerione victor in patrum redit, Cereranus via sua eos
mutibus relictis, qui Pyrenaei montis radices incolues
runt. Nam quod de Pyrenei nympha ab Hercule como-
pressa Silius Italicus prodit, tanquam fabulam Plinius excludit. Illa vero, que de Caco sive Caio mon-
te, & de Hispano, Liberia Pyrraque dicuntur, à nu-
giendo quodam fabulatore confictas sunt. Troia enor-
sa ex Græcorum reliquis complures eodem quoque tem-
pore in Hispaniam navigarunt, atque in primis Diome-
des Tydei Actolorum Regis filius, qui post excidium
Troie cum comperisset Aegialam uxorem à Cilleboro
Stheneli filio adulteratam, præ pudore in Italiam migra-
uit, conditaque in Appulia urbe Argirippa, atque inde
in Hispaniam prouectus Tyden in Gallicia urbem ex
nomine Tydei patris sui dictam fundauit, populoque
inter Minium & Lethen fluvios rexit, quos nomine
corrupto pro Graüs, hoc est, Grecis. u. littora interies-
ta Grauios dixerunt. Sub idem quoque tempus
Teucer Telamonis filius, atque Aiakis frater, quos pas-
ter ad bellum Troianum miserrat ea lege, ut alter sine
altero non rediret, mortuo Aiace cum a patre in pa-
triā non recipetur, in Cyprum navigavit, ubi Salamine
urbe cōditā in Hispaniam prouectus, Carthaginem nouam,
que & Spartaria cognominata est, à fidamētis excitatuit,
quā postea Hasdrubal Carthaginēsū Dux restituit. Teuci

EXORTATIO.

etiam Comites Hellen & Amphilochus in Galliciam in de proscili duo consideravit oppida ex suis nominibus appellata. Vlysses præterea in decennali illo suo er ore Hispanie exteriores lustravit oras, ubi Olyssiponem urbem ex suo nomine cognominatam fundavit, atque ibi Minerue, quam peculiariter colebat, templum erexit. Autor est Asclepiades Myrleanus, qui in Tur detania provincia Bætice literary ludi magister fuit.

Is monumenta quædam de Vlyssis errore in templo illo se vidisse commemorat, pormas suspensas & aplastræ, rostraque navalia. Per idem tempus, quem admodum dū scribit Silius Italicus, Astur armiger Memnonis, quem Titonus ex Auriga genuit, in Hispaniam quoque nambus est appulsus, ubi Asturice virbi a se conditæ, atque Asturibus nomen ex suo nomine communicauit. In eam dem quoque Hispaniam Iberes Astæ populos Albanis Colchisque finitimos venisse, autor est. M. Varro.

Sunt tamen, qui dicant nostros in Asiaticam Iberiam penetrasse, quod est consentaneum ei, quod in parte superiori de Ibero Rege scripsimus, ut in dubio relinquatur, utri populi alteris nomen indiderint. EX Asia quoque in Hispaniam nauigauere Phœnices octingentis annis ante Christianam salutem, quo tempore maris imperio potiri sunt. Causa vero hic nauigandi fuit incircum permundarum ratio (awi maxime & argenti & æris) que ex incendio Pyrenæi montis fluxisse, autor est Diodorus

AD LECTOREM.

Diodorus Siculus. Cōdiderunt etiam in eanavigatione urbes quā plurimas: in insulis Hispanie adiacētib⁹ utrasq; Baleares, hoc est maiorē minoreq; utrāq; Pityusam; id est, Ebusum & Ophiusā: & in oceano exteriori Gades Herulis cognominatas. In continentī quoq; in nostri maris ora Mellariā, Malacam, Hexos, Abdcrā. Ex Phocide inter Atticam & Beticam regione penetrauerunt in Hispaniam Greci, urbēq; in collimitio Bētice & Tarraconensis provincie fundauerunt Castidonem ex nomine Castali⁹ fontis in monte Parnasso, à quo nūse Castalides cognominatae sunt. Ex eadem urbe Hānibal uxorem duxit Hamilcē, ex qua natus est illi Aspar in obsidione Sagunti. Massilienses etiā Phocensibus oriundi Emporias Indigetorum urbē, & quā nō longē Rhodij Rhodē, cōdiderunt. Lacædemoni⁹ quoq; Laconim⁹ gos & Laconiū in Bētica & alterum Lasconiū in Lusitania posuere. Venere præterea varijs tēpōzrib⁹ Perſe, Massagetes, Sarmatæ, Celte, qui per omniē Hispaniam oppida cōplura excitarunt. Annos circiter tertcentos ante Christianam salutem Gaditani cum terra mariq; florarent, atq; illorum potentia inuidiosa foret, à finitimis bello lacerissi supprias à Cartaginensisibus petierunt, quinō mos do consanguineis supplicibus opitulati sunt, sed & Hispanis bellum intulere. Quo deinceps cum validiori exercitu Barcam deinde Hamilcarem Duces suos miserunt. Hic per annos nouem magnis rebus gestis in insidias ab hostibus illectus occiditur. In huius locum Hasdrubal gener est substitutus, qui & ipso octo annis omnem Hispaniam usq;

EXHORTATIO.

ad Iberiū anno Carthaginensium dicitur subegit, & foedus cū Romanis renouavit, ut Iberus finis esset viriusq; im-
perij, Saguntinis, qui in parte Carthaginensiū erāt excep-
ptis, ppterēa quod eo tēpore in societate Romanorū fuc-
rāt recepti. Sed et Hasdrubal à seruo, qui vt morte domini
victisceretur, occisus est. In eius locū Hannibal Hamilcaris fi-
lius Imperator ab exercitu salutatus succedit, qui Sagunto ex-
pugnata, quod reliquū fuerat Romanorū suo Imperio adie-
cit. Circā ipsa belli Punici secūdi initia. Cn. & P. Scipiones
in Hispaniā cū exercitu à Romanis misi; primo adūctū ma-
gnā prouinciae partē in studia partesq; Romanorū flexere.
Sed illis occisi scū omnia esset incerta, nemoq; inueniretur,
qui succedere illis vellet. P. Scipio. P. Scipionis nuper occisi
filius, q; postea Aphricanus est cognominatus, Imperiū sibi
depoposcit, atq; in Hispaniā profectus exclusis Carthaginē-
sibus in iuersam populo Romano restituit. Atq; ita sub Ro-
manorū dñatione fuit ad Gothorū, Vandalarū, Alanorūq;
tēpora annos propemodū sexcentos. Hos Roderico ultimo
Gothorū Rege fugarūt, atq; Hispaniarū possessiōe spolia
uere Paenī Matriq; : qui totā ferē aut magna ex parte per
armos circiter septingētos quinquagintatenuere, quoad no-
stra estate ducta atq; auspicijs optimorū Principū Ferdinan-
di & Elisabes pulsi sunt, atq; Hispaniatota sibi ipsi resti-
tuta est. Quod vero Plato in eo dialogo, qui Timaeus ins-
scribit, atque iterū in volumine, quod de bello Atlantico
scribit, Atlantes ex Erythea insula Hispaniæ adiacēti per
Gallia Italiāq; cum magno exercitu omnia populates inaq-

E X C V S A T O R I A.

siue Athenas, atq; tandem ab Atheniensibus fusos deletosq; totum
 hoc cōmentitiū videri potest, quāquā Plato, nō ut fabula
 sed quasi verā historiā se narrare testetur. Nū neq; que
 sit Erythreainsula Cratibus cōtingua ego video, neq; alios
 Atlantes noui, nisi qui sunt in Aphrice cōtinēti. Nisi forte
 quod refert Plinius, in totum abstulit terras mare, quod
 nunc Atlanticum dicitur. Illud prēterea quod in historia,
 quā vocatē generalē, vulgo legitur, venisse in Hispaniā ne
 scio quos Almonides: nemo arbitrör dicet mihi, qui sunt illi,
 aut quid egerint, aut quo postea concesserint. Quin potius
 ausim affirmare, nunquā fuisse tale genu hominū, sed totū
 fuisse confictum ab aliquo fabularū cōcinnatore. Nisi forte
 quisquā vellit dicere sumptum esse illud ex Ovidio, qui in
 quintodecimo transmutationum volumine scribit Mamilianum
 Almonidē ex Grecia in Italiam per traxisse, ibique Croto-
 nem verbē cōdidisse, licetq; historico atq; poëtae, vnde cōg-
 accepta materia summ opus contexere. Nam quod Diodes
 Siculus scribit accolas Sicoris fluminis Hispani, qui
 agrū Ille densē rigat, venisse in Sicilię, atq; ē suo flamine
 Sicaniē nomen illi indidisse, cui Scrivius quoq; grammaticus
 astipulatur: quid si magis credi oporteat Solino & Mar-
 tiano, qui à Sicano Rege ante bellū Trojanitē porata eonans
 trigātū, ut regnaret, dictā fuisse putati? Sed esto, Hispani Si-
 coris accolae venerint in Siciliam, hæc erit rora amis in ter-
 ris, nūq; similimacizno, quē admodū ab hinc annos dñe
 tot aut nō multo amplius Tarragonē se ad Imperium accidē-
 sūt, & ab hinc dño de septuaginta Alybontas corūdēti.

EXHORTATIO.

Rex fortunatissimus huius nostri Ferdinandi Regis patrius
Neapolitanorum, atque Appulorum regno potitus est. Sed
vnde obsecro tanta ignorantia nostrorum animos occupauit, ut
per totum orum volumen non modo non laetassentur bello
exteris nationes, sed neque se ipsum ab hostium incursum tutati
sint? Quo minus ignoscendum nobis est, quod non arma, non
equi, non comedatus, non reliqua belli inservientia, non denique
animus ad propulsandas atque etiam ad inferendas iniurias
deest. Quid quod ea est regionis natura, ut ab omnibus latere
re munita sit hinc mari nostro, illinc Atlantico atque Britanis
eo, atque ubi continent adneicitur arduis praeruptisque montis
bus inaccessibilis. Hispanie, inquit Florus, nunquam animus
fuit aduersum Romanos universae cōsurgere, non quam infer
re vires suas libuit, neque libertatem suam tueri publice, alio=
qui ita vidiique mari Pyrenaeoque vallata est, ut ingenio situs
nec addiri quidem potuerit. Sed antea a Romanis obessa est
quoniam se ipsa cognosceret. Et sola omnium provinciarum vires
suas, posteaquam victa est, intellexit. Hec Florus. Vnde igit
tum tam graui torpore passa est sua regna veterno? An quia
gentes extremae aut soli malignitate, aut finium angustia labo
rantes cum novas sibi quererent sedes, auditaceli clemens
etia atque terrae fertilitate eō se contulerunt, cum ē diuerso indi
genae omnian rerū copia affluentibus nullam haberent causā,
qua illos cogere et patriam deserere? An qui aceterē natio
nes quantumvis liberae Ducibus suis in bello haud grauatae
obtemperant, facilimeque sub disciplina militari continentur?
Ex quo fit, ut milites neque tam crebros comedatus petat, neque

AD LECTOREM.

sint autem sacerdotes, aut stationum suarum descriptores.. At Hispanis ea est animi perniciencia, ut neque cupiditate alijs impeseritandi, neque communis libertatis defendenda causa, neque uitae dulcedine persuasi alteri, quam Regis isto, parere velint. Quare euocari non facile conueniunt, coactaque diu perstare ne queunt. An quia celi vertigine impulsusque syderum ab Ortu ad occasum lege quadam fatali regna transmutantur, idque experimento haud dubio videmus, quod cum ex paradiiso voluptatis, qui ad Orientem Solem a Deo planatus est, primi parentes egressi genus hominum propagassent, primam monarchiam in Assirios, et ab Assirios in Medos, et a Medis in Persas, et a Persis in Macedonias, et a Macedonibus in Romanos et a Romanis in Gallos Germanosque cum celi conuersione translata est. Nunc vero quis est, qui non intelligat, quaque titulus iperius sit in Germania, quem tamquam ipsa esse penes Hispanos principes, qui Italie magna partis atque maris nostris insularum domini iam molitur bella in Africam transmittere, atque missis classibus celi motum secuti iam pertingunt insulas Indorum populis adiacentes. Neque eo contenti alterius orbis magna parte explorata parum abest, ut Hispaniae atque Africæ finis occidens cum orbis terrarum fronte Orientali adiungatur. Sed ut ad nostri sermonis oxordium redeamus, vides amice Lector, quanto se nobis res descripsit, quæ offerant, non modo bella, quæ fuerunt necessaria ad stabilienda Regnum fundamentalium Lusitanis, ut Hispanie daretur unum caput: cum poenis et Gallis ad consuetos resarcendosque sinis, qui fuerant aulsi: cum Italies ad

EXCUSATORIA.

augēdas Imperij vires, cū Indorū insulanis, ad propagādā Christiani nominis religionē. Quid illa domestica & repurgasse religionē, vindicasse reip. vectigalia, hoc est, regale patrimonii ius suū cuiq; reddidisse. Vides inquit quā lōge lateq; pareat rerū scribēdarū cāpus, ut quāquā natura nesciat, ipsa tanē materie amplitudo, indulgētissimq; Principi nostrī favor ingenij vires p quā exiguae excitare posuit.

A E L I I. Antonij Nebriss. historiographi excusatoria prefatio, in qua enumerat difficultates, quae scriptorem rerū gestarū tā Hispanarū quā Hispaniensium ex locorū personarūq; & aliarū rerū tēporis nostri nominibus consequuntur.

Scripturo mihi res Hispanas atq; Hispaniēses, q; Ferdi Niādi atq; Elisabes Principū auxiliis gestae sunt, ingēs quā dā s̄luu accursat, immēsiunq; aperitur opus, & quod ab unius hominis integra etate perfici nō posuit, nedū ab honuine precipitiū iam senio cōfecto. Et quāquā sunt multa, quae mētis meae aciē perstringunt, nihil tamen est, quod me magis a scribēdo deterreat, quā locorū atq; hominū p̄pria nomina, que maiori ex parte usq; adeo sunt aspera & dura, ut nullo cultu moliri, nulla diligētia possint māscere. Accessit alteranō minor difficultas in nominādis latine publicis Magistratibus, cum in plerisq; alia sit nostro tēpore formarē cipu. quam ea que

SHoc in loco in Nebrissensis autographis desideratur folium, quod ab improbo aliquo suffrātū nō dubitatur:

P R A E F A T I O.

clarissima omnium fæminarum atque proinde omni immortali
tate dignissima huius nominis tertia Hispaniarum Regina.
Franciscus Noianus in Sicilia Cephaloditanus Episcopus &
Antonius Geraldinus Apostolicæ sedis logotheta viri pa-
gendi carminibus omniumque, qui apud nos peregrinati
sunt (Petrū martyrem meū semper excipio) eruditissimi, atq;
ingenio propemodū singulari, in epigrapham ad eandem
Reginā scriptis Elisabetā vocabant, quā appellationē ipsa
nō disimilat̄ a uerſabatur. Baptista Manuanus ad hunc
titus alludens ad nōmē Didus Elisan dixit adiectione Bellæ co-
gnomēto. Alifex Euangelio cognominē Zacharie uxori
Elisabet vocitabāt. Quid si nos nō Elisabet, nō forma decli-
nabili extēsione vnius syllabe Elisabetā, nō Elisan Bellā,
nō corrupto nomine Isabelā, sed Elisaben cū doctissimorū
virorum vſu ex declinatione græca dixerimus. Nam cum
sit hæc vox origine Hebraica, eius literatura ex Hebreo
fonte petenda est. Duas omnino huius nominis fæminas in
faciascripturalegimus, alteram in veteri testamēto filiam
Aminadab atque Aaron sacerdotis uxorem, alteram ex
qua, vt Euangelista scribit, Zacharias Ioannem Bap-
ti stam genuit, que prioris illius Elisabes quasi gentilis nos-
men referebat, cum præsertim fuerit ex eadem familia.
Uxor inquit Zacharie fuit de filiabus Aaron, & nos
men eius Elisabe. Sic enim debere scribi, & non per t.
exile, vt græci, vel per th. aspiratum in fine, vt Latini
scribunt, ex Hebraica literatura manifestum est. Inter-
pretaturque Dei mei iuramentum fine Dei mī septima,

PRAEFATIO.

sive Dei mei saturitas. Sabe namque per. sive scriptū , iurās
mentū sive septē significat, per sane vero abundantiam ex
Hieronymo , Remigio , Samuele Talmudista , omnibusq;
Hebreis . Vnde tamen sive.t. exile , sive.th aspiratum in
hoc nomine irreperit, aliubi disputavim⁹. Nos uero interim
cum plerisq; viris doctissimis Elisabe accentu in penultima
accuto eademq; breui ex græcorū regula proferemus , que
etiam si sit breuis, ex græcorum regula ultima existentelon
ga , non patitur accentū in tertia à fine syllabā transferri.

TERTIA DIFFICULTAS á magistratibus.

ER TIA difficultas accessit à nominib⁹ Princeps
cipū Magistratuūq; & officiorū, ex eo quod
apud antiquiores aliae fuerunt rerump. forme
quam sint nostro seculo, atq; proinde ali⁹ Mag
istratus, cum præsertim ex aristocracia Romanorū latine
appellationes in regiam gubernationem sint transferend.e.
Sed sunt quedam nomina latina, que ex aequo Hispanis respon
pondent, vt Regi, Rei : Duci, Duque : Comiti, Conde.
Quædam, cum sint multa, atq; proinde videantur esse dit
urfa, in idem tamen recidunt, vt qui Regum temporibus
sunt Tribunus celerum, sub Consulibus sicut Magister equis
tian, sub Imperioribus Præfectus prætorio, is magistratus
à nostris dicitur Capitan dela guarda, cum alioqui Præ
fectus prætorio sit provocationum ludeo. E diverso idem

EXCV SATORIA.

Nomen aliquando varijs accommodatur officijs , ut Præses
ei qui præsidio tenet arcē, Alcaide vero Punico vocabulo
Hispani vocant . Et ei, qui Vrbem sive Castellum , sive
Montium iuga, vel fances, sive locion alium armis tuerit,
Capitan de guarnicion vulgo dicitur . Qui præterea His-
panie dicuntur Corregidor , urbem sive municipium præsi-
dio tenet, præses est, si rem fisca agit Procurator , si tantum
iuridicū præest, prætor si uiceris fungitur, præcōsul.
Sunt etiam vocabula , quibus nihil in altera gubernatione
respondet , vt ei, quod est Dictator sive Censor apud Ro-
manos , nihil respondet apud nos . et ei , quod est apud nos
Marques aut Almirante , nihil respondet apud Romanos .
Quare in huiusmodi rebus nomina fingenda sunt , vt illum
appellemur Marchionem quasi à Marchia , hunc classis præ-
fectionem , aut si te magis Græca delectant , Naucrarium si-
ue Archialassum dicere licebit . Nam Archimarinus ,
quo aliqui vtuntur , neq; græce neq; latine dicere licebit , cum
nullum sit nomen , quod ex duobus peregrinis componatur .
Atq; idē de alijs rebus est faciendum , que non constant na-
tura , sed hominum arbitrio cotidie immutantur : Ex hoc
generi sunt uestes , arma , naues , vasa , instrumenta , mas-
chine . Tercentum aut non multo plures anni sunt , ex quo
inueniunt est hoc tormenti genus , quam vocat bombardam ,
et in eo genere multæ diuersitates . Sed cum res nuper
inuenias non possis latine dicere , fingenda sunt nomina ,
vt quod vir quidam doctus nimis audacter de ostia Tibes-
rina dixit . Tuisa iacet bombis ardentibus ostia . &c.

DESCRIPTIO.

Alij sulphurarias aut nitrarias machinas, aut aliqui d' tale fin gere ausi sunt. Nam sclopætra, quod à sono dicatur, hoc est, ab spiritu illo sonoro, qui ex buccarū per flatarum cōpreſſu erupit, hanc dubiū est. Cum sit igitur à nobis omniū, que scripteri sumus reddēda ratio, illarū maxime, que possunt lectorum vel auditorum aures offendere, vīsum est, antea quam rem ipsam aggrediamur, causas attingere, cur in cūsmodi nominib⁹ pr̄ter aliorum communē vīsum tanta licentia vīsimus: ne sit nobis necesse, in medio operis cursus suis bac, tametsi non penitus aliena, divertere. Atque imprimis de ijs, que ad locorum rationem, hoc est, ad cosmostographiam pertinent.

DESCRIPTIO. totius Hispanie.



ISPANIA ab omnibus lateribus pelago abluitur, nisi quatenus ab Oriente, qua est angustior, aquarū diuortijs Pyrenæi montis à Gallia distinguitur. Is à Veneris templo, quod est Promontorium prope Illyertos, initium capit: inde in ipsam Hispaniam, hoc est, in Caurian ventum incumbens porrigiur, definit in ora Septentrionalis Occani ad Oceano. Unde ipsius Hispanie Septentrionale incipit latus, tenditque in Zephyrum, id est, Occasion a quinoctidalem per Vasconum, Cantabrorum, Asturum, Callaicosumque littora, terminaturque in Nervio Ariabrorum Promontorio. Ab eo latus Occidentale iuxthauer, rellaque in Aig-

HISPANIÆ.

strum per Calladicam, Lusitanamque oram ad sacrum Promontorium tenditur, deinde per Baeticæ littora hyemalem oreum versus ad freatum Herculeum contrahitur. Inter Calpen Hispanie & Abilam Aphricæ Promontoriam Oceanus ab occasu influit terras, que ante Herculem, quemadmodum est in fabulis, fuerant continentes. Atque itanoro Nofiri maris nomine Hispaniam à leua, à dextra Maurituanum Tingitanam relinquens, ortum æquinoctialem, et quo vltius procedit, magisque Europam vndis obructus, dum se per Bæticæ atque Tarragonensis prouincie oram Meridionalem explicat, Hispaniam contrahit ad Promontorium sisue templum Veneris, unde paulo ante illam fecimus exordium capere. Atque in hunc modum longior quam fuerit eius latitudo, et iuxta Pyrenæum non modo confini Gallia, sed angustior se ipfa, quemadmodum inquit Strabo, exhibet nobis imaginem pelli s' vaccine in solo explicatae. Inferiora Hispaniae in tres partes dividuntur, in Bæticam, Lusitaniam, Tarragonensemq;. Haec ceterior, ille ambo uno nomine Hispania vltior vocitantur Bætica à Septentrione terminatur Anæ fluvio. Ab occasu, Atlantico Oceano, qui interiaret Anæ ostium fretumq; Hercultum. A Meridie mari Nostro, quod est inter fretum et Charidmi Promontorium. Ab oriente vero terminatio linea, que protenditur à Promontorio eodem per Castulonensis vestigia hodie mōstratur, quindecim millibus passuum Occidente æquinoctialem versus à Biatis, deinde recta ad fluuium Anam: ubi est oppidū, quod Oretania vetus cognominatur. Lusitaniam

DESCRIPTIO

à Septentrione terminatur anno Duria, ab ipsius ostio, qua
erumpit in Oceanum Atlanticum flumine aduerso, ad
pontem, qui est è regione ad Septimanas. Ab occasu ter-
minatur pelago Atlantico, quod est inter Durie atq; Ane
fluuium. A Meridie habet latus, quod diximus à Septem-
trione Beticam habere. Ab Oriente terminatur linea re-
cta, que dicitur ab Oretanea veteri ad pontem Durij, qui
nunc est contra Septimanas. Quod reliquum est Hispanie
complectitur provincia Tarracensis, que habet termi-
nos à Septentrione Oceanum Britannicum, ab Oceano
ad Nerium sive Arriborum promontorium. Ab Occasu
littus, quod est inter idem promontorium & Durie ostium
in Atlantico Oceano, & latera orientalia, que diximus
Beticam & Lusitaniam habere. A Meridie terminatur lat-
tere, quod à Septentrione dedimus Lusitanie, & nostri
maris ora, que est inter Charidemi promontorium & Ve-
ncristemplum. Ab oriente habet Pyrenaeos montes, quis
bus diximus Hispaniam à Gallia disternari. Ex his, que
dicta sunt, sonuncitur error illorum, qui can, que nostro
seculo Portugallia dicitur, Lusitaniam appellant: cum Lus-
itania latius pateat, quippe que complectuntur Castram,
Castraceccilia, Castra iulia, Placentiam, Abilam, Salmas-
ticam & eam, que nunc Civitas Roderici nuncupatur.
Atq; è diuerso p̄s illa Tarracensis provincie, que inter
iacet Duriam & Limian, qui alio nomine Lethes quoq;
vocatur, Portogallensium Regi contributa est, quem tax-
men in historia Lusitanorum Regē nominauimus, ita tamen

DE MONTIBVS HISPANIAE

men ut per totum eius potissimum partem intelligamus.
Eadem præterea ratione, qui nomine corrupto nuncupation
Aragonie Rex, Tarragonensem Regem semper in his
istoria diximus: cum alioqui Tarragonensis prouincia præ
ter Beticam & Lusitaniam, omne quod & reliquum est, Hispan
iae continet: apud antiquissimos tamen Romanos Tarrac
onensis tantum vocabatur portio illa brevis, q̄citra Iberū
annem erat, dicta à Tarracone eiusdem regionis urbe no
bilissima. Neq; sunt audiendi, qui futore quodam Bellone
perciti diuinant, aut illa que somniarunt, dicunt se pro cō
perto habere, quod Aragonia dicta sit ab Arago nescio
quo flumine appellato sic ex eo, quod Hercules, quo temp
ore in Hispaniam uenit, ad ripas eius annis aras erexit,
ad quas egit pecudes sacrificatoras: itaq; dictus Arago ab
ara & agendo, vnde sit postea duellum Aragonie nomē.
Hec speciosa dictus sunt, si auctore aliquo vel mediocri des
fendi possent. Quæ vulgo nunc Andaluzia, Gothorum
temperibus à Vandaliis habitatoribus Vandalia nuncupata
ta ea putatur esse, quæ fuerit apud Græcos & Romanos
Bética, & nos totam Beticam Vandalia contineri dis
cimus, sed non idcirco tota Bética est Vandalia. Nam
Mærgi, Mentesa, Vbeta, Bistica Tarragonensi prouinc
iae cedunt, quæ tamen sub Vandalia comprehenduntur.
Portio illa quoq; Beticæ, quæ protenditur inter Aman
flinum montesq; Marianos, quæ Magistratibus duxi Iaco
bi & Traiano ponti contributa est, a nemine in Vans
dalia communeretur. Quare & nos non omnia dabimus

DE MONTIBVS.

antiquitati, sed neq; semper incertū vulgus sequemur: sus
giemus tñ, quoad fieri poterit, barbaras appellatioes, seque
nusq; voces sermoni latino vñstatas, etiā si tanūdē nō va
leant. Itaq; Portugallensiū Regē, Lusitanorū poti⁹ appella
bitus: & Aragonensiū Regē, potius Tarraconensiū: &
Nauiorū, potius Vasconū: & Castellanorū potius Hispa
norū, non ignorātes Lusitanā & Tarracōnēsem & Vasco
niā Latinus patere. Apud antiquissimos sub Hispanie nomis
ne cōtinebatur Narbonensis prouincia Neumasiū vñsc: &
Auencionē, deinde sub Romanis principibus contracti sunt
fines ad Pyrenæum. Atq; iterum Golbi Reges ad terminos
illam priscos extenderūt. Vnde & in concilis, que sub Go
thorū principibus in Hispania sunt habita, Narbanēses &
Bessēses et Carcassēses et Carpētoratēses et Helcnēses &
Beterēses Episcopi nomina sua in decretis sub scripserūt.

De montibus Hispanie.

NT ER Hispanie montes Pyrenæi altitu
dine cæteros excedunt, cognominati, vt Silius
Italicus in primo Punitorum volumine scribit,
a Pyrene nympha Bcbrycis Indigenæ princio
pis filia, quam Hercules illa trajcens violato iure hospis
ej vitavit. Aut si quis non admittit poëtarum fabulas, quæ
admodum Plinius, qui testio libro naturalis historie scri
bit totum illud de Pyrene fabulosum esse, credat Diodoro
Siculo: qui libro bibliotheces prodit, dictos Pyreneos
esse à pyr vocabulo græco, quod latine vertitur ignis, quo
montes illi diu conflagrariunt. Hi, sicut in superioribus dis

HISPANIAE.

Etiam est postea quam à templo Veneris ad Oceanē distet
 minorū Galias ab Hispania per Cantabros & Asturias
 māritimōs porrecti occidentē & quincentiā versus, in Gal-
 licia standē evanescunt. Idē præterea mōtes ab ortu solis in
 occasione porrigit brachium per mediā Hispanie longitudis
 nē paribus internalis ad eos, quos diximus pertédi per orā
 maritimā ab Oceano in Galiciā. Hoe Pyrenæi brachium
 distinguit Hispanos, ut hi vocentur Citramontani. Illi vero
 ultramontani terminaturq; ad in ora Lusitanie occidē-
 tali. Est & Iubeda mōs, quē Saltū accensum hodie vocant,
 ab Auca urbe antiquissima unde incipit, cuius vestigia
 cū nomine adhuc visuntur iuxta Villam frāctā oppidū su-
 pra Burgos circiter viginti passuum millia. Dicitus est autem
 hic mōs Iubeda à Iubeda Iberi Regis filio, qui à Ebroso
 Chaldaeo ibidē regnasse traditur. Hic mōs ab Auca proten-
 ditur meridiē versus & que distatē Pyrenæis mōtibus, ar-
 ces Iberū anniē ne fluat in occasum, quo cetera Hispanie
 fluminā maiora influat in mare occidētali. Mōs grecq; Oros
 spēda initium capit nō lōge à noua Carthaginē, tēditq; in ce-
 occasum p nostri maris orā maritimā tāgēs illiberos, Ma-
 lacā, Arūdā, deficitq; lāde in Atlētici maris ora cōtra Her-
 eulis Gades. Marianī mōtes incipiūt à Tygēsi saltu, porro
 guturq; occasum versus p mediā Bæticā, evanescuntq; in ma-
 ri Atlātico. Hos Ptolemaeus corrupto nomine Temeristos
 vocat pro Marianis. Sunt & alij cōplures Hispanie mon-
 tes, sed ut brachia siue articuli superiorū quatuor sunt, est
 per seculles potius daceudi, quam momēti.

DE MAXIMIS FLUMINIS
nibus Hispanie.



LUMINA, quemadmodum & montes crebro memorantur in historijs, propterea quod sunt à natura posita quasi fines regionum eternit, per quos in cognitionem multarum rerum perveniemus. Quare visum est de annibus Hispanie, qui maxime principes sunt, aliquid delibarc, & imprimis de quo Lucanus. Quiferit hesperiam post omnia flumina Baetis. Hic ortus in Saltu Tygeni non longe a Castaone fluit in occasum, atq; ab Andugero Beticam medium secat, & provincie nomine imponens, eius urbes nobilissimas Cordubam, Italicam, Romuleam; quondam Hispanim vocitans preterlabitur. Hæc à pœnis deinde Ispilia, & à barbaris postea inuersis literas prioribus, & p.in.b. mutata Sibilia dicta, nunc Sevilla nominatur. Tandemq; per vnuen ostium exit in mare iuxta municipiū qd Luciferi tēplū ab antiquis dicebatur. Olim hic flumine duo habuit ostia, quorum alterum, quod erat meridionalius, oblitum est cum aliaco eodem pertinente a Nebrisso per Astam coloniam ad Turrim Capionis. Ex quibus facile solvitur illa dubitatio, quæ solet hanc ratione curiosos mouere, & meipsum plerumq; ambiguam reddidit cū Strabone, Ptolemeo, Mella, Plinio & omnibusq; cosmographis autorib; Nebrisso & Asta colonia inter aestuaria Baetis posite sint, qui potuit fieri, ut hodie nō paucioribus quam octonis passuum milibus a flumine distet?

Nimirum

HISPANIAE.

Nimirū, quia ut statim dixi, alius ille, qui Nebrisā et Astā
praterfluebat, oblitus est, sic tamen, ut illius vestigia
hodie visantur cum estiatis atq; diorygitis manufactis, ut
inquit Strabo, ad exportandas scaphis & litoribus fruges
ex agri in vicinas urbes. Sed quemadmodum a Beti flū,
vlo Betica nomen accipit, ita ab Ibero amne vniuersa Iberia
cognominata est, qui unus ex omnibus Hispaniae fluminis
nibus in Aestros defuit, cum reliqui omnes ab ortu in Occas
sum delabantur. Cuius rei causa altius mīhi nunc repetenda
est. Per medianum totius orbis cogniti ab ortu Solis ad occas
sum porrigitur excelsim montes, quasi dorsum quoddam ter
rae, ex quo omnia prope flumina oriuntur partim ad Septen
trionem, partim ad Meridiem. Hi montes, dum per Indias
tendunt, appellantur Caucasus: cum per Syria, Taurus, cum
per Ciliciam, Amanus. Tum duoporrigitur brachia, alterum
Isthmon interiacentem suum Arabicum atq; mare nostrū
deinde p mediā Aphricā procurrens usq; ad maris
Atlantici Promontorii. Alterum præterea brachium por
rigit per montes incognitos, qui iunguntur montibus, qui
diuidunt Thraciam a Macedonia, qui deinceps respondent
alpibus Italie, à quibus per omnem longitudinem surgunt
in Apenninam. Tum per Cemenos montes medias Gallias
pertendens applicatur Pyrenæo: à quo, quemadmodum par
lo ante diximus, porrigitur mōtes, qui Hispaniā diuidūt per
mediā longitudinē, desinūtq; in ora maris Atlantici iuxta

Lusitanie oppidū. Cū itq; omnes suā capitales ex
causa superius tradita partim in Septentrionem, partim in

Ebro

DE FLUMINIBVS.

Meridiem delibantur, sola Hispanie flumina fluunt ab ortu
Solis ad Occasum, euntq; recta in Atlanticum pelagus, prae-
ter iberum annem, qui, ut diximus, a Septentrione labitur
in austrum, a Lubeda monte prohibitus ire Occasum ver-
sus. An sisigit in agro Laminiano provincie Tarraco-
nensis ortus nunc se in terra curiculos mergens, nunc in fas-
gna refundens, quemadmodum paulo superius dictum est,
ab Oretania veteri secundo flumine Beticam a Lusitaniam
disterminat, praterlabiturq; Ceciliam Gemellinam, Emeri-
tam, Pacemq; Augustam Lusitaniae urbes p̄claras, facto
que flexu anteaquam in Atlanticum pelagus exeat, per duo
ostia nō p̄cula effunditur. Tagus in Celtiberia Tar-
raconensis regione ortus Carpetaniam siccatur, deinde Talas
bricam praterfluit, & a ponte, quem nunc Archicopisci vo-
cant, Lusitaniam dividit medianam, atq; non longe ab Olissi-
pone in Atlanticum crumpit Oceanum. Hic a Poëtis aureas
arenas in mare traditior volvunt, quod non omnino fabulos-
sum est, cuncternamus nunc in eis brachicolas aureas per me-
dias arenas interlucere. Darius anniis oritur in Pelendos
nibus provincie Tarracensis, fluitq; in Meridiem quoad
perueniat Numantiam urbem Celtiberorum clarissimam,
deinde slectitur Occasum versus, praterfluer sq; Clunensis
conuentus oppidanobilissima a ponte, qui sius est regione
ad Septimum usque, Lusitaniam a Tarracensi disternat per
Turrem sellarion, Taurum et Ocelum, tandem exit in Ocea-
num Atlanticum iuxta urbem, quam uocat portum Callaico-
rum. In Lusitania flumen est Minida in eadem artu, ex quo

Guardiana

Tajo

Duero

DE FLVMINIBVS.

in Oceanum quoq; Occidentalem. Est & in Bæticis civitas
eiusdem nominis, iustaquam Caesar Pompeij liberos super-
ravit, bellisq; ciuitibus finem imposuit, quamquam sunt, qui
accipiant urbem pro fluvio, & fluvium pro urbe, cum ins-
ter flumen & urbem intersint centam parasangæ, aut nō
multominus. Limitam Galicie flumen, quod antiqui Les-
then, hoc est, obliuionis appellauere, & Minion amnem
quoq; insignem eiusdem Galicie, quem Pöcke dicunt

volvere in Pelagus arenas aureas, id quod de

Tago diximus. Et de amnibus Hispani-

niæ magis insignibus hæc di-

xisse sufficiat, nunc de


regionibus, pos-

pulis, vrs-

bibusq; differendum est.

Hoc quoque in loco, quod dcest, non innenit. C. 17

C. 17



ÆLII AN-

TONII NEBRISSENSIS HI,

Spaniarum rerum Ferdinando Rege & Elisabe Regina gestarum Prime Decadis Liber Primus.

Premittit quædam necessaria ad sequentis historie declarationem.

CAP. primum.



ERICVS HVIVS NOMINIS tertius Hispaniarum Rex, qui elongata valetudine valctudinarius est cognominatus, cum obiret diem suum, Ioannem bimulum ferè puerum: quem ex Catharina filia ducis Ioannis ab Alenastro Britanni suscepserat, sub tutela eiusdem Catharinae uxoris ac Ferdinandi iunioris natu fratri heredem regniq; successorem ex testamento reliquit. Qui cum ad pubertatis annos peruenisset: uxorem duxit Mariam patruo atq; tutori suo Ferdinando genitam: ex qua Enriquū primogenitum procreauit. Haec postea quā vita finita est: alteram superinduxit Elisaben Ioanne Ioannis Lusitanorū regis filio natam: ex qua duos suscepit liberos, Elisaben matris cognominem, que postea hispanorum auspiciatissima Res

DECADIS PRIMAE.

gina fuit, & Alphonsum, quia inter ipsa statim regni exora
dia morte immatura interceptus est. Cum vero institutum
nobis sit Ferdinandi atque Elisabes uxoris historiam Latine
no sermone prosequi, pauca de Enriquo & Alphonso fratribus
repetenda sunt: ut ostendamus quo iure, vel quo po-
tius nomine ad Hispanie reipublicae moderationem perven-
erit: & quavia Ferdinandum prouinciae Tarragonensis,
atque insularum nostri maris Regem designatum coniugio
sortita est. Enriquus ab Enriquo illo primo huius nominis
quartus Hispanorum Rex: Ioanne patre defuncto regni ad-
ministrationem incepit: qui sub ipsa regnandi initia optimum
principem fecit. Nam & aliquot expeditiones in Maures
Betice inquilinos fecit, & regni populos ciuitatesq; in sum-
ma tranquillitate continuit. Is cum adhuc Princeps esset,
sic enim vocant Hispani filium regis primogenitum, qui os-
mum procerum & ciuitatum populorumque iure curando
futurus Rex designatur, Blaccham Ioannam Nauarre atque
deinceps Tarragonensium Regis filiam duxit uxorem: sed
ab illius nuptijs se conturuit, sine imposta tentia sue conscientis,
sive ex alia quadam ratione incognita: unde ingentes sequi-
te sunt querelle atque dissensiones, altero in alterum sterili-
tatis causam reciente, donec controversia ad summum Pon-
tificem devoluta est: quia facta partium disquisitione, illos ad
certum tempus lege coniugali soluit. Facto itaque diuortio
Enriquus alteram superinduxit Ioannam Eduardi Regis
Lusitanorum filiam, ex qua nihilo magis quam ex priore li-
beros genuit. Cumque apud omnes Hispanos atque exteris

quoq; nationes constaret Regis infœcunditas, idq; multis ex perimenti virginum corruptionem, natu gradietur, atq; mulierum etiam vulgo prostitutum omnibus statim esset, quinto anno postea quam conuenerant, Regina prater omnium spē deprehensa est concepisse: neq; fuit qui dubitar et illam a quodam ex Regis amicis adulteri atque cuius nomen honoris causa etiam nunc tacendum esse decrevi. Sunt qui opinentur Regem ipsum ex cacozelia per manus, uti aiunt, in manus amico portundat tradidisse. Queres cum non solù apud regni priores, sed etiam apud infinitas condicionis homines certiores esset, indignitate ei omnes perniciem Regem aduersari, de testariq; Reginam vero non desimulauerit odire: quod virum insigni macula dedecoraverit. Ipsum vero tanti sceleris autorē violatae fidei publice atq; proditionis infinitare. Non defuerunt inter ea praefules et religiosi, atq; ordinis equestris boni viri, qui tam sermone presentes, sum per literas absentes Regem horraretur: suadet enimq; fœtū illum male ominatum turpiq; ex adulterio conceptū ablegaret aliquid ubi lateret aeternum: atq; eadem via et regni ipsius ignomina diluisceret: et regni perniciofa illa fax intrecederet. At Rex securus reputans Reginæ conceptum non posse celari: atq; proinde si partus eiuscumq; alterius nomine exponeretur: magnū de decus inde sacerdotium nullum exhortatiōibus monitisq; amicorum cliquit locum: quin potius quicquid Regina peperisset: decrevit tollere: atq; pro suo edicare. Peperit itaq; filiam, cui inditum est nomen Ioanne: que multorum postea malorum causa fuit.

DECADIS PRIMAE.

JOANNA Enriqui designatur princeps: eaq;
abiturata Alphonsus substitutus: salutaturq; Rex,
ex partu dissidio pugnat, vinciturq; Alphonsus.

Caput. II.



EX cum putaret setur pitudini sue quasi ves
um quoddam posse pretendere: si puellam pro
ficeretur ex se genitam: simul etiam ut sue vis
rilitatis argumentum aliquid relinqueret, ex
primoribus regni alios pollicitationibus, quosdam etiam præ
miss, nonnullos quoq; praecibus, complures et miras: cum qui
bus etiam et civitatum municipiorumq; procuratores indus
cens, eo rem deduxit, ut suppositiciam illam recens natam
pro vera filia iure curando principem, regnique heredem ex
Hispanorum consuetudine designarent: id quod est Madriti
gestum. Que res cum publice transigeretur, a plerisq; ta
men secreto reclamatum est dicentibus se iusto terrore com
pulsos petrasse: propterea quod Regis potentia esset illis
tunc formidolosa. Qui non multum post tempus conscientia
tanti facinoris adacti, remq; ipsam professi palam a Rege di
scivit, rurum missis oratoribus: qui dicerent illi, se nolle stare ius
riuando, quod esset ab illis extortum, aut minis aut illicitis
passionibus, quin potius illum per superos, perq; maiorum
suorum manus et per ipsius regni maledicentem obiectabatur,
puellam vel ipso teste atq; iudice) ex fædo concubitu genitā
abdicaret: ablegareiq; aliquo, unde nec nomen ad Hispanos
conquam redire posset. Petuere insuper ut Hispanæ reipu
blice prospiceret: ne quid detrimenti patretur, quod fieri

LIBER PRIMVS.

non posset facile, nisi Alphonsum fratrem natum minorem declararet principē heredem, regniq; successorem. At Rex permotus sine conscientia que valet pro mille testibus, sine qd' uerebatur ne p̄ceres atq; populi, nisi id faceret, se ab imperio subducerent, sine quod intelligebat uno omnium consensu fratrem expeti, qui sibi succederet, oratoribus respōdet, quandoquidem iusta & honesta petebant, sc̄ illorū precibus velle acquiescere, id quod est ab eo factum cū stigio. Nam & Alphonsum fratrem principem sibi successorem, regniq; heredem declarauit. Quæres omnibus omnium ordinum viris, qui modo erant pacis & quietis amatores, incundissons fuit. Nam ex ea principis, heredisq; nuncupatione pax Hispanie rī publice haud dubie promittebatur. Cum deinde Rex cœpit omnia ex arbitrio paucorum agere, quippe qui erant illi voluptatum administrī, idq; regni primores & ḡf̄ferrent, cum uellent alioqui rerum nouitatem experiri, publica utilitate neglecta, & quisq; sua commoda secutus dis̄sidium fecere. Nam & altera pars Alphonsum principem designation salutavit Regem, dicens non esse parentum homini tam molli & effeminato, tanq; rerum gerendarum negligenti & seculo, & qui neq; proprio decori parceret neq; publice tranquilitati prospicceret.

Quare Apium exemplum cum, qui sit deterior ex duobus Regibus, neci dedendum, ignavumq; fūco specus a presepiobus arcendum. Altera uero pars Enriquam secuta excusare, quod ejus Rex, & ab illo quidem uictus in Regem cuius manus regis est, & per quem Reges regnāt. Quodq;

DECADIS PRIMAE.

Sic ex ea causa Rex esset abdicandus, quod male rem gereret,
non esset tolerabilius illa gubernatio, in qua puer undecim
annorum, cuius etatistunc erat Alphonsus, regnatus erat.
Attestante scriptura sacra. Vae terra illi, cuius Rex est
puer. His se utraq; pars rationib; busta habatur apud multitu-
dinem: re autem vera secreto sua quisq; commoda sequeba-
tur. Nec iam erat avimus utriusq; bello decernendi: quam
confondo utriusq; regis potentiam infirmamdi: quo facilius
possent, deinde pro sua libidine regnum inter se partiri: id
quod postea experimento comperitum est. Sed cum utraq;
pars exercitus cogeret: atq; oportuniā castris sedem explo-
raret: Vlmetum simul contendetur: siue quod locus ille ta-
li situs est, ut qui eo potiretur, meliorem esset belli condicio-
nem habiturus: siue quod fatalis ille campus moliebatur tra-
dere victoriā Regi: qui potiorem videbatur causam ha-
buisse exemplo illius pugnae: que eodem in loco Ioanni Re-
gi de Ferdinandi liberis victoriā dederat. Congregatis
igitur utriq; copijs: cum de conditionibus pacis non posset
convenire neq; fieri, quin signis collatis demicaretur: victo-
ria penes Enriquum manūsit. Quod vero ea pugna citra
voluntatem primorum fuerit, ex eo facile coniectare licet,
quod victores in persequendis belli reliquijs non persiste-
rant, bellum namq; non tam suire quam protrahere vole-
bant. Cum essent in procinctu acies, diceretq; quispiam nul-
la ne ratio inueniri potest, qua praeium hoc possit dirimitur.
Optime, facetus quidam homo respondit, Quia nam inquit
ille. At hic rursus: si alter exercitus aufugerit.

ALPHONSVS obiit, illiusq; partes hortatār
Elisabēn fororē, ut Regniscēptum at̄ripiat:
quod illa recusat. CAP. III.

ALPHONSVS acie superatus sub tutoribus il-
lis, qui sibi in bello fuerant adiutores, vixit an-
nos tres: obiitq; diem suū Cardiniose agri Abi-
lensis exiguopago in pestilentia illa infami, que
per id tempus grassabatur. Erant autem ea tempestate cum
illo: qui suarion partitione studia fonebant Alphonsus Chas-
tillus Alchieriscopus Toletanus, Iohannes Patiequis, qui ex
Marchione Villenati Magister militiae duci Iacobi spathis
fieri fuit. Aluarus à Stunica Comes Placentinus: qui deinceps
fuit Arcuacorū dux, Alphonsus Pimētellus Comes Beneuen-
tatus, atq; alijs cōplures omniū ordinū viri Principes: qui ex
morte sui ducis animo consternati formidates Enriqui Re-
gis austā ex victoria potēciam: quē probris & maledictis
per literas, perq; acclamations saepelaceſſerant. nullū aliud
sibi præsidium ab irato Rege inueniebat, quā se inde mortui
fratris locū Elisabēn fororem, que eodē tēpore, atque in ea
dēcītrat iurē, substituerent Regināq; salutarēt. Sic cuim pos-
se & factionē suā confirmare, & cōmissorū impiunitatē ass-
sequi: cū effet presertim Regis filia: atq; foror vnica: ad quā
non minus hereditariū regni iur, quā ad Alphōson fratē
germanū pertinebat. Adeunt itaq; illā, & dicta, accepitq;
salute, Alphonsus antistes Toletanus, cui reliqui omnes pris-
mas oraudi partes dederant, huiusmodi fere sermonē has

DECADIS PRIMAE

buit. Si apud Deum immortalem voia nostra valuerint optima Princeps, et tu iucundissimo fratre tuo nunc fueris, et nos habemus regem, quem sequerentur, obscurare non possumusque. Sed quando superis ita uisum est, ut ille raperetur ne malitia forte mutaret mentem, aut quia placita Deo amissus illius, tu solanum restas altera spes, atque unica lex, quae posset Hispaniae reipublicae tenebras illustrare. Quantarei publice labes ab Enriquo fratre orta est, ex eo tempore quo suppositiciam illam, et quam simulabat esse filiam barede, Reginamque futuram, etiam iure uirando procerum interposito designauit, optime nosti. Sed fuit tempus illud primum tolerabile. Postea vero cum negliget regni administratio, nec omni voluptatum genere affluens per quosdam impunitatos contubernales vniuersa negotia exequeretur, inrisque, et iniurie nullum tam esset discriminem, coacti sumus quasi inde mortui Regis locum, Regem alterum nobis sufficere, qui illius negligentiam perditam instauraret. At nunc illo acerba nec indigna minus morte peremptio, quid reliquum est, nisi quod bonum, felix, faustumque sit, ut regni gubernacula suscipias? fessisque rebus atque luxatis operam tuam, opemque accommodes? Neque est, quod oblatam a nobis condicione recuses, nisi maniste ipsam, tuosque ciues ire perditum. Nam si tu, ad quam regni successio ex iure manu consertum pertinet, non arripis occasionem, vide ne frater auctus haec quoque parte, quam nosti bini tradimus, totam regni molem insubditiciam illam tui amulam transcat. Hec Toletanus presul qui reliqui primores sunt assensi. At illa ex recenti fra-

tris obitu in mortore, ac luctu de ḡs, paululum lacrimis, et cogitatione morata paucis tandem respondit. Ego venerā de Pr̄sul, vosque principes mibi charissimi, uoluntatē istā, quam geritis erga me admodum laudo, atque proinde magnificatio, & si quando mibi dabitis facultas, gratiam vobis comulatissime refferam. Sed qualis ante hac nūbias nimis fuerit, quemque in pr̄sentiorum habeam, quia, ut in telligo, vobis perspectum non est, breui ostendam. Quo tempore frater meus, idemque germanus mīhi dulcissimus vobis adiutoribus rerum potiebat, quia discorditer cum Enriquo fratre communi viuebat, nullo modo poterat natū placere status ille reipublicæ. Nam quis sane menis probaret fraternalis acies, alternaq; bella pfanis decertare odijs? quis fas & nefas misceri, legisq; & utra violari? Quo mnia ex bicipiti gubernatione illa sequebantur. Sed quos niam sic fata voluerunt, ut ex duobus alter alteri esserit, non censeo amplius repugnandum esse divine voluntati, quæ bis ian manifestissimis argumentis declarauit, quid nos ser qui debeamus, semel eam victoriam, atque iterum cum fratri vitam abstulit. Quod si vos o amici Hispania reipublicæ cura tangit, illud potius curate, ut res ad illius imperium deferatur, cui Deus ipse deferendum esse indicauit. Sed quia non modo omnium ordinum consensu, sed etiam ipso, qui ab aliquibus dicebatur esse pater, iudice, abdicata est illa, quam dicitis mei emulam, si me Ioannis Regis filiam, si dignam tanto nomine putatis, efficite per ipsum Regem, perque regulos Hispaniae proceres, ut res Hispana in alienam fami

DECADIS PRIMAE.

Si am illegitime non transferatur, sed post fratriis obitum ad illam deuoluatur, cuius potior videbitur esse causa.

DAGIT VR de cōcilianda Elisabe Regi fratri: & Archiepiscopus Hispalen negotium suscepit.

CAP. IIII.

 IS rationibus cōmōti proceres abierunt addūbitores, quā potissimum viā insisterent, quos incipiūt consilio distractos Ioannes Paricquis Magister equestris ordinis sub dno Iacobo m̄crentis in hunc modum allocutus est. Quae sit magnanis nūc huius puerle mens sapientissimi viri, quod consilium videtis, quam non libido regnandi, non odia in partis aduerso studiosos flexerunt, eā nos miremur oratione in sententiā nostrā non potuisse impelli? Credite mihi o proceres, magnū quidem hæc indeles promittit. Non est puerle huius ingenii vulgare. Nam quis illius rationes, quibus nunc usat, confutare, aut refellere potest? Quis enim non videat reipublice, atq; etiā nobis ipsi magis conduceat pacem, ad quam nos illaboratur, quam bellū, quod viri sq; perniciosum est? Nam timor ille noster à Rege, quē offendimus, facile sedari potest, uel per ipsam regni participantē faltam sororem. Cuius ea est prudentia, ut uero verbo nos posuit sacre illi benikulos. Quid, quod ego pulcherrime noui Regis ipsius ingenii in media iracundia, etiam minima excusatio ne placabilis est. Quare sententiam meā ego breui vobis ostendā. Sorore censeo fratri concilianda cācōdicionē, ut

Ille solus imperio potiatur, illa vero si fuerit superstes, in re gni administrationem succedat, idque ex gentis nostrae con- suetudine, procerum procuratorūq; totius Hispanie iurcius rando saticiatur. In Magistri sententiam omnes pedibus ma- nibusq; tunc ierunt, quod videbatur aequalior, et vienes mo posse obsertere, tametsi non erat illis ignotum ipsum iam pridem cogitasse de reditu in gratiam cum Rege, quippe que coudie apud omnes testatur, pre dicaretur q; illum unicum benefactorē suū, scilicet omnium fortunarū suarū illius esse debitorem. Ex quo factum est, ut omnes factionis illius so- cijs, atque ille imprimis coepissent agere de concordia inter fratrem et sororem. Is namq; auctor fuit, ut Alfonfus Fonse- ca Archiepiscopus Hispanensis vir bonus, atq; dicēdū nō im- peritus, et qui viriusq; parvus esset amicus, Regem adiret, atq; imprimis ab illo venia petita, de paciē condicionibus as- geret. Qui ut erat homo ad res agendas natus, non graue- te negotiū suscipiens regē adit, apud quē huiusmodi sermo ne usus est. Cū in constituendo Rege clarissime Princeps omnia virtutū genera sint necessaria, et que possint illum, et bonū virū facere, et sapientem, due tamē iure videtur primas sibi vendicare sedes, clemētia, et iustitia, que sola possunt efficere mortales proxime ad Deū accedere, qui et ipse clementissimus, iustissimusq; est. His duabus itamodera- tur orbē, ut in suis operibus nunquā altera sine altera res periatur. Pars illa optime Rex, que fratrem tuū sequitur, forte sibi persuaserat tua Celsitudine dū insculpe tralla- ri, quod videbat te propēriori quodā modo amicis, quostio-

DECADIS PRIMAE.

bi priuatim delegeras, indulgere: quodq; beneficia, q; consue-
uerunt à regali beneficentia proficiere, non peruenirent ad il-
los pro dignitate. Sed esto, partim inuidia, partim indigna-
tio illos á te alienarit, iam pudet eos, pigetq; facti, i amfatē
tur se & tuo marte & divina sententia victos. Erit igitur
clementie tuae, & illos facere tibi obsequentes amicos, cro-
rata illi scondonando: et iusticia, si regni tui vires sparsas
recollegeris, cōposuerisq; et rium statum præsentem, & de
inde futurae tranquilitati prospexeris. Quod utrumq; uno
mo singulari beneficio in rem p. efficies, si sororem iam pro
pe uno omnium consensi principem non modo expectatam,
sed animo quoq; designatam tutibi illam successuram, regnis
q; legitimum hæc dem declaraueris, atq; eadem via te ab o-
mni molesta liberabis, omnesq; primores obnoxios tibi fa-
cies, & rebus Hispanis quietem, pacemq; in longum relins-
ques, efficiesq; ut misericordia & veritas obutent simul,
& iustitia, & pax osculentur se. At Rextamensi erat illis
non dissimilanter iratus, à quibus hec petebantur, benigne
tamen patienterq; Archiepiscopum audiuit, respondetq; se
die postero illi responsa daturum, atque ita illum in hæc uer-
ba dimisit. Erant familiares, atque amici Regis secti in
factiones duas, altera que studebat Regis sorori, altera que
partes supposuicie illius filie sustinebat. Qui aedita lega-
tione, cū inteligerent Regis ingenium flexibile, atque par-
uo momento posse huc uel illuc impelli, regem aggrediuntur,
tentaque rationibus ad rem accommodatis, queque pars in
sententiam suam pellicere. Qui adulterine Regis filie
partes

partes tuebantur, dicebant venisse tempus in quo Deustras deret hostes in manus suas, quando spoliari duce, atque consili inopes, nesciebant, quo se conferrent, nisi ad eum, quē re, & verbis læserant. Remocaretq; in memoriam, quo pacto ab imperio suo desciuerunt, atq; contra diuina, & humana iuracreatos sibi Rege armati, etiam in acie contra suam verū Regem decertauerint. Meminisset, que probra & males dicta in vulgo sparserint, atq; etiam ad Principes exterarū gentium scripserint ea, que de malestate regia confinxerūt, prædicaueruntq; quibus etiam scorta, & prostibule meretrices abstinerent. Quare huiusmodi hominum generi, nō modo veniam non esse dandam, aut in gratiam recipiendos, verum etiam bello persecuendos, exagitādosq; ad extremas mundi oras, quo ad lucent commissa, dignasq; pro suis sceleribus poenas reportarent. Exaggerabant præterea hominum superbiam, vel impudiciā potius, qui cum debuissent petere veniam supplices, postularent suo arbitrio designasri debere Principem, regniq; heredem, imponentes legē, quam victores vicitis imponere consuecrunt. At pars altera, siue quod diffidebat Regis ingenio, quod erat magis prouum ad ocium atq; socordiam, quam ad decertandum vindicandūq; bello iniurias, siue quod intelligebant regni hereditatem ad sororem pertinere, siue quod videbant mala impedientia nullum esse habitura finem, nisi frater, & soror redirent in gratiam, obtestabantur Regem, ut ex hostibus ficeret amicos illos, qui ante hac sibi obstiterant, simul etiā sororem sibi beniuolam facret, declararetq; illā Principe,

DECADIS PRIMAE.

regnorumq; futuram hæredem, si foret sibi aliquando sus
perstes. Erant, qui suaderent illi omnia superiora per simu
lationem esse facienda, quo ad soror in potestatem suam re
digeretur: posse enim tunc illam alicui externorum gentium
Principi matrimono locare; atq; eadem via tradere filie,
sive putatim, sive ex se genitæ regnum, quod à maioribus
suis receperat.

PREGEVI dubium in Elisabes partes Andre
as Caprarius proniorem facit. Statuunt
turq; pacis condiciones.

CAP. V.

GX tam varijs sententijs Regem anticipitcm, du
bitumq; quid faceret Andreas Caprarius, quē
Magistro domus p̄ficerat, & cui ex omnijs
bus amicis magis fidebat, quam nulli alteri,
hunc in modum est allocutus. Et si intelligo clarissime Rex
me apud Celsitudinem tuam non habere tantum autoritatis,
vt audiā te aliqua de re admonere, est tamen fidei meae,
& obsequij, quos tibi debeo, testatum apud te relinquere,
quid ego sentiam de hoc negotio, quote implicitum esse vis
deo. Adiuinuper ex quodam viro doctissimo, qui se philo
sophum profitabatur, scriptum esse apud Platonem, tantum
quemque in sua rep. debere contendere, quantum ciubus
suis persuadere posset. Nam quemadmodum patri, sic etiā
patrie non esse vim inferendam. Omnibus regni primos
ribus simul & vulgo, atq; omnium ordinum viris persuas-

iam est, hanc quam Regina vxor tua peperit, non esse ex te
genitum, idq; factum est illis probabile arguentis, quae
nos amici tui, qui sepe cum populo disceptans, nullaratio
ne possessionis dissoluerent. Si tibi animus est, quam cupis cre
di tuam esse filiam, Regni heredem relinqueret, tota erras
via. Nam est nemo, qui non indignatio parere illi, ad
quem regni successio iure non pertinet. Quod si widerint
te arces munitionesque & Castella praesidio firmare, atq;
amicis tuis credere, ut post obitum tuum filie tradant,
hoc est patrie vim afferre, hoc est, contendere plus, quam
effici possit, hoc est, Gigantum more contra superos pa
gnare, voluntatique Divinae obsistere. Neque imperio
tuo subditi magis id patientur, quam si velis illos in mas
nus infidelium tradere. Si res publica Hispana loqui pos
set, non aliud opinor diceret, quā quod ego nunc sentio, esse
videlicet ignoscendum illis, qui pro fratre tuo contra te ar
ma sumpserunt, qui forte non tam offendendi tui causa, quā
utilitati publice proficiendi id fecerunt. Drinde sorore
tibi conciliandam, tractandamq; proinde ac si esset filia ex
te genita, quandoquidem ita Deus voluit, ut tu sine prole
decessurus es, illiq; regni successionem, volens no lensq;
decernas. Hac enim via omnes tibi fatebuntur esse des
bitores, tibiq; libentissime obtemperabunt, tu summo ocio
& tranquillitate fruoris, res Hispanae in dies magis ma
gisq; efflorescent. Pro quibus in rem publicam ineritis
illud premium tibi dabitur, quod omnibus, qui commis
sum sibi imperium conservaverint, adiuuerint, accerint, adco

DECADIS PRIMAS.

propositum est. In hanc sententiam, que ex altera partetis morem intentabat, ex altera ocium pollicebatur, Rex facile acquicuit, iubetq; vocari Archiepiscopum, cui responderet velle se reipublice, et communis utilitatis causa condonare illorum errata, qui ab imperio suo desceruerint. Velle praeterea sororem sibi conciliare, atq; in Principem regnique suae cestricem cooptare, modo illam in sua verba persancte iuret suo iniunctum ire mortarium nemini. Suscipit Archiepiscopus se et illorum, quibus est concessa venia, et sororis designandae Principis et Hispaniae totius reip. nomine immortales gratias agere protam mansueto benignoq; ingenuo. Tum agi coepit de conditionibus pacis, itaq; foedus est in haec pacta contenta. Imprimis, ut soror princeps designanda, et Ioannes Patiequius Spatharius Magister, et reliquis, qui in eadem causa fuerint, qui vellet, regalem ciuitatem frequentarent, quo per omnem Hispaniam redditus in gratiam, atq; concordiam illustrior esset, quodq; Rex intra quadrimestre tempus Reginam, et ex furtivo illo concubitu filiam dimittret in Lusitaniam, curaretq; per Pontificem cum illa diuortium facere, quandoquidem cum foedus coniugale cum illa inierat, ad praeinitum tempus fuere legibus soluti, experundi tantum gratia in utro esset gignendi defectus, cum alioqui permanendian illi esset cum priori uxore. Tum denum, ut in alimenta sumptusq; noue Principis decerneret stipendiaria oppida cum iurisdictione, ex urbibus Abilam, Optum, Molinam, Vbetam, ex municiplijs Methymiam campestrem, Vlmetum, Ascalonem.

Ipsa vero Princeps iuravit sanctibus his condicionibus, nisi per Regem fratrem liceret, se nemini mortalia nuparam. Constituum est præterea ad præfinitum dicere, ut Rex et soror conuenirent aede ac cenobio domini Hirconymi, quod est ad locum, quod vulgus Gisandi tauros appellat

HENRIQVVS & Elisabes soror conuenivit,
ratus designatur Princeps, & Iouanna
Regina fugit.

CAP. VI.

HRAT eatempestate Rex in oppido, quod ipse plurimum frequentabat, antiqui Carpetani & Mātuam vocabant, nostra etas Madritum nominat. Soror vero Aibile morabatur. Quæ accepto Regis responso convocatis primoribus, cum primum petuit, venit Zebreros comitatu virorum Principum frequenti, inter quos erant ex ordine Ecclesiastico Toletanus & Hispanensis Archiepiscopi, & Enicus Manriacus praeful Cardeniss. Ex ordine vero militari Magister domini Iacobi: & Placentinus, Benaventanusq; & Osorninus Comites, alijsq; complures utriusq; ordinis Principes viri. Rex vero ex Madrito profectus, venit ad Cadahalsum, qui in agro Ascalonitano pergrandis est vicus. Locus, in quem constitution est se conuenturos, distabat utriusq; interuallo per ri. Quo posteaquam conuererunt, seque imicem salutariorum, Rex benigne, ac comiter sororem longo post tempore visam, breviter allocutus est, nam cetera dixit, se in

DECADIS PRIMAE.

alind tempus reservare. Tunc accedens diui Iacobi Magister genia Regis amplexus pauca pro se, atq; pro ceteris, qui in eadē causa fuerūt, est locutus: partim excusans, partim confitens suam, atque aliorum errorem, pollicens suo, atque sociorū nomine cōpensatius se cōsequiorū et cōbriatae priorū stas offensiones, si quid fuisse, in quo lessint Regiā maiestatem. Erat in ea conuentus eccl̄ibilitate ad hoc ipsam in uitatus Antonius Venerius Apostolicae sedis legatus, idēq; Legionēsis Episcopus, & qui deinceps fuit Conchenfis praeful, atq; S. R. E. Cardinalis. Is petetē ipso Rege absoluit, atq; relaxauit à priori iuramento illos omnes, qui iam pri dem Madriti ius auerant principem, regnique heredem fuisse illam, que falso dicitabatur filia Regis. Atqui Rex ipse declarauit extemplo imperij successione, hereditatemque, ac regni dominium ad sororem pertinere, quemadmodū & antea Alphonsum fratrem futurum Regem designauerat. Quo intercepto in superstitem unicam sororem hereditatiū ius esset devolutum. Nam que sua dicebatur esse filia, illam abjurabat, abdicabatque perinde atque alienam. Ino rauitque cuestigio in apostolice legati verba, se hanc unicā sororem regni heredem magnoscere, & præter eam neminiē, atque hanc heredis institutionem, declarationemque sub codem iuretrando affirmavit, se nūquam per se, aut per aliū quempiam interpellatūrum. Idemque coegerit omnes omnium ordinum viros summatus & infimates, qui aderant, iures iurando sancire. Per edita quoque præcepit, ut omnes ciuitates, oppidani, municipes, & populi suo imperio subditi idē

Iecum iurarent, atq; si contingret, ipsum evita priorem
excedere, haberent illam certam, legitimam, & indubitan
Reginan. Edixit præterea, ut omnes ciuitates, oppida,
municipia mitterent procuratores suos Ocaniam, ubi futus
rus erat conuentus procerum in quo de statu reipublice des
cerneretur. Per idem ferè tempus Ioanna Regis uxor,
quæmittenda fuerat in Lusiteriam, ex certis quibusdam can
sis posita est sequestro in potestate Archiepiscopi Hispanen
sis, qui tradidit illam adseruandam Petro à Castella ex soror
re nepoti suo in arce, quam ipse ædificauerat munissimam
Alabegijs. Egregia intereaconiux, quo mariti dedecus ma
gisterij statim esset cunctis, oculos in adolescentē coniecit, &
non multos post dies comperta est ex eo pregnans, nec; co
contenta, ausa quoq; est ingens facinus. Agit cum adolescē
te, ut illam per muros noctu deducat. Composita eum fe
felliisset custodes primū, deinde circitores & vigiles lapsa
per funes, atq; erepens tandem veredo imposta duce adul
tero postridie Butracum uenit, quo in loco erat Ioanna filia,
quam exfuriuo concubitu generat, absruabaturq; publice
ab Enriquo Mendoza Tendillano Comite, Exactis diebus
paucis, & cœcum sorore Principe, ceteroq; procuram comis
tatu venerant Ocaniam, procuratores quoq; ciuitatum &
municipiorum cōdem conuenerunt, quemadmodum per Re
gis a dicta illis fuerat imperatum, qui & ipsi procuratoria
nomine iurarunt se habituros illius sororem loco Prince
pis, heredisque: & post eiusdem obitum provera, certe,
legitimaque Regina.

DECADIS PRIMAE.

DAGITVR de coniugio Elisabes Principis
Alphonso Lusitanorum Rege, & cum
Ferdinando Siciliæ.

CAP. VII.

ALTERA vero pars, que Vlmiiano prelio Enriquum Regem secuta fuerat, indignabatur, qd' non fuisset habita ipsorum ratio in illa Regis Principisq; concordia, Nihilominus tamen partim illuc accessere, partim misere procuratores suos, qui utriq; illud idem iure iurando sanxerunt. Hi fuerunt Marchio sanc*tæ Julianæ*. Comes Pharius, Episcopus Seccotinus, aliq; complures eiusdem factionis. At Rex siue Magistri Spatarij suisu, siue quod ipse per se natura erat varius, & mutabilis, nihil eorum exequebatur, de quibus cum sorore transactum erat, quin ediverso per literas egit, vt Alphonsus Rex Lusitanorum, qui iusic orbatus erat uxore, peteret coniugio sororem Principem designatam, eaq; venit Archiepiscopus Olyssiponensis cum literis, & mandatis, & procuratio ipsius Regis nomine. Archiepiscopus Toletanus econtra laborabat illam iungre Ferdinando Regi Siciliæ, ac Principi heredi Ioannis Terraconensis Regis. Qui, vt posset commodius atq; citra villam suspicionem peragere negocium, concessit Hyppepolitionis suæ municipium, cœpitque exequi rem per Gutierrezum Cardeniton ipsums Principis structorem, vt spretis Lusitanorum Regis condicionibus, acquiesceret potiles Regi Siciliae.

Rationes autem, que possent illam in Sicilia Regem pellis cere, atque e dino suo à Lusitanorum Principe deterrere, cū plures fuere, sed illa imprimis quod Enriquī fratris consilia cōtēdere videbantur, ut sororem extrare regni limites ab legare et nulla dignitatibus habita ratione, dum modo efficeret, quod asperiebat, id est, quo posset commodius subdituam filiam in regni successionem substituere. Ex quo illud efficies batur, ut quoniam Lusitanorum Rex haberet ex priori cōiuge filium heredem, si suscepiret ex caliberos, relinquens ret eos exheredes, sin minus suscepisset, ipsa nihilominus manaret indotata. At rex Siciliae, idemq; Tarraconensium Princeps designatus, qui necdum uxorem dicebat, neque liberos procrearat, non modo posset habere filium, qui succe deret in gubernationem, sed etiam posse fieri, ut autum regnum cum regno dotali coniungeretur. Accedebat etatis aequalitas, que ad animos conciliandos valet plurimum, cū alioqui Lusitanus esset natu grandior. Eo quoq; accedebat, quod si res in discrimen esset ventura, ut inter duos principes armis decerneretur de regni possessione, quod Rex Siciliae idemq; Tarraconensium Princeps habebat in Hispania ex primoribus complures sanguinis propinquitate coniūctos, qui cuperent ipsum potius, quam alienum regnare, & qui si vires suas cū ipsis principis viribus coiunxiissent, facile possent submouere, atque semel ex Hispania emulā illam, atque in ipsius regni perniciem genitam eradicare. His suasionibus apud Elisaben Principem Gutterius ius vtebatur. Quas illa secum reputans, simul etiam quod vides

DECADIS PRIMAE.

bat fratrem Regem nolle stare pactis conuentis, ne que tras-
dere illi urbes, et municipia, quemadmodum inter eos co-
uenerat, sed illud imprimis, quod frater nihil aliud molies-
batur quam ipsam ex Hispania pellere, atque perinde regni
successione spoliare, facile assentiebatur structoris admoni-
tionibus: sed pudebat illam publice fratris voluntati obser-
re: qui per se, atque per amicos instabat, ut in hoc sibi obse-
queretur: promittens (ut aiunt) maria, et auti montes.
Quare utriusque partis rationibus obtusa, et dubia quid
potissimum sequeretur: tandem respondit scholius delibera-
tionis curam omnem ad Hispaniae proceres velle deferre:
precata Deum imprimis, ut quod reipublicae foret utile, si
bique honestum, id illis animatum induceret. Sed cum utraq;
pars instantius urgeret, atque intelligeret plerosq; omnes
ex proceribus, atque infimae medioerisque conditionis hos
minibus in Sicilia Regem propensiores Olyssiponensi Ar-
chiepiscopo respondit, velle se hanc rem tam grandem, et
quae non tam sua, quam omnium communis esset, cum Hispa-
niæ primoribus commentari: atque ita demum re cum omni-
bus communicata, se per oratores summan totius negotiij
missaram Lusitanorum Regi. In hac verba Archiepiscopog-
pus est dimissus. At illa secreto per structorem To-
letano presuli respondet: si per primores
proceresq; regni sibi licet: se factu-
ram, quod ille tam instan-
ter efflagitabat.

ENRIQVVS à pactis cōuentis discedit: atq;
q; in Batcam prosecutus Comiti Placentino
Arenacum cum Ducis titulo dono dat.

CAP. VIII.

AETERVM Rex cū videret omnes
conatus cogitationesq; suas in caſſum recidiſſe,
veritus ne ſe inuitio ſoror ruberet: cui minime
ipſe vellet: cecepit agere cum amicis, quo pacto
illam poſſet in vincula coniugere, idq; feciſſet: niſi timeret,
ne proceres ab eo deciſſerent: illamq; bello vindicaret. At
Toletano præſuli factus eſt in ſequor: tamen quām autori conciſ
liatoriq; matrimonij ſororis cum R ege Siciliæ. Succenſebat
præterea illi, quod ad priſtina ſua errata binc nunc cumulus
eccaſiſſet maximus, in re præſertim que ſua omnia inter-
turbaret conſilia. Itaq; cum pararet cohortes, que illum co-
prehenderent, ſuſpicio fuit Magiſtrum Spathariorum feciſſe
Præſidem omni de re certiorē: monuſſeq;, vt caueret ſibi.
Idq; faciebat non tam quod Archicuſcopus erat ſibi aut ami-
cūs, aut ſanguine propinquus: quam quod ſecreto fouebat
alterius partis primores: vt ex illa ciuitatione discordie
in dies crescerent: unde ſibi putabat magnas fieri poſſe
fortunæ accessiones. Quare cum ad conſilium erat reo-
niendum: nunquam finebat alteram partem euadere ſu-
periorem: ſed sublenabat ſemper partens: que eſſet abie-
ctor. His artibus & alterutrapars & illius ope indigebat:

DECADIS PRIMAE.

Et ipsius potentia coidine augebatur. Rex cum neque bla-
dicens, neque precibus sed neque minis posset sororem in sen-
tentiam suam attrahere, neq; auderet illam in vincula cons-
uicere: statuit ad tempus dissimulare, atque in Baticam pro-
ficiari: ut conciliar et sibi urbes, et municipia, atq; illius pro-
vincie primores: qui Alphonsi fratris factionem aduersam
secuti fuerant. Et quod id facilius assequeretur: extorsit à
sorore literas: quibus significaretur cum illo redditus in gra-
tiam: neque alia ex causa ipsum illuc proficiisci, nisi utres
virique communes agerentur. Profectusque est cum illo
Magister Spatharius aliq; complures ex primisibus. Prin-
ceps vero, ut daret inferias, instaq; persolueret Alfonso
fratri defuncto: profecta est Areuacum municipium illud or-
natissimum, quod decretum erat in sumptus Elisabes Regis
nae ipsius principis et Alphonsi Regis matris. Tenebatur
autem praesidio a Placentino comite: qui veritus ne prin-
ceps illum excluderet: atq; municipium sibi praesidio munis-
ret, egit per Spatharium Magistrū, vt Rex donaret ipsum
et municipio et Areuacorum ducis cognomine. Magis-
ter vero reputans, si rem perageret eadem via et Re-
gis potentiam debilitari, simul etiam et Comitem Placen-
tinum, qui e tempore inter Hispanie proceres entinebat,
apprehensa municipij possessione in catantum re implicantem
fore, egit cum Rege, ut donaret illum et municipio, et
municipij titulo sub Ducis nomine. Quod rex fecit non
grauate, siue ut sorori negocium facesseret, siue quod erat
ingenio facilis ad encriendum regale patrimonium. Hanc

lægationem tam profusam omnes omnium ordinum viri
ægre cerebant, partim inuidia, quod videbant comitè Pla-
centinum in dies fieri potentiorem, parum quod regiæ vi-
res huiusmodi lægationibus minuerbantur, partim etiam,
quod Reginæ vidue miserabantur calamitatem, cum illud
unicum sue viduitatis subsidium eripiebatur. Princeps
itaque ab Areuaco pulsa, contulit se Abilam, ut defunctio
fratri parentaret. Ludouicus interea Gallorum Rex fa-
ctus certior regnorum Hispaniæ successionem ad Elisaben
Ioannis Regis filiam esse deuolutam, simul etiam peti con-
iugio ad duobus Principibus sibi ex factione publica infens-
sis, quod illorum erat veterq; confederatus Britannorum
Regi, veritus ne ab altero illorum duceretur uxor, atque
proinde partis aduersie vires augerentur, & sue decresce-
rent, statuit mittere legatos, qui peterent illam coniugio Ca-
roli fratris sui Aquitanie ducis. Erat autem legatiois eius
princeps. S. R. E. Cardinalis. Cum interim prin-
ceps obtunderetur cotidie rationibus, ut in alterutrum ex
duobus competitoribus flecteretur, ecce legatio à Gallo,
rum Rege aduentabat. Erat illa tempestate Elisabe princi-
eps in municipio Matricali: quod, quemadmodum de Are-
uaco diximus, erat decretum Elisabes Regiae matri, quo
postea quam oratores accessere, dataq; est illis copia
principis abeundi, cum assisterent aliquot ex
optimatibus, qui illam affectabantur,
Cardinalis hanc oratio-
nem habuit.

DECADIS PRIMAE
CARDINALIS Oratio, in qua Elisaben Caro
lo Galloriam Regis fratri coniugem petuit,
cui excusans se, illa respondet

Capit. IX.

 IS I Gallie regnum atq; principian Hispaniae vetus amicitia & foedus eternum apud omnes nationes testatum esset, atq; tam inde a multis illustribus officijs confirmata societas, poterant ego clarissima Princeps multa nunc commemorare, que ad eam rem pertinerent. Sed in hac causa de qua oratores aduenimus, nolo, prosiit nobis fuisse Gallos Hispanis semper amicos, atque socios, idemque semper de re communisensiisse. Non nobis prosiit Celsitudinis tue competitores semper fuisse aduersae factionis, semperque Britannorum Regi confederatos. Nolo commemorare nunc immortales inimicitiias & incurabile odium inter virosq; populos confirmatum multis stragibus hincinde acceptis. Illa tantum prosequar, que sunt propria huic cause, ut competitorum meritis detur tantum Victoria. Petit consubstantia Lusitanorum Rex, petit Rex Siciliae, petit Aquitanie Dux. Consultatio tibi est, quis ex tribus sic diligens dus. Lusitanorum Rex omnino excluditur, & quod est natu grandior, & quod habet filium heredem, unde quo tue dignitati sequantur incommoda, facile est videre. Querela propter etiam disparitatem, quod filii a pare

futuri essent exheredes, quod inter Lusitanos, & Hispanos semper est similitas, atque utriusque partis dicitur contemptio. Atqui Siciliae Rex tametsi etate florescit, nobis tamen illi non cedit corporis elegantia, & ingenij acrimoniam, & animi sapientiam, Sed neque est illi potentia inferior. Neque enim Aquitania aut soli benignitate, aut fortuitis, aut tractu coeli, provinciae Tarragonensi cedit. Esto tamen sint utrique omnia paria, non valebunt in electione hinc amicitia, illinc inimicitia paterna & auis tate: non summus consensus maiorum huius cum Ioaune patre tuo, cum quo illius pater ingentes egit inimicias? Quod si apud eos, qui vita excesserunt, aliquis est rerum nostrarum sensus, nihil magis oblectauit utriusque Regis desunt etiam manus: quare quemadmodum in vita se ipsi dilexerunt, ita & posteri sui in eadem manecant charitate. Quidque hoc via & frater iratus tibi reconciliabitur: idque Rex Ludovicus curabit atque conficiet. Aut si tibi regni possessione fuerit cum emula dicerendum, unde tibi certius, unde firmius subsidium putas venturum a Lusitanorum Tarragonensem & principibus: an a Galliarum Rege potentissimo? Quare, ut uno verbo legationis huius mandati colligam, Rex Gallorum offert tuis praestantiae coniugia bellissimum fratrem viribus ingenioq; praestantem: patrimonio amplissimo præditum, cuius maiores cum maioribus tuis vixerunt in summa concordia. Quo pignore & antiqua fœdera renouabuntur: & utriusq; regni vires cotidie magis magis inualescet. Idq; ut facias,

DECADIS PRIMAE.

non solum tunc hincementer rogas, tibique, oblitus sceregem,
Supplicat: atq; eo nomine omnia, que possidet, non modo
vienda, sed etiam abutenda permittit. Ad hanc Cardinas
lis orationem illare respondet: recordationem autem amicitiae
atq; societatis antique fuisse multo iucundissimam: et si quā
dororum Hispaniarum potiretur: se cura tamen, ut idem for
dus vinculis firmioribus sanciretur. Simul etiam dicebat
se agere Ludowico Regi gratias immortales pro eo animo,
quem erga se, resq; suas ostendebat: quoq; dignam existima
ret, cui fratrem matrimonio coniungi peteret: sed se ea de re
omnem curam in regni proceres optimatesq; reicisse quā
doquidem sibi non esset pater, qui patrimonium fundaret:
neq; frater, qui utriusque parentis curam sustincret. Ro
gabat præterea Cardinalem, ut se apud Regem excusaret,
quod non fuerit in potestate sua, ut illius voluntati obsequie
retar: quoniam hec deliberatio iam non ex sua, sed ex opti
matum consultatione pendebat. In hac verba oratores dis
missi re infecta domum redierunt.

E L I S A B E N quid faceret dubiam structoris im
pellitoratio, ut Ferdinādo Siciliæ Regi nu
bat: celebranturq; nuptiæ.

Capit. X.

AT Princeps non tam à competitoribus iam efs
flagitabatur, quam ab ecclesiarum præsidibus,
religiosis, optimatibus ciuitatum, regni primori
bus, domesticis ac familiaribus: ut ex tam longa
deliberatione

deliberatione tandem decerneret, cui potissimum vellet nubere: quanquam plerisque omnibus videretur Sicilia Regem esse ceteris preferendum. Id etiam, ut facaret, Enriquus frater amici, ac familiares clam admonebant. Adiutoriabant etiam, obtestabanturque illam, ut proficeret rebus Hispanis: que proculdubio tendebant in interitum, nisi daret operam, quemadmodum ex se prolem relinquere. Sed immo primis structor ille suus, qui hac de re saepius cum illa familiariiter loquebatur, cogitans secum hunc esse virginum morem, ut pre pudore nolint facile connubio prebtere assensum, his illam verbis adoratus est. Scio ego clarissima Principis, cum de maritandis virginibus agitur, non ad ipsas, sed ad parentes, ad propinquos, ad tutores, atque ad ipsos in quorum potestate sunt adiri solere. Tue vero Celsitudini omnia haec propinquitatis vincula fors ademit. Pater, qui hac de re imprimis consultare debuit, obiit dictu suum. Mater, que secundas post illum debuit obtinere partes, tantum viduitatis sue dolori indulgens in luctu ac macore degit. Frater, qui debuit utrique succedere, te indotata regno spoliari cuncti tueruntur. Familiares, & amici restantes soli, qui non sine lacrymis tibi supplicauerunt stabiliendi regni, quod tu ex posteritate relinquas, tantam occasionem oblatam ammitas. Hoc te Praeclati omnes ecclesiastici obsecrant, hoc primores populi, hoc regni procres, hoc cunctatum optimates, hoc omnes omnium ordinum Hispani conscientiam tuam testantur, ne fraudes illos legitimis successoribus, ne finas regnum Hispaniae in alienam transire dominationem, ne

DECADIS PRIMAE.

des locum, ut frater à te vera indubitateque herede, in subditiciam atque ex turpi concubitu genitam transferat imperium. Videste à tribus potentissimis principibus peti, decerne quis illorum tibi magis animo sedeat. Quod sit pudor impediat, quo minus adas nomen, dicam ego, quod sensatio, ex illis omnibus magis tibi conductre Siciliæ Regem, cunctemque Tarragonensium principem, est tibi cœurus, est robore, atque animi virtute prestans, habet regnum tuo confine, habet in Hispania tuapropinquos, ac viribus eternitatis præpollentes, prob Deus immortalis, quid dubitas uno verbo tot bona, tot commoditates, non modo tibi ipsi, sed tuis omnibus atque uniuersæ Hispanæ reipublica præstares. His verbis Princeps iam victa, quando, inquit, omnibus ita visione est, me debere assentiri coniugio, non credo id sine quodam numina, atque diuina prouidentia euesisse. Quare vos omnes amici efficite, quod videbitur republika debere fieri, neque amplius hac de re sententiam meā expectetis. Quicquid cuius de me statueritis, id ratum, firmum, gratumque habebo. Sed huius meæ voluntatis facie imprimis certiorum Archiepiscopum Toletanum, qui huius mei sensus semper mihi fuit auctor. Quem ego certoscio, cum acceperit huic nuncium peculiari quodam gaudio gauisurum. Archiepiscopus certior factus his de rebus, venit Pontiueros Abilensis agri vicum per grandem, quo se iam Princeps è Matricali oppido profecta receperat, atque inde profecti sunt Valladolitum, ubi tunc erat Archibasilius Fredericus Regis Siciliæ maternus annus, aliquaque com-

plures ex regni primoribus, qui cō conuenerant ad sponsa-
liorum pacta conuenient, nuptiarumq; leticiam celebrandam.
Rex ipse Siciliae, idemq; Tarragonensium princeps venit
tandem comitatus Petro Mauriquo comite i Trinilio, qui
deinceps fuit Dux Naivensis, atq; ex prouincia Tarracos-
nensi alijs quanplu imis proceribus, optimatibusq;. Lon-
gū cōset enuanceret, qui cōplexus, & quāta gaudia utriusq;
partis fuere. Nihil illastrius illo die Hispania vidi, in quo
nuptiae tantorum principum celebratae sunt. Nemo enim
ferē fuit, qui non leticia gestiret, non exultaret, non Deo
gratias ageret: non municipium, non ciuitas, que non sups-
plicationes, ludosq; publicas decerneret.

DECADIS PRIMAE

LIBER SECUNDVS, DE EPISO- tolis Ferdinandi & Elisabes principum ad Enriquū Regē missis.

Caput. Primum.


 V P T I I S foeliciter peractis, instaurā-
tisq; repotis, visum est Principibus facere
omni de re certiorē Enriquum Regem,
atque per literas excusare, quod illius ins-
iussu nupscrit soror. Misce itaque per ho-
nestos viros littere cum mandatis in hæc verba. Enriquo
Hispaniarum Regi, Fratriq; pientissimo. Elisabe Princeps
eadēq; soror bene agere. Non sum ignorante mihi succēdere,

plures ex regni primoribus, qui cō conuenerant ad sponsa-
liorum pacta conuenient, nuptiarumq; leticiam celebrandam.
Rex ipse Siciliae, idemq; Tarragonensium princeps venit
tandem comitatus Petro Mauriquo comite i Trinilio, qui
deinceps fuit Dux Naivensis, atq; ex prouincia Tarracos-
nensi alijs quanplu imis proceribus, optimatibusq;. Lon-
gū cōset enuanceret, qui cōplexus, & quāta gaudia utriusq;
partis fuere. Nihil illastrius illo die Hispania vidi, in quo
nuptiae tantorum principum celebratae sunt. Nemo enim
ferē fuit, qui non leticia gestiret, non exultaret, non Deo
gratias ageret: non municipium, non ciuitas, que non sups-
plicationes, ludosq; publicas decerneret.

DECADIS PRIMAE

LIBER SECUNDVS, DE EPISO- tolis Ferdinandi & Elisabes principum ad Enriquū Regē missis.

Caput. Primum.

 V P T I I S foeliciter peractis, instaurā-
tisq; repotis, visum est Principibus facere
omni de re certiorē Enriquum Regem,
atque per literas excusare, quod illius ins-
iussu nupscrit soror. Misce itaque per ho-
nestos viros littere cum mandatis in hæc verba. Enriquo
Hispaniarum Regi, Fratriq; pientissimo. Elisabe Princeps
eadēq; soror bene agere. Non sum ignorante mihi succēdere,

DECADIS PRIMAE.

quod iniussu tuo Regi Sicilie nupserrim. Sed cum audieris
confarationesque, que me id facere cōegerunt, facile opis-
nor, placaberis. Nam si aliqua in re culpa est, illam non
mibi, sed tibi ipsi imputabis. Scis humanissime Rex, neq;
enim te latere potuit, quali animo furim ergate, cum Al-
phonsus frater regium sibi nomen assumpsit, & quam mihi
dissidium illud dissoluebat, quamque detestarer inter duos
fratres decertari de regno, quod alter possidebat, alter si fo-
ret superstes, possessurus erat. Scis præterea post illius obi-
tum, quam sine cunctatione vllaregnūm, quod mihi ab ade-
uersorystuis offerebatur, abdicauerim, dicens te superstite,
non licet regnare. Adhuc nihil est in meis operibus, quod
tibi dissplicere possit. Iusisti me venire, quo tu volbas,
declarasti me Hispani.e principem, fecisti, quod iure debia-
sti facere, tonethi ob id factum magnas tibi habeo gratias.
Pollicitus es, te intra quatuor menses repudiaturum vxor-
rem, si vxor appellanda est, quam neque per iura divina,
neque humana tibi habere licebat: missurumque in Lusitas-
niam cum filia tali metre digna. Pollicitus quoque es te
mihi traditurum in sumptus oppida quedam vectigalia.
Acta transalta omnia, iurauistantibus his conditionibus,
te iurito me nuptiorum nemini. Possestume eo nomine per
iuriū accusare, si fecisses illa, que te factum mihi promis-
sti. Nunquid repudiasti vxorem? nunquid ablegasti illam
cum filia? nunquid tradidisti mnicipia & urbes, unde
hoc inane principatus suscinerem? Omitto cætera, que sunt
omnibus nota, quo me nitebaris obtrudere, alteramq; quasi

inde mortui locum substitueres? Quando igitur tu nihil non
prospexit, proffexi et gomet mihi. Conscienciam tuam res-
cole, compries me fecisse nihil, cuius pudeat, piget ut.
Sed omnia hac omissa faciamus. Nibi nunc idem est anis-
mus, qui fuit semper, te diligere ut fratrem, te colere ut pa-
trem, te obseruare ut Regem, precariq; Deum immortalis-
lem, ut quam diutissime vivas. Quod si tu aliud cogitas,
aut me cupis regni hereditate mibi per leges debitas spoliar,
re, iniurius es in me, conquerar apud regni proctres, &
apud optimates ciuitatum, contestabor vicinos reges, defe-
ram querelem meam deniq; ad Deum immortalalem. Hac
sunt, quae putau ex cordis mei penetralibus de promere, ut
animi mei sensum tibi declararem. Quae sequuntur meo,
atq; dulcissimi coniugis mei nomine rogo, ut quae gestas sunt,
boni consulas, prebesq; nosq; ambos in filicriam numerum
adoptes, viteq; necisque ius penes te sit, perinde acsi ex te
essent procreati. Vale. At Sicilie Rex in hunc modum.
Et si decretum mibi fuerat non dare literas ad illustrissimam
Dignationem tuam, quod mibi foret compertum, quali ati-
mo esses in me, coniugemq; meam, eandemq; scriberem tuam
non potui tamen non obsequi voluntati illius, cui nihil dene-
gare possum, quae me admonuit, ut aliquid omnino ad te scri-
berem. Sed impræsentiarum quid alind debeat scribere
non occurrit, nisi ut petam ab humanitate tua, obtestorq; ut
quae factas sunt te absente, & quiori animo seras: quoniam Deo
imprimis auspice, & cunctorum deinde summatum infor-
matumq; consensu facta sunt. Neq; te iniquorum concilia

DECADIS PRIMÆ.

transuersion agant, qui sua cōmoda, non tua, et quere ipsius
blice sunt, requirunt. Scis, opinor, optime Rex, quos signis
ficerem. Quod si tibi animo est alienos tueri, noui idcirco tuos
ab alienare debes, et si nobis volueris esse pater indulges,
et nos erimus tibi filii obsequentes, et si fueris nobis Rex
mittissimus, et nos erimus tibi clementes obscuratissimi. Ce-
tera per amicū ac familiarem meum Petrum Vaccam, qui
istuc cion his literis, ac mandatis proficiuntur, cōmodus lo-
quemur. Cui, ut Dignatio tua fidē habeat, uchemeter oro.
Vale. At Rex, ut erat natura incertus animi, sive Magi-
stri illius Spatharij suasu, cuius arbitrio agebat omnia, non
literis, non mandatis, non viris, qui ad eum fuerunt missi,
respondit aliud quicquam, nisi uelle se ad eam rem consul-
tandam conuocare regni proceres, ut ex illorum consilio da-
ret responsum, quid facturus esset.

M A G I S T E R Sancti Iacobi agit per literas
cum Rege Gallorum, ut Carolus frater
Ioannam Enriqui filiam
ducat uxorem.

C A P. II.

AT Spatharius Magister, qui cgerimē tulerat
matrimonium illud, dies noctesq; nihil aliad molie-
batur, quā quē admodū impediret labefactaretq;
successionem illam principian, qui iam omnī or-
dinum consensu fuerant adiurati. Angebat callidiissimi hos

iminis spirituū, qd' ex illarū nuptiarū foedere, dissoluebat
patrimony sui fundation, quod ad illum deuenierat ex
factura infantium, sic enim appellat Hispani filios Regum
post primogenitum, qui postea quam adiuatus est successor,
atq; regnib[us] heres, dicitur Princeps. Filij naneq; Ferdinandi
illius, qui Ioannis Regis fuerat tutor, atq; extuta fuit ad
scitus ad Tarraconensium, ac Sicularum, Insularumq; nostri
mo[ri]s imperium, infantes sunt cognominati, unde et Gēti
licy agri, qui hodie à Nendociniis possidetur, infantatus ap-
pellatur. Igitur cum Enriquus Princeps abduc ab Ioanne
Rege patre suo disideret, hic Ioannes Patiequis autor fuit,
vt pater cum filio rediret in gradiam, vt ex ea concordia
vtriusq; copijs viribusq; coniunctis Ioannes Nauiorianus
Rex, idēq; pater Ferdinandi huius Siciliae Regis, et Tar-
raconensi principis Enriquo fratre, qui et ipse fuit
vnuis ex infantibus, regno pellerentur, spoliarenturq; Gens-
tilicq; shæreditatibus, que illis ex testamento Ferdinandi pa-
tris obtigerant. His regno pulsis, fugatisq; bello, bonapu-
blicatas sunt, ex qua honorū publicatione Marchionatus Vil-
lenensis Ioanni Patiequo cessit, quē deinde translulit in fis-
suum primogenitum heredem. Magistratus quoq; ordinis
Cisterciensis à Calatrava cognominatus, quo fuerat multa-
tus. Alphonsus Ferdinandi Regis Tarraconensium filius,
eodē iure, sive iniuria ad Petru Geryonū eiusdē Ioannis Pa-
tiequi fratre denoulat⁹ erat. Qui cū widerethispanie regnū
per illas nuptias ad Regē Siciliae percuti⁹, veriu⁹ ne post
liminiquare Marchionatus, et fratriis Magistratus ab illo

DECADIS PRIMAE.

repererentur, nihil omittebat, nihil intentatum relinques-
bat, quo minus omnia interturbaret, & cœliq; ac terrā
misceret. Itaque secreto mittit literas ad Ludouicum Gallo-
liarum Regem hortans illum, ut mitteret petitionem conubio
Ioannam, que dicebatur Enriquū Regis filia fratri suo Ca-
rolo Aquitanie Ducī, qui iampridem fuerat repudiatus ab
Elisabe Principe, quemadmodū in libro superiori diximus.
Per idem tempus Enriquus Rex erat in oppido, quod voca-
bant Meshynnan ad campionem Emporium illustre Hispano-
rum. At qui Rex Galliarū, qui ex petitione illa passus fues-
rat repulsam, iratus Elisabe principi, & quod sibi, atq; fra-
tri suo cōducere videbantur huiusmodi nuptias cum Ioanna
princepe altera designata, atq; iterū si opus esset designata-
da, mittit oratores, quorū princeps fuit idem Cardinalis.
S. R. E. quem superius dictū est venisse ex simili causa
petitum Elisaben principe. Prant cum Enriquo Rege Mes-
thynergie cōplures ex regni primoribus, sed imprimis Magi-
ster Spatharius, Archiepiscopus Hispanensis, Episcopi Se-
continus & Burgensis, Rodericus Pimētellus Comes Benes-
uetanus. Quo cū venisset Cardinalis, honorificeq; esset ex-
ceptus, vsus est eadē prope oratione, qua in petēda Elisabe
princepe antea fuerat usus, commemorans Gallorum, atq;
Hispanorum Regum antiquam amicitiam, sociosque Pe-
nates, quod faēdus dicebat mox arctiori vinculo posse
connecti, si Regis filia traduceretur coniux duci Aquitanie.
Ostentabat præterea Gallorum Regis potentiam, si in-
ter duos principes de regni possessione decernendam for-
ce.

At Rex Enriquus, & quod sorori erat infensus, & a Magistro Spathario pulcherrime subornatus, non habita iuris iurandi ratione, quo illam Principem declarauerat, non curans, quod ex tam turpi facinore multa sequentur mala, Respondet se libentissime velle facere, quod petebatur, secundum dictum operam, ut quamprimum fieri posset, filia Princesseps, regniq; haeres, a cunctis iuraretur. Et ne res aliqua ex causa interpellari posset, dixit se statim velle exequi, quod spondebat. Itaque comitatus, quibus dictum est proceribus, & Gallis oratoribus, coepit tendere iter Butracum, ubi erat Ioanna iunior cum Ioanna matre. Que aduentate Rege profecta est in occasum, cum filia virginem iam nubili ad quatuor millia passuum stipata ex primoribus Marchione sancte Julianae, & Comitibus Cluniensi, & Tédianno, & Iffo: compluribus ex eadem familia viris nobilissimis. Atque ita in medio agro utriq; consistentes, prob pudor Hispani sanguinis, illi idem, qui ad Tauros Guisandi, atque item ad Oceaniam Elisaben iuraverant Principem, nunc tandem abiurarent, atque in eius locum Ioannam antea abiurata, regnorum Hispanie Principem, heredemque iurando rius suscixerunt, perinde ac si, viclarus clauso sic iuramento tempore reficeretur.

DESPONSALIA Carolum Ioannam celebrantur: & Enriquus litteris Ferdinandi & Elisabes Principum incusat.
CAP. III.

DECADIS PRIMAE.



Tempora, & mores, strenui milites illi, & daces, qui sub priscis regibus fuere, cum pro re publica giose, atq[ue] pro republica multum sanguinem fudissent, equum, & armam erebant, qui regni fines propagabant: panca agri ingera, quasi magnum virum tis sue præmium assequebantur, sic Hispania respublica in dies crescebat. At nostri proceres pro iuris suo adi contempsa religione præmia petunt. Alius perfidie sue præcium urbem pacificavit, aliis municipium, aliis arcis præsidium, vnde inquam posset exercere dominationem, agrosque populetur: aliis tercias decimærum ad commensus limitaneorum decretas, aliis ex decimis regalibus decies centum millia d[uc] pondium annua: aliis vicies: aliis tricies: aliis Episcopatum: aliis Magistratum, & quisque pro sui sceleris magnitudine debitam mercedem. Quod nisi ciuitates, & populi sibi ipsis consuluerint, seque integras ventaris principibus reseruassent, acclum erat de pulcherrima Hispaniorum respublica: nullam certe hodie habetemus. His transactis Cardinalis procuratorio nomine Dux Aquitanie & noua Princeps se inuicem coementes, ille promissis oratione, hæc sp[iritu] regni dotalis ex more antiquo, & Romane ecclesiæ consuetudine sponsalia contraxerunt: signatae tabule, dictum feliciter, ingens scena sedet, nihil aliud defuit, nisi ut iaceret gremio noua nuptia mariti. Inde Segoniam regiam urbem profecti, vnde Cardinalis cum ceteris oratoribus Collegis dimissus est, Et populi, ciuitas iesque, & optimates, immo vero optimus quisque audita

sponsaliorum celebritate, quasi iam Galli transcederent Pyrenicum, & ex altera parte cogenerant exercitus ad decertandum armis ciuilibus, ita miserabantur fortitudinem Hispanie, ita sicut omnnes casus impendentes, & quicquid solent in bellis intestinis accidere. Erant tamen plerique omnes in Ferdinandum & Elisaben animo propensiores, oderantque in dies & regem, & Magistrum tanquam omnium impendentium malorum autores, concinnatoresque. Sed Magistrum imprimis, qui nouam Aquitanorum ducis sponsam curavit, ut in potestatem suam redigeretur, quo priuilegio vti, atque abuti posset regia potestate pro arbitrio suo.

Quo nuncio ad Ferdinandum Elisabenque Principes de Lato, cum intelligerent omnia iam ad arma spectare, constituerunt anteaquam aliud quicquam molirentur, obtestationis buxipsum regem ab incepto deterrere. Qui si nolet absistere, illum diris imprecationibus execrari, tanquam artificem & fontem malorum, que inde prouentura forent. Literæ autem in hunc ferè sensum scriptæ. Superiori anno misimus ad Celsitudinem tuam literas cum mandatis, in quibus continebatior excusatio, quod te inconsulto invimus fædera coniugalia, quodque id non est à nobis per actum eo animo, ut regiam Dignationem tuam laudemus, quin potius, ut liberius illi obsequremur, inscriuemus, quem non tanquam alieni, sed ut filij obnoxij, atque ob errati, cuius animi nostri certa quedam pignora nos daturos esse pollicebanur. Responsum est, certi nihil potuisse nobis describi, nisi re communicata prius cum

DECADIS PRIMAE.

quibusdam ex regni primoribus, quos Celsitudo tua erat ad
hoc ipsum convocatus. Quod responsum expectantes ni-
hil interim omisimus eorum, que probos atq; obtemperan-
tes filios facere decuit, tum honorifice de humanitate tua,
& loquentes, & sentientes, tum etiam alios ad illud idem
faciendum exhortantes. Testes sunt complures ciuitates,
& municipia, quibus suassimus, ut tibi, iussis obsequ-
rentur, atq; imprimis ornatisimum hoc oppidum Valladoli-
num, quod à Celsitudine regia plane desciuerat. Quod si as-
tud officium nostrum desideratur, parati sumus illud cre-
britate obsequiorum resarcire. Erit itaque tuum iubere,
nostrum vero iussis obtemperare. Cum vero supplicio-
nis nostrae oraculum expectaremus, non modo nihil respon-
sum, sed etiam facili sumus certiore esse animo in nos hostili-
excitare exteras nationes genti nostrae iniuisas in perniciem
eversionemque reipublicae Hispanie, quodq; & grius ferim⁹,
ia non tam arbitrio tuo, quam suisu quorundam hominum,
qui neq; tuum obsequium, neq; publicam utilitatem, sed pro-
pria commoda sequuntur. Nam quæ alia potuit esse causa
tante nouitatis post iterata m̄ à te imprimis, deinde à cunctis
summatibus, & infinitibus regni successionem nobis per iu-
ra diuina & humana debitam, cum præsertim nihil omis-
simus eorum, que filios erga parentes facere oportuerit.
Quod si nos cum eo sumus animo, non impetramus tāquā
à patre, at licet nobis obtinere tanquam à bono viro, iusto
que iudice, vius nostrum non amittamus. Id autem quo pa-
co libere posse fieri, nos hanc rationem excogitavimus, n̄

si alia potius tue videbitur prouidentiae. Constituantur mu-
 nicipium natura, arteq; munitione, idq; teneatur praesidio qua-
 tuor ex regni primoribus ex virtu que parte duobus, qui sub
 fide publica præstent securitatem de suo iure disceptantibus,
 atq; etiam ipsis iudicibus de causa decernentibus. Eo conve-
 niunt omnes omnium ciuitatum Hispanie procuratores &
 viri religiosi probate fidei, idemq; doctissimi quotquot in
 regno parari possint, qui persancte imprimis iurati se des-
 creturos, quod ex iure decernendum esse censuerint. Aus-
 diant rationes, quas utraq; pars pro suo iure tuendo attule-
 rit. Quorum sententiae ex hoc tempore nos statuimus ita
 rosq;, neq; unquam prouocatueros pollicemur, cui discrimini
 causam nostram subjecimus, ne ciuitibus, atq; peregrinis or-
 mis divini cultus obseruatio intermitatur, & regni tranquil-
 litas perturbetur. Atq; ut ad brevior em numerum indices
 redigantur, simul etiam, ut suspecti reiciantur, licet utriq;
 parti quinquagenos, aut centenos, aut quotquot visum fuerit
 ex omni manero reprobare. Quod si, ut plerumq; fit, in-
 ter ipsos indices non concuerit, est Petrus Verascus Co-
 mes Pharius vir bonus, Idemq; sapiens, vel veriusq; par-
 tis, vel potius omnium consensu huiusmodi indicatus. Is
 cum quatuor viris religiosis, quatuor ordinum prælatis bea-
 torum Francisci, Dominici, Hieronymi, Cartuxensis, qui
 & ipsi iureuandi addicti pro arbitrio suo atq; conscientia
 decernant, atq; componant inter partes, quid sequi, aut
 quid fugere debeant. Quando igitur non sine volta dolii su-
 spitione submittim⁹ causam nostram iudicio talium virorum,

DECADIS PRIMAE.

petitus, obtestamurque per ipsum, qui est index virorum
et mortuorum scrutans corda et renes Deus, ne deneges
nobis id, quod nec infimo cuiquam ex tuis subditis denegar
e potes. Quod si neque hoc quidem impetramus, ipsam
caeli pietatem, quæ talia curat, imploramus, quæ distribuit
cuique pro meritis, his præmia, illis poenam. Nos plane os
mne scelere immunes erimus, tibi omnia reipublicæ, atque di
uini cultus detrimenta imputabuntur. Vale Adhuc os
mnia Rex nibil respondit aliud, quam ipsam potius foros
rem fuisse autorem omnium malorum, que ex illo commis
sio prouentura erant, quando se inuito (immo etiam prohibi
tente) ausa esset mortuum sibi querere. Malaigitur omnia
que ominabatur in se ipsam, atque in eos, quibus talia placeb
ant, potius esse retorquenda.

SEPVLVEDA, Arunda, Agreda, Turdesel
le municipia Ferdinando et Elisabe Prin
cipibus se dedunt.

CAP. IIII.

AT Principes habito Regis responso, quo tutio
re in loco essent, ex Domini contulerint se Me
thymiam ad flumen Siccum, quod municipium e
rat Hispaniarum Archithal. Ibi, ibique aliquot di
es maiserunt expectantes quid Rex interim moliretur. Ma
gister vero ille Spaharius, cui nihil unquam satis fuit, pes
nij à Rege artis sue stipendium Sepulvedam municipium

ornatissimum, quod sibi, atq; posteris suis hereditario cede-
ret iure. Quod Rex non granatae, quicmadmodum & alia
huiusmodi multa cocepit, paratus etiam donare quicquid per
improbitatem ille ausus esset petere. Id fuit initium, ut ur-
bes, oppida, municipia, castella, & arces non habita villa Re-
gistratione deficerent, quando videbant patrimonium rega-
le tam faciliter ex causa dissipari, Sepulcra Dani itaq; facti cer-
tiores de municipiis sui alienatione mutare oppidum vallo
& fossa: reficere muros & pinas: disponere placos & ps
pugnacula: intendere tormenta & machinas, parati vitam
pro libertate pacisci. Macili virtute, quos non validissimus
hostis, non iniqua Regis iusta, & interminations flectere
potuerunt. Sed quia decretat illis iam preclaris facinoris autor,
adscircut sibi principes, ad quos videbatur ei⁹ oppidi, que ad
modum aliarum omnium rerum, possessionem ex iure peruen-
tuon. Qui nuncio accepto, ne amitterent occasionem, accor-
derunt. Itaq; in hunc modum oppido sunt potiti, atq; ex eis-
dem oppidanis disposito praesidio profecti sunt Complus-
tum, ubi erat Archiepiscopus Toletanus, ibique per aliquot
dies morati sunt. Per idem vero tempus Arundam ad
Durium municipium pulcherrimum, quod erat decretum
Iosinae Regiae sumptibus, pulsis, qui eiusdem Regis
nominis res administrabant, sequoque Principibus de-
diderunt. In eorundem quoque potestatem venit As-
greda municipium item celebre, qua Rex donauerat
Ludovicum Cincinnatum Comitem Methymne Celi.
At oppidani quenquam ex hostie detrimenta multa pertulerunt

DECADIS PRIMAE.

populatis agris & parte oppidi ambusta, nihilominus tamen
se in libertatem vendicarunt. Per idem quoq; tempus cas-
stri Inui preses, qui longe lateq; per vias publicas, perq; as-
gros, vicosq; grassabat, præsidio occupauerat oppidū Tiar-
des sellas ad Durium flumen. Id hac ratione venit in Prin-
cipum potestate. Erat Alphonsus Quintus illa unus ex fami-
liaxibus Elisabes Principis, vir ingeniosus & prudens, &
eius opera postea quam Principes rectum potiti sunt, fact in
rep, singularis. Is egit cum quibusdam oppidanis, ut deces-
ptis vigilibus, & circuitoribus ostenderent aditus, per quos
Principum milites auxiliares in munitiones penetrarent.
Re composita Princeps ipse cum Duce Albanorum intem-
pestanocte bipartito agmine oppidum adorti sunt, alteri à
Durij fluminis parte secreto scaphis, cymbisq; inuesti alteri
à parte fluminis aduersa, tandemq; admissi oppido sunt po-
titi. Preses vero per tenebras fugiens in castrum Inui se
recepit. Haec quatuor municipia venerunt in dicionē Prin-
cipum, anno ī natali Christiano Millesimo Quadragesimo
fimo, septuagesimo secundo.

DE M O R T E Caroli Aquitanie Ducis
Laborat quoque Enriquus, ut det filie spon-
sum Alphonsiom Lusitanorum Re-
gem, & deinde Enriquam
Enriqui filium.

C A P. V.

ANNO

ANNO in sequenti C^{ar}olus Aquitanie Dux, cui arabus sinistris Ioannā filiā putatiuā, immo nec putatiuā quidē, Enriqu^o Rex despōderat, ne neno extinctus est, cū esset occasione Vangionū Aquitanie municipio nobili, fuerunt, qui opinarētur à Ludovico fratre Gallorū Rege perpetratum id facinus, propterea sentiebat cum Ducibus Britannorum, Burgundiorumque acerrimis hostibus Regis, alijsque quamplurimis, qui in illius perniciem coniurauerant. Qui nuncius cum ad Enriquum Regem peruenisset, doluit plus quam pro morte, cum pr̄sertim hominis ingenium esset, ut ille doles retrahibil, quod soleat homini dolorem incidere. Itaque exclusus illa spē aliam viam aggressus est. Agit per nuntios cum Alfonso Lusitanorum Rege, ut conueniat ad pacem Augustam, que civitas est in collimitio vtriusque regni commentarij, scilicet de rebus ad vtriusque regis utilitatem spectantibus. Igitur constituto loco, et tempore conuenient ad prescriptum. Qui collocuti inter se quædam communia: paucaque ad rem pertinentia, catena que ad sponsalia conducebant, egrent per amicos, et familiares. Petebat Lusitanorum Rex arraboni, sive pignori carum verum, quæ spondebantur, certas quasdam urbes, et municipia, et Castella, arcisque in limitibus viriusque regni: id quod Enriqui nullo pacto prestare poterat, propterea quod illius vires, et potentia erat iam per exigua, atque multo minor autoritas in alienandis maximè rebus, que ad regale patrimonium pertinerebant. Quare nihil est effe-

DECADIS PRIMAE.

Etum ijs de rebus , propter quas eò conuererant. Fuit su-
spicio Lusitanorum Regem declinasse coniugium illud pro-
positis conditionibus , quas intelligebat ad impleri nō posse ,
re autem vera alias fuisse causas , siue quod diffidebat iuri
nepitis ex sorore , eo quod iam erat diuidatum Reginæ so-
roris adulterium , neq; poterat salua conscientia huiusmodi
vxorem ducere , cuius dos iniuria foret repetenda . Sine
quod intelligebat dari sibi acerrimum competitorem Sicilie
Regem , qui præter suas vires , que erant alioqui satis vas-
tida , haberet in regno , de quoc certandum erat , complures ex
primoribus sanguine , & affinitate propinquos , atq; alios co-
plures amicos adhæc ipsius Regis Sicilie propria . Quid
quod iam præiudicata , atq; adiurata erat regni successio
Elisabe Principi ab optimo quoque viro , atq; urbium , pot-
pulorumq; procuratoribus . Itaq; ex superioribus causis col-
ligebat , non tam dari sibi eò nomine vxorem regno dotas-
tam , quam bellum , quod in perniciem suam , suorumq; com-
plures Annos videbatur duraturum , atque infectio ne-
gotio digredi sunt . Exclusus ea quoque spe Enriquus
Rex , iniecit animum diò . Erat Enriquus Ioannis Tar-
raconensium Regis ex Enriquo fratre nepos , quem postea
quam ex vulnera , quod Vlmetano prælio acceperat , diem
suum obiit , perinde atq; filium ex se genitum educarat . Huic
Enriquus Rex destinat despondere , quam volebat nuncupa-
rifiliam , ut inter patruellos de regno dotali disceptaretur , a-
gitq; per Rodericum Pimentellum Bencuentavum Comitem ,
qui erat Enriquo propinquus arctissimo sanguinis vinculo ,

N*on* ascisceret illum ex Tarragonensi prouincia, exposita
causacio inde venturus esset. Factus igitur a Comite cero-
tior omnibus de rebus, non accepto, neque petito a patruo
Rege commicatu, properat ad regni spem, tametsi sciebat,
cum patruele sibi fore decertandum, cuius aduentus Enri-
quo Regi fuit incuriosissimus.

MAGISTER sancti Iacobi disturbat Ioannam

Sponsalia cum Enriquo Enriqui filio.

Obtinet Madriti arcem, Petit

que Segouiensem.

CAP. VI.

TENTER Spatharium Magistrum, & Co-
mitem Beneventanum illius generum erat no-
obscura similitas ex eo, quod cum esset Comes
in ipso articulo magistratus illum assiduequendi, so-
cer quibusdam cauillis anteuerit negotium, ac veluti ex ge-
neri manibus extorxit dignitatem, que post regiam in Hi-
spania habetur omnian prima. Videns itaque Magister
Comitem fuisse autorem euocandi Enriquum alioqui pro-
pinguum suum, veritus ne si ad Regni fastigium aliquan-
do peruenisset, inde sibi labes aliqua suboriretur, contulit
se ad artes consuetas, cœpitque disturbare nuptias, cum pre-
sertim sponsa foret in potestate sua. Cumq; Rex instaret
perducere rem ad id, quod iam diu concupierat, Magister
causabatur inimicitalias cum genero, atq; proinde cum Principe
futuro, petebatque a Rege arcem Madriti, quo posset

DECADIS PRIMAE.

tuto in curia permanere, quandoquidem Rex municipium illud frequentare consuerat. Arx illa tenebatur praesidio ab Andrea Caprario, quem Rex prefeccerat domui sue villicum, & cui ex amicis fidebat plurimum. Is semper fuerat autor reconciliandi Magistrum Regi iam inde ab eo tempore, quo disciverat, sequebaturq; partes Alfonsi fratriss, & Magister ipse fatebatur se eo nomine multum Villico debere, sed in hac re, que sibi esset tam conducibilis & opportuna, non debere illum dicebat, sibi obsertere, cum praesertim alijs in rebus, quae ad illius utilitatem, honos regis pertinerent, posset illi gratificari. Quod si animus erat, qualis se esse profitebatur, ex lege que de amicicia est à Philosophis constituta, negotium erat dimidiendum. Ea est, quod amicus debeat reddere amico, si ex ipsis parvo detrimento sequantur amico grandia commoda: & que poterant esse maiora, quam sui capitum secunditas: que proculdubio spondeti videbatur arce illa occupata militisque sui praesidio manita. Sed nihil villici preces, nihil officiorum cōmemoratio, nihil querela, atque parum grati animi incusationes valuerunt, quin Magister ex precepto Regis arce potiretur. Qui factus voti compos nihilominus nuptias interturbabat casatus iterū pericula, que sibi inde tam a gero, quam a futuro Princepe impendebant, neque sat sibi esse ad sui capitum incolumentem tutandā Madriti arcem, nisi etiam Segouiensis adiungeretur, propterea quod illud quę oppidum, & maiori quidem anni parte Rex frequenteret, se antem non posse consistere, nisi ubi Rex senatusq; re

gius ex curia esset. Quod si impetraret, se datum opes
ram pollicebat, quemadmodum ex regis voto omnia con-
ficerentur. Caeterum Rex intelligens se delusum Magistri
dolis, & quod post traditam illi arcem Madriti, petebat rur-
sus Segouiem scm, quam si tradiceret, suspicabatur pari ratio,
ne aliud quicquam petitum, coepit sub indignari Magistro,
neque enim id palam facere audebat, veritus ne si benefio
cium beneficio non cumularet, omni sua spe fraudaretur, et
amicum qualitercumq; fidum perderet, maximè cion in illius
potestate filia esset, quam cupiebat Enriquo infanti quampræ
mum collocare. In ea igitur perplexitate positus, dubiusq;
quid ficeret, sequutus est tamen alcatorum perditum illud cō-
silium. Sic ne perdidicerit, non cessat perdere lusor. Impe-
rat presidi, ut tradat Magistro arcem. Is erat idem An-
dreas Caprarins, qui coepit illudere Regis iussa, dicens ni-
bilis magistrum effecturum, que pollicetur arce obten-
ta eo argumento, quod qui unam in re fidem refellerit, credi-
bile esset, & in altera simili paria factiorum. Inde Magis-
trum Regis villico inimiciciæ confirmatæ, neque id iam
occultis odys, sed palam, donec ventum est ad arma, Magi-
strum nitente oppugnare arcem, præside non modo propugna-
re, sed ipsum oppugnatorem urbe, atque subiugio pellere:
id quod factum est, nec difficulter quidem. Nam & portæ
urbis, & templa, ceteraq; munita loca tenebantior à præsis-
de, in quem oppidanri erant propensiores, ut in bonum ci-
uem, potiore emq; causam defendantem. Magister urbe pul-
sus, se Madritum contulit. Per idem tempus Petrus Men-

DECADIS PRIMAE.

DOZA Episcopus Secundinus à Xysto Pontifici huius nominis
quarto creatus est. S. R. E. Cardinalis sub titulo sancti
et crucis, vocatusq; est deinceps Cardinalis Hispanus.
Iisdem praeterea diebus Michaelis cognomento Lucas, quē
Rex Comestabilem creaverat, per tumultum à Mentesana
plebe armis obrutus est, in cuius locum sufficitur Petrus Vespucius Comes Pharinius, idemque Regis cubicularius ma-
carius.

DE aduentu Vicecancellarij Cardinalis in His-
paniam, & quod Enriquus redit in gratiā
cum sorore Principe, & dein
de frustratur:

CAP. VII.

ANNO insequenti, qui fuit quartus & septuage-
simus supra Milesinum Quadringentesimus Ros-
dericus. S. R. E. Cardinalis Vicecancella-
rius cum potestate legati de latere venit in Hispaniam.

Qui primo suo aduentu cœpit agere de concordia inter
Enriquum Regem, & sororem, coniugemq; illi⁹ Principes
designatos, quibus imprimis curauit Magistrum reconcilium
dum, quod intelligebat illum esse inimicitarum caput, atque
interpellatorē pacis. Ceteram Rex cum videret ex ea cū
Magistro reconciliatione consilia sua impediri, & ipse per
amicos egit, quemadmodum Princeps in gratiam securus
redirent, qui cum eius accitu venissent Segoniam, eos beni-
gne exceptit, atq; verbo, & opere illos honorifice tractavit.

At Principes ediuerso se postac Regi obsecuturos, neq;
 ab illius voluntate deinceps vnguem transuersum declina-
 turos profisi sunt, simul etiam se illi ostensuros dicebant,
 quibus præstigijs à quibusdam hominibus eluderetur, quā nō
 ipsius Regis decus, non reipub. utilitatē sed sua propria
 commoda sequerentur. Hic redditus in gratiam Magistro
 per molestus fuit, cœpitq; & ipse nouas aliunde amicitias
 querere. Venit itaque Collarum, quod municipium erat
 Ducis Alburquerque. Is erat, qui putabatur à cunctis sub-
 ditis Principis alterius patr. Agitq; cum illo de molis
 endis rebus nouis contra falzionis aducrse partes, sed im-
 primis contra Regis villicum, qui conatus suos in obtinen-
 da Segoiensi arce impediterit. Interim homo callidus, &
 qui nihil vñquam intentatum, nihil in usum relinqueret, se
 creto Regem sollicitat, si vellet omnia ex voto sibi succes-
 dere, filiamque suæ controuersia cui distinata matrimonio
 tradere, atque proinde dum viueret nullo interpellante res-
 gno potiri, atque post obitum certam regni heredem filiā
 relinquare, uno facto hec omnia facillime posse confici, si
 Principes simul & Archiepiscopus Toletanus cum An-
 drea Caprario in vincula conicerentur. Ex altera quoque
 parte Comes Beneventanus, qui summopere cupiebat pros-
 pingui sui cum subditua Principe nuptias quamprimum
 confici, Regem ad properandum facinus extimulabat. Ce-
 terum Rex homo natura quoquo versus impelli leuisimus,
 simuletiani maturandi filie matrimonij cupidus, neque mi-
 bus Toletani præsulis punie diuidus, nō veritus fidei, atq;

DECADIS PRIMAE.

violate amicitie iura soluere, non abnuit scelus oblatum.
At quod peragendum constitutum est, ut milites clam intra
urbem certis in locis disponerentur, qui signo dato erumper-
rent ex composito, remque conficerent. Non desuerunt,
qui Regi dicent tam pessimi exempli facinus non attentā-
dam. Posse enim fieri, ut ciuitates, & populi indignitate
rei permoti iudices, assertoresq; accurrerent, ipsiusq; regis
capite lueretur, quicquid consiliarij pessimi delirarent. Cer-
tiores facti Principes omnium, que aduersum se gererens-
tur, Ferdinandus in castellum munitissimum Tiurocanum se
recepit. Elisabe vero vxor, tametsi admonebatur a cunis
eis, ut & ipsa quoque ad tempus secederet, voluit potius
fortunam suam, atq; amicorum fidem experiri, magnoque a-
nimō, magnaque sui fiducia perstat in urbe, curatque per
Regis Villicum, ceterosque amicos fidos portas, & tem-
pla, & urbis loca munitissima praesidio firmari, ne quid
detrimenti ab aduersariis capere posset. Rex cum vide-
ret se frustratum sua spe, cessit urbem sorori, seque Ma-
drition contulit, quem euestigio secutus est Magister, ut
odij stimulos acriores admoueret in sororem, contingem
que ipsius: atque imprimis in Villicum Segouiensis arcis
presidem, tanquam in precipium excludendi ab urbe Re-
gis autorem.

DE castris Iulienfis arce Magistro sancti Iacobi
tradita, deq; illius obitu & cōcertationibus
inter competitores Magistratus.

TENTER urbes & municipia, quibus Rex Magistrum donauerat, fuerant castra Iulia, quod oppidum vulgo dicunt Trogilium, & ingenio situs, & ciuium opulentia in Lusitania nobilissimum. Eius arcem sub fide publica tenebat praesidio Gracianus quidam cognomine Sessius, qui nolebat Magistro possessionem cedere, quamquam esset id sibi a Rege trebro imperatum: cansatus nescio quos sumptus, quos in munitiones, & milites praesidiarios distribuisset. Qua de causa Rex eò prefectus non potuit alia conditione Gratianum arcis praesidio extrudere, quam si hereditario ure cederetur illi castellum sancti Fælicis Callaicorum cognomento. Quo die tradita est arx, cui Magister suo nomine tradi voluit, ipse ex abcessu quodam perniciose in altera mæxilla aborto diem suum obiit in vicis sanctæ Crucis, qui distat a castris Iulij, australium versus, duodecim millibus passuum. Cum animam singularet moriens, querebat identiter abstantibus, an Iuliensis arx Praesidi suo iam esset tradita. Pulchra in morte cogitatio, atq; vite exactæ simillima. Sed pro Deus immortalis quam dissimilis hic Epaminundæ illius Thebani, qui cum apud Mantinea quo prælio Lacedæmonios superauit pro patria pugnans vulnus illud lætale accepisset, noluit ferriam ex vulnera trahere, quo ad audiuit victoriam penes Thebanos esse, querens quo in statu res Thebanas foret. Hic vero querit moriens, an arx iniuria, & contrarcmp. sibi donata praesidi suo per-

DECADIS PRIMAE.

manus, uti aiunt, tradita sit. Sed neque qui prece arcem prodidit, superuixit din. Si quidem à sancti Fælicis sui insqualinis lapidibus per tumultum obrutus, penas sue prodictionis debitas exsoluit. Ex obitu Magistri aliquotsecundū sunt similitates, atq; Spatiferorū ordinis dissidiū inter duos acerrimos Magistratus competitores Rodericū Mauriquū Parictinū Comitem eiusdem militiæ commendatarium à Secura, et Alphonsum Cardeniensem prouincie Legionensis commendatarium maximū. Cumq; illius ordinis due sint prouinciae, Legionis altera, cuius conuentus est sub primore dinī Marci, altera Castellæ, cuius conuentui præsideret Primor Vclensis, uterq; ex competitoribus curauit ab altero Prismoribus fieri conuocationē tredecim commendatariorū, ad quos Magistri electionē ex ipsius ordinis cōsuetudine atq; decreto pertinebat. Parictinus namq; Comes conuocationē illā dicebat fieri debere ex antiquo ritu, à Primore Vclēsi. Cōmendatarius maximus ediuerso, à Primore sancti Marci, cum præsertim in ipsius ordinis cōstitutionibus esset difinitum comitia debere fieri in illius prouinciæ conuentu, in qua Magister diem suum obiret: obijisse autē decessorem in agro Castroiliensi, qui procuddubio ad legionis prouinciā pertinebat. In hac controuersia suffragatoribus ab utroq; primore conuocatis, uterq; ex competitoribus eligitur, sicut latus, utique Magister Comes parictinus Castellane prouinciæ cōmendatarius maximus Legionensis. At parte ex alia Iacobus Patiæquus Ioannis Patiæqui decessoris Magistri filius, idemque Marchio Villenatum dicebat patrem q̄

ad hunc viueret, abdicasse Magistratum in manus summi Pontificis, spectare etque in dies Apostolice sedis confirmacionem, habere que sui studiosos, fautoresque non nullos extros decim viris, atque imprimis Osornini Comitis Castellanae provinciae commendatarij maximi suffragationem non contemnendam.

DE INSTITUTIONE

*primi ordinis militie Sancti
Jacobi, & quonodo
deinde propaga-
tus est.*

C A P . I X .

SE D quando in Spathiferian ordinis, ipsiusque Magistratus, que dignitas post regiam apud Hispanos habetur prima, mentionem incidimus, neque satis constat inter autores quo tempore, aut quibus initijs, & per quos fuerit tam insignis militia constituta, visum est hoc in loco, quid habeat de re pro comperto habeamus, exponere. Si enī qui dicāt hunc ordinē cœpisse sub Alfonso, cui foret cognomē casto, Christianæ salutis anno circiter Vigesimo supra Octingētesimum. Sed neq; pdūt, quis fuerit ordinie iustitūdi autor, aut quis illi tanta veltigalia donauerit, unde tā numerosus exercitus ali posset, aut quid tam longo temporis spacio per-

DECADIS PRIMAE.

ensiferos equites sit gestum, cum nulla ipsorum in historiis
rum libris, quos ego legerim, mentio sit habita. Quantum
vero ex privilegijs huic ordinis cōcessis colligere possumus,
hac militia videtur initium habuisse sub Alfonso Hispano
rūm Regē huius nominis nono. Extat in monumentis Ale
xandri tertij Pontificis maximi, anno Pontificatus suis septi
mo decimo, salutis vero Christianae sexto et septuagesimo
supra Millestimas Centesimam in favore ordinis prius
legium concessionem. In quo refertur fuisse in Hispania tem
poribus illis, viros quosdam nobiles ordinis equestris, qui
seipso, omniq; bona sua Christi militie denouerunt, pro
fessi quoad viuerent, se gesturos bellū contra nominis Chri
stiani hostes Saracenos, qui totā prope Bæticam magnāq;
Tarragonensis provinciā partem occupauerant, tūc merātq;
per annos circiter quadringentos. Fuerunt autem ea tempus
pestile equitum illorum facultates per quam tenues, quippe
qui nōn multo plura quam viginti Castella, et ea quidem
munitissima possiderent, que sub obscuris nominibus in ipso
privilegio numerantur. Per idem tempus Magister ipse,
cui Petro Ferdinandi nomen erat, cum pleriq; sui ordinis
equitibus Roman profectus, suo atq; suorum omnium fra
trum nomine, rem omnem cum personis Apostolice sedi
subiecit, supplicauitq; ut ab eadem in proprios, ac peculia
res filios admitterentur, traderetq; illis viuendi normam,
id quod est à Pontifice factum. Nam et illos in filiorum
suscepit locum, et bona omnia sub Apostolice sedis patrimo
nio depositit, normamq; viuendi tradidit, quem deinceps in

ordinem cum monitorio penali Magister Albertus. s.
 R. E. Cardinalis vir planè optimus, atq; eiusdem militie
 admodum studiosus, qua nostra quoq; etate recensuit,
 confirmavitq; Iulius secundus Pontifex Max. Anno Chris-
 tianæ salutis septimo supra Millesimum Quingentesimum.
 Ex parvo itaq; illo principio per quosdam incrementi gra-
 das eò potentie hec equestris ordo peruenit, ut nostros se-
 culo mille cataphractos equites bello armare posset: quas
 copias beneficio principiū acquisuit, ob insignes res gestas
 in bello, quod sine intermissione cōtra mauros Baetice ini-
 stos possessores ad hæc tempora gessimus. Nā et pugna illa
 memorabili, qua Miranamolinū superauim⁹ sub Petro As-
 trio eiusdē ordinis Magistro singularē operā nauavit, que
 victoria parta est Anno salutis duodecimo supra Millesimum
 Ducctesim⁹ Hispanorū Rege Alphōso nono. Atq; deinceps
 Ferdinādo Rege in oppugnatiōe Vbeta, et Cordubæ
 per quam strenue hic ordo militavit, sed præcipue in obsige-
 dione Hispalensi, ubi Pelagius Corrigiacognomento, ensis
 ferorum equitum Magister firmissimum tenuit præsidium.
 Fuere deinde hiūis ordinis Magistri viri splendidissimi,
 quorum insigni opera in bellis Reges v̄si sunt, quæ cōtra
 nominis Christiani hostes Mahometis cultores sunt gestæ:
 vnde militia hec diuī Iacobi nomine instituta ex prædabo
 stiū, Regiamq; beneficia, et Pontificum benignitate opus
 lentam, ex crebris victorijs immortalē gloriam consecuta
 est. Sed de ordinis hiūis origine, atq; regulæ primordijs
 fortasse plura hoc in loco, quām oportuerit dicta sunt,

DECADIS PRIMAE.

cum de magnis rebus satius fuerit omnino silere, quam pauca dicere.

DE Marchione Villenate comprehenso, & absolu- to. Et de obitu Enriqui Regis, eiusque habitu & moribus.

C A P X.

SE D ut eò, unde digressi sumus, aliquando revertamur, dum Iacobus Patiequius Magistratus obtinendi causa suffragatores ambivit, si mulieris innocentiae sue fiduciam, sedre vera cupiditate quadam præcipiti Osornino Comiti, qui et ipse eò dignitatis aspirabat, se satis inconsidere credidit, à quo ex insidijs, quas paraverat, comprehensus, & in arcem commendati sibi oppiduli Fontis domine cognomitati, per ductus custodie ad seruandus traditur. Cuius rei nuntius cum ad Regem esset delatus, magis quam pro materia, & quam Regem decebat ægre tulit. Amabat namq; præcœ-
teris omnibus amicis Marchionem, atque illa potissimum causa fuit Osornino comiti eum comprehendendi, quod pustulat illo pignore se habiturum magis præcipuum ipsum Re-
gem ad magistratus consequuntē. Erat autem Rex licet natura & voluntate abstemius, lithanicus tamen & ne-
phriticus & ilcosus, quibus morbis eo tempore vehemens-
tius urgebatur. Qui tametsi à medicis prohiberetur iter

facere, minitantibus imminens periculum, quod inde seque-
 batur, nihil ot. amen segnius iter arripuit. Quem affectati
 sunt Cardinalis Hispanus, Comes stabilis, idemque Co-
 mes Ppharius, Marchio sancte Julianæ. Beneventus
 nus Comes, item Cluniensis, aliquique complures ordinis
 equestris primores. Conuenerunt præterea eodem Ar-
 chiepiscopus Toletanus, & Episcopus Burgensis. Qui
 omnes pro parte suanegotio insistentes, rem sic transge-
 ruit, ut Marchio sub certis conditionibus tandem absolves-
 retur. Coepit est præterea ibidem agi, de concordia Re-
 gis cum principibus, sed dum altera pars Regem placat,
 exulcerat altera, nihil est confectum. Rex vero, cum in
 dies morbi conualescerent, nihil iam medicis promittenti-
 bus, Madritum rediit, ubi vita defunctus est, quinto deci-
 mo posteaquam eo concesserat die, qui fuit tertius ante idus
 Decembris, Anno à natali Christi Quarto & Septuagesi-
 simo supra Mille simum Quadringentesimum. Regnauit
 que Annos viginti, Menses quatuor, Dies duos & vis-
 ginti, Vixit Annos quinquaginta. Depositum est cors
 pus in cœnobio diui Hieronymi iuxta Madritum, des-
 inde non multos post dies, translatum est in monaste-
 rium Guadalupi, ubi cum moreretur se humanum prece-
 perat. Inferias duxit, turavitq; funus, & cum deponeretur
 cadaver, & cum transferretur Cardinalis Hispanus: qui
 Mansolæum quoque illi, ut benefactori suo, simulacrumque
 faciendum locauit. Instituit præterea duorum sacerdotum
 collegium, qui bis illi cotidie parentarent. Testamentum

DECADIS PRIMAE

quod cum solennitate, quemadmodum dicitur, fecerit, reper-
tum est nullum, nisi quatenus ceteri moreretur dictavit pauca
volentatis sua verba, que notis excepit Ioannes Octavianus,
cui ex omnibus secretariis malorem habebat fidem. In qui-
bus continebatur tantum dare se conficiendi testamenti facul-
tatem, atque voluntatis exequenda Cardinali Hispano &
Marchioni Villenati. De principe vero, que diceretur
ipsius filia putativa, fieret, quod ab eisdem testamentariis &
insuper a Marchione sancte Julianae & Arcuacorian Du-
ce & Comite Beneventano faciendam decerneretur. Fuit
statura aliquanto procerior, corpore bene compacto, facie
latiuscula, nasoque complanato, citra deformitatem tamen.
Delectabatur plurimum in venationibus, propter quas fre-
quenter petebat solidudines, & loca deserta. Insunebat mul-
tum temporis in musica, tum audiens cantores fidicinesque,
tum ipse per se fidibus accinens, & quidem cum vocis quo-
dam suavitate. Erat mirum in modum edificandi cupidus,
unde & arces complures muniuit, & desq; sacras a fundame-
tis excitauit, monasteriaq; construxit: locupletauitq; uectigal-
ibus & donarijs. Fuit natura clementior, quam regnū
gubernatores decet: profusior in largitionibus, quam regū
magnificentia postulat, sed præcipue in excipiendis extera-
rum gentium legationibus. Vtebatur vestibus, neq; ex
preciosa materia, neq; figura exquisitiori, sed qualibus mes-
diocris conditionis ciues honeste uti possent. Exercitum per
grandem alebat, tum prætorianarū cohortium, que semper
exuberarent in armis, tum etiam euocatorum, quibus utrisq;
summa

summa fide stipendia, statutis temporibus reddi ceterabat, &
 hec omnia usq; ad regni sui annum decimum in dies conu-
 luerunt, unde non subditis modo, verum etiam finitimi
 Regibus erat verendum, cum subito paulatim omnia deflue-
 re, atq; deinde in præceps ire coeperunt, alteroq; decimo tan-
 torum gloriarum intercidit, ut ne vestigium quidem illi-
 lius ullum relinqueretur. Nam & amicorum suorum, que pri-
 ma labes mali fuit illi, prætorianas cohortes emisit: quibus
 exarmatus cum voluptatibus suis indulget, primum ab ijs,
 quibus fidebat, deinde ab alienoribus contemptui simul &
 ludibrio haberi coepit: atq; eò tandem calamitatis deuen-
 tit, ut ex publicis vesticibus nihil aliud reciperet, quam
 quod per regni primores, gubernatoresq; ciuitatum lice-
 bat. Quæ omnia fortissimè patiebatur, non tam ex insensi-
 bilitate, cum alioqui natura esset ingeniosissimus, quam ex
 quadam sibi innata animi æquitate. Iocabaturq; sepe infor-
 tuis am suam, nam fuit & in hoc emunctæ naris, ac per quam
 facetus. Cum aliquando insimularetur quibusdam de rebus,
 quarum non erat sibi conscientia, miror, inquit, cur me non in-
 simulant quoq; quod monetam ferio, quod de falsariis dicens
 consuevit. Cumque illius iussis non obtemperaret quippe,
 non abibit mihi impune dicebat, nemo enim me unquam

laesit, qui non cuestio debitas mihi pœnas exolue-
 rit. Sed de vita & moribus plura, si contige-
 rit nobis aliquando illius histos
 riam latiori stylo
 prosequi.

PRIMAE DECADIS
LIBER TERTIVS , ELISABE
*cum Ferdinando coniuge Rex & Regina declarau-
 tur , & ex primoribus , qui obsequium exhibue-
 runt , qui restituere contumaces .*

Capit. Primum.



V O tempore Enriquus Rex vita defusa
 fuit est , Elisabe princeps agebat Segouie .
 Quae cum primū facta est de obitu fratis
 certior , inferias illi , iustaq; magnificenter
 me persoluit , seq; Reginam declarari , salu-
 tariq; ab omnibus curauit . Nam cōiux ea tempestate aberat
 ex bello Ruscinonensi multis negotiis in Tarragonēsi pros-
 uincia implicitus . Paucis enim mensibus ante Iovines pas-
 ter Perpiniana obsidione à Gallis oppressus , suppetas à fi-
 lio imploraverat qui , comparato quam maximo potuit exer-
 citu ex Hispanis Tarracensib; tum gravis , tum leuis
 armaturae militibus , patre de facie dasub iniquis conditionis
 bus deditione cogitante , repentina suo aduentu obsidione li-
 beravit . Segovienses ciues editissimo suggesto facto , quo or-
 miiū ordinū viri cōuenerant , signa vexillaq; regia substiu-
 lerunt , inclamat̄es identidē Ferdinandū Regem , Regināq;
 Elisaben iustos , legitimos , & indubitatos heredes ac domi-
 nos Hispaniarū naturales . Ipsi dcinde Reginæ insubiectio-
 nis argumētū ex patria cōsuetudine manus exosculati , sub fit-

de publica iurarūt se futuros illi. atq; suo cōiugis subditos fideles, obnoxios, atq; iussorū omnīū obtemperantes. Comes deinceps Bencuentanus, Marchio sancte Julianæ, Dux Albas-
nus, Comes stabilis, idemq; Comes Pharius, Beltranus Dux
Albiturquer querus, Comes Triunfus, Archithalassus queq;
Alphonsus Enriquius ipius Ferdinandi Regis auctulus, alijsq;
cōplures regni proceres, optimatesq; ciuitatū. Ac prater ea
ex Antisitū numero imprimis Cardinalis Hispanus, idēq;
Archiepiscopus Toletanus, alijsq; Praesules eadē cōuenientiū,
qui Reginæ fidē quoq; suam iure iurando simili obstrinxer-
runt. Quibus aliqua ex causa facultas veniendi nō fuit, misē
re procuratores, qui suo nomine, idē minus exequentur.
Qui omnes postea candē fidelitatiē se prestatiro; Ferdinan-
do Regi per sancte polliciti sunt. Is nāq; accepto nuntio, re-
rum omnīū, que gerebantur, ad Reginā vxore magnis itis
neribus cōtendit. Atqui alia ex parte Areuacorū Dux, Ville-
nas Marchio, in cuius potestate ad seruabantur Ioāna, que fal-
so dictabatur princeps, Magister à Calatrava, Vrenas Co-
mes, Marchionis vierq; patruelis, necq; eadē venerūt, necq;
suos miserūt procuratores, qui obsequiū debitū Regibusq; nu-
per crevis exhiberisoliū, deferret. Areuacorū nāq; Dux pe-
tebat Areuaci titulū, atq; Ioāni filio Magistratū. Traianē
pōte cōfirmari. Marchio petebat Marchionatū, quo Ioānes
Tarragonensiū Rex fuerat superiori bello ciuilis spoliat⁹, ne-
rebaturq; à Rege filio repetēdū. Insup & urbes, municipia,
castella, vestigalia, que patris suis Ioānes Pati & equis ex pa-
trimoniō regali fuerat depecular⁹. His adiūgebatur Magistra-

DECADIS PRIMAE.

tum diui Iacobi , quo pater fuerat perfunctus , debere sibi reddi , cum reliquis omnibus , que sibi hereditatio iure obnenerant . Neq; tantum ea efflagitabat , que ad se pertinere diceret , sed que ad fratres , ad propinquos , ad cliques , ad amicos : que omnia , si principes illis indulsissent , magnon regale patrimonian , atq; proinde ressu . Hisparia detrimentum pateretur . At Principes interim temporice cedere , responsa in longian protrahere , dubios præmij pollicitacionibusque allucere , amicos honorifice alloquendo , comiterq; tractando in fidei retinere . In perduelles nihil noni decretum . Creati sunt Questores maximi Gitterius Cardenius , quem superiori parte diximus fuisse matrimonij conciliandi autorem precipuū . Gondisalvius Cacorius , & ipse quoq; Regine antiquus familiaris . Adiectus & tertius Rodericus Villos , qui & ipse Enriquo Regi fuerat questor quoq; maximus .

LEGATI ad Regem Gallorum mittuntur , qui
de foedore confirmando , & de Ruscinone cum
illo agant , interq; Regem & Res
ginam disceptatio .

CAP. II.

T Q V I Rex & Regina , ut aliquid speci
men future gubernationis ostenderent , saevire
iusserunt iustitie administratos ingrassatores , la
tronos , homicidas , depredatores , reliquosq; id

genus facinorosos homines. Quereres quemadmodum optimum quemq; ad bene de republica sperandum erexit, ita criminosos alienauit, cōegitq; scelerum suorum impunitatē querentes se perduellibus adiungere. Horum cum esset magna copia, ex qua partes aducrse videbantur inuadescere, tē perari iussum est ab hac iuris animaduersione, data maleficiorum impunitate ab ea die, in quaregni gubernacula iniungunt. Ex antiqua præterea consuetudine obseruata inter Hispaniorum & Gallorion Reges, ut cum eorum quispiā descederet, alter de illius obitu siceret certior, missi oratores, qui Ludouico Galliarum Regi nuntiarēt Enriquam viatoria functionem, fœdusq; & antiquā societatē renouarent, simul etiam Regem admouerent, ut si amici, si boni, si iusti principis numeru fungi vellet, restitueret Ioanni Terraconensiū Regi Comitatū Ruscimonis, quem illi Gothalanico bello sub certis conditionibus oppignerauerat, quibus non obseruatis ad prissimum dominium deberet reuerti. At Gallus accepto nuntio de Enriqui obitu aliquot sūa doloris argumenta monstrauit, atq; ediuerso de noua Regis & Regine successione oratoribus est gratulatus, velleq; se libentissime antis qua fœdera instaurare, respondit. Quod vero ad Ruscimonis Comitatū attinebat, dixit se nihil ex conditionibus oppignerationis immutasse, quin potius deberi sibi sumsum illam aurorum stipendiū nomine, quod bello Barcino nensis suis exercitus intruerat: velleque se mittere iurisconsultum, qui suam causam tueretur, docceretque penes se debere pignus retineri, quoad stipendum sibi redderetur. Ves-

DECADIS PRIMAE

'nit itaque consitus, cum principes essent Valladoliti, dissipataque est causa in senatu regio, cumq; nihil inter partes ea de re conueniret decretum, ut tam ad iuris disquisitionem, quam ad foederar e nouanda mitterentur vtr inque oratores ad viriusque regni collimitum, qui procuratorio nomine rem omnem transigerent. Per idem vero tempus, cum Rex & Regina Segouie agerent, coeptum est inter virum & uxorem de iure successionis, gubernationisque disceptari, non tam simulationis, diffiditique causa, cum alioqui omnibus in rebus esset inter illos tanta concordia, quanta nunc quam inter alios binos coniuges fuerit: sed quod ea iuris disceptatione prospiceretur in futurum, ne regni administratio in alienam familiam transmutaretur, si filia superstita eademque herede succederet ex propinquisis, qui esset ex consanguinitate proximus, id quod in Gallia, usque in nationibus obseruatur. Ex primoribus Hispanie, qui erant Regis anguine propinqui assuerabant, quandoquidem Enriqu⁹ sine prole decesserat, successionem ad Ioannem Tarraconensium Regem esse devolutam, quippe qui esset Ferdinandi Tarraconensis Regis filius, atque Ioannis primi Hispanorum Regis nepos. Eodemque iure ad Ferdinandum huiss Reginae coniugem pertinere successionem, regnique administrationem non quasi dotalis, sed quasi hereditarij. Edi verso, pro parte Reginae obijicitur ex legis bus, atque Hispanorum consuetudine Castellanorum prescritum, virili sexu ex stirpe regia deficiente, foeminas esse legitimas heredes, regnique idoneas moderatrices,

afferebantia que exempla iam inde ab infante Pelagio repetita , cuius filia Ormisinda , cum virilis ille sexus liberos non haberet , in Legionensis regni hereditatem successit , nupsitque Alphonso , qui Catholicus est cognos minatus . Odisinda quoque Froila fratre defuncto sine liberis in eodem regno successit , nupsitque Siloni . Eos dem præterea iure Xanthia Ferdinandi cognomento Magni vxor ad eiusdem regni successionem pertiebat , Veremundo fratre sine liberis extincto . Eregione etiam Castelle afferebantur exempla , quod Elvira ex Vasconum Regina hereditario iure obtinuit Castelle Comitas tum , cuius filius Ferdinandus primus Castellanorum Rex fuit . Viraca etiam , que Rainundo Tolosatum Comiti primum , & deinde Alphonso Tarraconensem Reginupsit , Castellani atque Legionensis regni heres fuit .

Berenguela quoque Enriquo fratre immatura morte Fallantiae intercepto , regni hereditatem adiit . Catharina præterea Britanni Duci filia cum Enriquo pri mi Ioannis filio omnipotenti ordivian consensu adiutorata est Hispaniarum Princeps . Idem econtrario assueras boni ex historiis , nusquam exemplum reperi in Hispania , quod relictæ herede scemina ex laterali serie quisquam in Regni gubernationem adsciscetur , quo iure Ioannes Tarraconensem Rex omnino excluderetur . Quod vero ad Regni administrationem attingebat , pro parte ipsius Reginæ obiectum est ad eamdem pertinere , ad quam & Regni dominium pertinebat .

DECADIS PRIMAE.

Quod si quemadmodum legibus definitum est, regnum do-
tis nomine marito non potest tradi, neque gubernatio quo-
que. Nam quo iure, quir ei dominus non est, aut regale pa-
trimonium administrare, aut in bene merentes ex regio ce-
su collocare beneficia; aut arcium praesidia sub publica fide
alicui potest credere? Hec partium concertatio tandem
hunc in modum composita est: Regni hereditatem, successio
nemq; ad ipsam Reginam pertinere, tametsi foemina, pro-
pterea quod esset unica Ioannis Regis filia superstes a Re-
gibus Castellae & Legionis resto stemmate descendens: ut
que posse ad alios quemquam pertinere heredem, qui per
lineam lateralem ab eisdem Regibus descendenter. Defini-
tum præcera ad eandem pertinere regni administrationem
in tribus præsertim illis, que in parte superiori memorata
sunt. Hunc itaque in modum rebus compositis, Regina
his verbis Regem alloquuta est.

P O S T disceptationis definitionem.
Oratio Reginæ ad Regem.

C A P. III.

 I L opus fuerat o iucundissime Coniux alter-
catione tam longa, vbi tanta est animorum con-
iunctio. Nam si, quemadmodum audiui ex quo
dā antiquitatē peritissimo, inspōsalib⁹ hæc fuis-
se verba spōse ad spōsum, ubi tu Cai⁹, ibi ego Caia, hoc est,

vbitu dominus, ibi ego domina, Cur mibi nō licet inde mu
tuari, vbi ego Regina, ibi & tu quoq; Rex: qui cū sis mihi
Coniux dulcissimus, idemq; dominus, non modo meus, sed
rerum omnium meorum, quidquid ab his legum consuetis de
cretum sit, nihilominus tu Hispaniarum Rex es, quam ego
Regina: mihique hoc animo sedet, eternaque sedebit, me
atque omnia mea tuo arbitrio administranda permittere, cū
praesertim futuri sint nobis omnium rerum nostrarum com
munes heredes. Sed quando ita visum est regni primoris
bus, quā hoc negotium in controvēsiā deduxerunt, non ab
re fuit hanc iuris ambiguitatē, que aliquando in dubiū
venire possit, ex legibus & consuetudine Hispanorum de
cidisse. Vides optime Coniux unicam esse nobis filiam Eli
saben, ad quam, nisi quicquam Deus interim prospexerit, re
gni successio ex Hispaniorum legibus pertinebit. Quod se
quispiam ex regia stirpe stemmate recto non descendens
asseret rem Hispanam ad se pertinere, quia vir, non ad eos
miserem filiam, quia foemina: labefactare profecto: aut, qd'
Deus auertat, forsitan posteritatis nostrae scriem conuelleret.

Quæres, quam sit indigna, vel miseranda potius, nemo
est, qui non intelligat, Sed esto, sine ulla contraversia res
rum, potius ex nobis genita, nubatque cuiquam externo
Principi, num minus periculum inde sequetur, si regnū
gubernatio in illum transferatur? Fieri namque potest,
ut illi quisquis est nobis futurus gener, arcium praesidia,
publicorum vestigium questuras, dignitates Ecclesiastis
cas, atque publicos magistratus ad eos sit delatetus, nō quā

DECADIS PRIMAE.

sint Hispaniarum indigenae, sed qui exteri ac peregrini.
Quare illa iuris decisio, quod ad nos attinet, nihil profucrit,
nihil nocuerit, sed suerit quasi quedam præiudicium ad ea,
que possunt aliquando contingere. Atqui Rex intelligens,
que sunt ab uxore perorata non solum veritati cōsentanea,
sed esse quoque iusta & equa, imperatum est ab utroque, ut
bac de re imposterum non disceptaretur. Constitutumque
inter eos, ut diplomata, & edicta, literæque publice sub
vtriusque nomine ederentur, quodque sigilli characteres
sub Hispani, Tarragonensisque regni insignibus fixarent.
In moneta quoq; percadienda vtriusque imago cum nomini
bus in typis excuderetur.

DVILLENATIVM Marchio et Archiepiscopus
Toletanus pretendunt causas à Regis
et Regine obsequio
discendendi.
CAP. IIII.

DVM hæc Segoviæ geruntur, Marchio Villes
natuum literas cum mandatis ad Regem Regi
namq; mittit, quibus postulabat Magistratum
sancti Iacobi sibi debere decerni, quod dicebat
patrem suum Ioannem Patiequum adhuc vincentem se abdi
casse, ea conditione, ut sibi traderetur, quodq; subditua illa
Princeps, quæ sue fidei credita erat, locaretur viro decenti
pro personarum dignitate constituta dote. Quorum vtrius
que si denegaretur sibi, se habiturum causam iustissimam,

ut aliunde sibi rebusq; suis prospiceret, quasi vellet intermixari se factiorum disstidium cum reliquis primoribus eorumdem partium studiosis. Ad hanc Marchionis postulationem responsum est, tametsi Ioanna, que falso dicitur esse Princeps, non erat ijs natalibus procreata, cum qua homines rerum nouarum cupidi possent in Hispania diffidunt facere, cum satis constaret non esse neque unquam fuisse habitam Enriqui Regis filiam, quodque Magistratus iam esset partim in potestate Comitis Parietini, partim Commendatorij maximi Legionensis Provincie, quorum veterque fuerat de republica Hispana pulcherrimus meritus, ut tamen res ad concordiam, Regnique tranquillitatem perduceretur, sibi placere Ioannam decenti marito collocare, libellasque supplices ad Pontificem maximum mittere, quibus peterent Magistratum eidem Marchioni à Sanctitate sua decerni, sed interim Ioannam sequestro deponendant, ne ante, aut post illius nuptias quisquam emergeret, unde Hispana respublica aliquid detrimenti pateretur. Ad hac Marchio respondit, sc̄ non traditurum mulierem fidei sue creditam mortarium cuiquam, nisi cui fidem ipse haberet, cumque de sequestro non consenseret, cœpit res in disstidium tendere. Marchioni accedebant omnes, qui scelerior suorum penas extimescebant, quique erant rerum nouarum studiosi, sed imprimis eiusdem Marchionis fratres patruelēs, omnesq; illorū clientelæ, quae per Hispanias longe lateq; patabant. At Marchio interim perfidos inter matios clanculum agebat cum Alfonso

DECADIS PRIMAE.

Lusitanorum Rege, eodemq; Ioanne annulo, vt neptent ex sorore vxorem ducret, seq; habere dicebat eiusdem cō filij socios ex primoribus Hispaniae tantam multitudinē, que sufficeret rem inceptam confidere. Archiepiscopus Tolctanus, quia usq; ad id temporis fuerat anceps viras partes se, qucretur, audita Marchionis rebellione, caput prætendere causas, quibus honeste posset à Regibus ad perduellum patres desciscere. Poscit ab illis misera, quæ diceret sibi promissa iam inde ab eo tempore, quo fuerant adiurati Principes, et quæ fuerant iam in benemerentes collocata, petit et alia complura, qualia solent ab ijs, qui occasionem querunt ab amicicia discedendi. Atqui Rex memor obsequiorum, atq; hospitalitatis, qua fuerat aliquando usus apud illum, caput hominem placare, tum datis presentibus, tum futuron pollicitationibus, tum honorifice compellantendo, tum communes mittendo amicos, qui illum in fide retinerent, obtestare turq; ne vellet ab officio desistere. Ipse præterea Rex per se ipsum eadem omnia exequebatur etiam diuersorum aedes undo, quem honorem ad eam tempora alteri prestiterat nemini. At ille nibilomagis flecti, aut sententia sua pelli posuit, quin immo quo magis rogabatur, eò obstinatus incœptis persistebat. Neque fuit, qui dubitaret, pertinaciæ sue causam extitisse emulacionem, quam non dissimulanter gererbat cum Petro Mendoza. S. R. E. Cardinale Hispano, cui ex oib; Rex et Regina plurimū indulgebāt, cū effet Archiepiscop⁹ alioq; natura factiosus, et qui plurimū delecta retin̄ armorū spiritu, familiaq; nobilissimorū hominū am⁹,

pliori. Atque ita cum neq; blandicijs, neq; precibus, neq;
pollicitationibus Principiam vslum reliquiss et locum, freno
dens, tremensq;, & minabundus ex cito dicebat: stimulos
q; per duellibus, facessq; ad bellum civile concitandum admox
uit. Non multos post dies Rex & Regina Segontia profes
ti Melhymnam Campestram venere, petieruntq; a Duce
Albano eiusdem municipij arcem, que ipsius Praesidio tenes
batur, id quod ille haud granate fecit: nam continuo arcem
tradidit, cui Principes tradi inserviant. Deinde Valladoli
tum iter facientes, ab oppidanis magnificentissime excepti
sunt, vbi per aliquot dies omni genis ludis, atque celebritas
tibus operam dedere. Veniebant præterea eodem ciuitat
um, populorumq; procuratores, qui antea non venerant,
obsequium debitum sub fide publica oblatum i, invalecebant
q; in horas causæ inferioris auxilia.

M A R C H I O per literas Lusitanorum Res
gem ad bellum capessendum hortatur,
Regisque ad Marchionem
responsion.

C A P. V.

INTEREA Marchio non cessat solicitare,
quos secum ad studia Ioanne Principis tras
hat, simudq; mittit ad Lusitanorum Regem lis
teras cum mandatis in hanc sententiam. Iam
sibi exploratum esse, quemadmodum ex obitu Enriqui Res

DECADIS PRIMAE.

gis hereditas cum administratione devoluta erat ad Ioannam filiam, quam omnes primores bis iam iure curando declaravabant Principem, regnique paterni heredem unicam.

Quodque Rex Siciliæ, atque Elisabe coniux, humano, atque divino iure contempto, rem Hispanam nihil omnina ad se pertinentem) stripuerint. Ioannam ex sorore sua neptem, paterno, atque aucto imperio spoliatam, non habere alium quemquam, ad quem configueret, quia ad ipsum, quippe qui esset sibi amiculus, & quidem potentissimus, & qui posset illam solus ab iniuria vindicare. Obtestabatur, ut puellam (omni Præsidio destitutam) aut cum regno dota, li uxorem acciperet, aut propinquitatibus iure, ut legitimus tutor, non pater etiam ab iniustis possessoribus bona illius occupari, idque fore factu facilissimum, si comparentur utramque partium vires. Habitum scilicet illum ex primis ribus Hispanie belli firmissima robora, atque imprimisse, fratresque suos patruelis Magistrum à Calatrava, atq; Comitem Vrenatem, nec non sororum suorum maritos, Gasitanum Marchionem, Alphonsum Aquilarium, Comitem Beneuentanum, Archiepiscopum præterea Toletanum, Ducesque Areuaci, atque Albiorum quicquidcum suis appendicibus, & clientelis, atque hos omnes hosti ex professo infestissimos. Quatuordecim quoque urbes, que nibil aliud exceptant, nisi ducent, quem in bello sequantur. Quod si semel Hispanorum Regis sibi nomen assumpserit, atq; in ipsam regnum potenter penetrauerit, complures alios ex Hispanie principibus futuros, qui declararent odia sua in aduerso

farios, que nunc future dominationis timore occultant.
 Adiungebat superioribus omnia Hispaniae oppida in duas
 factiones esse diuisa, quarum alterae necesse erat, ut Lus-
 itanorum partes sequerentur. Iam vero quod ad ipsos
 belli gerendi Imperatores altinet, Regis Sicilie vires
 esse per quam exiguas, quippe qui esset in summa rerum os-
 mnium egestate, & in maximo are alieno, & qui non mo-
 do non haberet, unde posset stipendia militibus solvere,
 sed neque ad sumptuosos cotidianos pecunias, nisi emenda-
 tas, aut violenter extortas. Edictus Lusitanorum Regē
 habere exercitum robore, ac numero firmissimum. Has
 habere pecuniarum tantam vim, que sufficiat ad alendum mi-
 lites, quo ad res consciatur. Habere commeatus, cates
 raque alia belli adiumenta. Cumque scelē per Hispani-
 orum agros, vel unam excursionem populabundus fece-
 rit, fore vicines, oppidani, agricole, mercatoresque illum
 sequantur, seque eius arbitrio, ac fidei continuo tradadis.
 Adhac Lusitanus, tametsi animo secum versabat, quantum
 facinus aggredieretur, quamque foret arduum cum possessio-
 re in ipsis regni penetralibus decertare, rescribitam uel
 le scoblatam belli conditionem accipere, neque tantum ex-
 forore suanepi regnum asserere, sed & illam capere matris
 monio sibi complecti. Seque ad breue tempus cum exerci-
 tu quam maximo posset: intraturum per medium Hispani-
 um, qua sibi via commodior videtur. Hortabatur
 præterea Marchionem ipsum, ut captis insisteret, & quod
 maximo animo inchoauerat, multo maiori exequatur.

DECADIS PRIMAE.

Simul etiam scribit ad regni primores, ciuitatumque optimates, iam suarum partitione, quam alienarum: ad illos, ut in fide retineret: ad hos, ut premis, pollicitationibusq; ad sua dia sua pelliceret. Stimulabat eius animum repulsa, quam fuerat passus ex eo tempore, quo Elisaben Principem consilio petierat. Regnandi preterea immoderata cupiditas, imperisq; terminos pulchritudo prorogandi. Observabatur illius animo regni (quod appetebat) amplitudo, simul & opulentia, tantarumq; gloria rerum. Sed antequam rem ipsam adoriret, placuit experiri sui regni proceres, & quali animo erga se forent explorare. Consilio itaque ex omnium ordinum viris habito, suam illis mentem aperit. Qui omnes uno prope consensu pedibus, mariibusq; in Regis sententiam iere, sine quod intelligebant, id sibi animo sedere, neq; posse iam a proposito dimoueri, sine quod illorum quisq; sperabat, aut ex bello pradam ingentem, aut ex victoria dignitates amplissimas, aut ex rerum nouitate for tunarum suarum accessiones, quorum omnium esset in Hispania per magna facultas. Dicebant preterea non esse amplius hac de re consultandum, sed cum primum fieri posset, rem exequendam, antea quam hostium vires magis magisque inuadescerent.

SVLVSI TANI Regis per legatos obtestatio, ut Rex & Regina iuri suo cedant, cui respondent.

CAP. VI.

CERTVS

CERTVS propositi sui Lusitanus, compositis belli gerendi conditionibus cum Marchionne Villenate, cum Arcuacorum Duce, cum Arbi episcopo Teletano, cu*n* reliquis en*nib⁹* caru*dem* parcum studiosis, mittit ordinis equestris virum quemdam nobilem, qui procuratori nomine despota*ris* sibi Ioannam ex sorore sua neptem, cuius rei facit per literas certiores ciuitatum optimates, orbisque Hispani proceres, atque primores. Mittit preterea oratorem Rodericum Sosium equitem auctoritatem, qui diceret Regi & Reginae, eo ipso tempore Valladoliti commorantibus, iam debere illis esse compertam Joannam ex Ioanna sorore sua neptem, fuisse filiam Enriqui Regis legitimam, hisque iurataam Principem, Regnique heredem, successricemque bis declaratam, eoque iure post obitum patris Regni gubernationem ad eandem pertinere. Se autem constituisse illam sibi consu*tugio copulare*. Rogareque illos, obtestarique: ut sibi Regni possessione cedant, & ne se iniicio rem ad illos non pertinentem attriccare vellent. Et quamquam suo iure, atque futurae coniugis nomine posset autoritate propria, hereditaria bona inuadere, se tamen velle tantisper à violentia temperare, quodad iure decernetur, utri desbeat Regni possessio cedere. Itaque debere illos quoque interim se Regni administratione abdicare, & veluti ses quæstrò deponendam, donec composita lite, ex iure dare*uer* honorum possesso, cui dandam esse leges, iuraque decreuerint. Quod si nihilominus persistere obstinari vellet,

neque ab incepto desistere, se ius suum armis vindicatu-
rum, obtestabaturque Deum immortalem, ut omnia mala
in illius caput converteret et, cuius fuerit culpa perpetrata.
Ad hanc Lusitani Principis legationem, Rex & Regina
ex consultatione procerum, qui eo tempore in curia mares-
bant, responsu*m* est se mirari, velle cum causam tam ini-
quam suscipere, atq*ue* exulcerare vulnus antiquum, et quod
iam cicatricem obduxerat, cum presertim sororis adulteris
iun esset illi compertissimum, neptisq*ue* spurious natales, vel is
pso teste per omne Christiani nominis imperium diudicatis.
Neque tantopere mirarentur, si i*s* qui huiusmodi ca-
usam defenderet, esset temerarius quispiam, & nullius cons-
sili*m* particeps. Rogabant etiam obtestabanturque, ne vi-
olac*et* affinitatis, propinquitatisque tot pignora, ac prae-
terea inter Hispanorum Lusitanorumque Regis amicitiam,
multis*et* illustribus officijs confirmatam. Neque auscul-
taret hominibus perditis, qui non aequitatis amore, sed pro-
prie utilitatis cupidine ducti, aut suorum scelerum impuni-
tatem querentes, non illi obsequium, sed negotium potius
essent exhibituri. Meminisset etiam illos eosdem fuisse,
qui per omnes Hispanias, perque exteras nationes dimurga-
rint hanc Ioannam, non modo non fuisse, sed neque esse po-
tuisse Regis Enriqu*i* filia: ob eamq*ue* causam deciu*m* a suo
Rege, comparatoque exercitu e ollatis signis contra illum
depugnasse. Homines perfidos, qui (quod nunc tueruntur)
antea impugnarunt: quod nunc abnuerant, ante*m* iure*m*
do sanxerunt. Recordaretur quoque illius temporis, quo

Enriquus Rex offerebat illi coniugio banc eandem Ioannis
nam cum successione dotali, seque noluisse conditionem ac
cipere, non ob diam causam, nisi quod de Regni hereditate
sibi non satis ex iure constaret. Que omnia si anis
mo defecato, omnibusque mentis perturbationibus libero
prespiceret, non aggrediretur negotium, quod esset cum viri
usque populi cedibus tot incommoda illaturum. Quod
si persistere vellet, neque ab incepto desistere, id potius
iure ageret, quam iniuria, sc̄ paratos esse ius suum bonos
rum, atque proinde sapientissimorum virorum iudicio sub-
mittere. Nā qd̄ ille de possessionis cessione dicebat tatis per-
dū de iure disceptaretur, neque nostrū, neq; honestum pete-
re. Sin vero potius ferro, quam iure velit decernere,
se curaturos, ut Regnum quod Dei benignitate possidet:
viribus, & armis tucantur, imprimis Deum immortalem
obtestantes, ut omnia mala que inde sequentia sunt, in illo
rum autorem, incentiu[m]que retorquent. In hoc respōs-
sum Lusitanus orator dimissus est.

¶ REX & Regina Marchionem, atq;
Archiepiscoporum frustra tentant in
officio retinere, atque utraque
pars se bello parat.

CAP. VII.

DECADIS PRIMAE.



EX vero & Regina ex postulatione Lusitanorum, responsoque illius oratori dato perspicuentes omnia iam esse hostilia, & ad arma spectare, ne quid tamen intentatum relinquenter, devenerunt admotere perduelles, obtestarique, ne vellent mala malis accumulare: atque igni fomitem, oculumque addere camino, non quo timide, aut summissè agerent, sed ut ostenderent cunctis, sibi non placere bella ciuitia, neque suorum ciuium sanguinis effusionem. Mutunt itaque bonos, atque prudentes viros imprimisque ad Marchionem, qui suaderent illi, ut aliquando in saniorem mentem rediret, redutus retque in memoriam fuisse patrem eius, qui fuerit primus auctor deciscendi ab Enrico Rege ad Alphonsum fratrem.

Vnde quod Hispanae reip. detrimenta sint sequuta, neminem esse, qui ignoraret. Nunc vero filium patris vestigia insistendo, quid aliud esset, quoniam Patiæquoriorum familiam ad Hispanorium perniciem Principian lege quadam fatali fuisse ortam. Videret ne maiorion suorum sceleris ipse cum posteritate sua lucret. Recordareturque originis familie sue, que pari ex causa Lusitaniam amisit. Quis enim ignoraret Patiæquos fuisse Lusitanorium exules? Quod si res sue in eo statu forent, ut reparari nullo modo possent, neminem mirari, si in occasu proprio decerneret, omnia secum invos lucre. Nunc autem si velit, posse illum rupta consueta resarcire. Velle namque ipsos publicæ utilitatis causa omnia errata illi condonare, atque obliuione sempiterna delere. Qui ad Archiepiscopum missi sunt oratores, nihil benigni rectule

funt. Respondisse namq; per quam superbe, ac minaciter,
 seq; habere iustissimas deciscendi causas, quod non sibi debit
 tis honor haberetur, quodq; in alia fortuna promisis, pollis
 citationibusq;, nunc in prospera fraudatus esset. Minabas
 turg; ostensiarum se nunc, quid esset Archiepiscopum Toleta
 num ledere. Exalcerabat hominis atrocitatē Ferdinandus
 quidam Alarconius, cui Archiepiscopus nimis indulges-
 bat, vir supersticiosus, ac plane impostor, & callidus, seu
 versare dolos, seu certe occubere morti, quem Marchio
 subornauerat, præmijsq; corruperat, ut se in familiam il-
 lam insinueret. Atqui Petrus Acunia Comes Hemerocallis,
 idemque Archiepiscopi frater, cui fratris consilia non place-
 bant: exhortabatur illum, atq; etiam liberius increpabat,
 quod ex causa tem leua, tam insignem communi familia vels
 let infanice notam iniurere, quodq; iustissimorum Princi-
 pum gratian, tot amorum obsequijs collectam, occasione mi-
 nima effunderet. Hoc ipsum familiares, & amici, hoc ie-
 sum orabant omnes, qui bene consultum illi esse volebant.

Sed qui obstinato animo semel obduraverunt, deteriores ad
 moniti sunt, quare neq; blandicijs Principum, neq; fratri exhortationibus, neq; amicorum consilijs locum reliquit vls-
 lum, neq; magis incepto mouetur, quam si dura filex, aut stet
 Marpesia cantes. Ex insolenti Marchionis, & Archiepi-
 scopi respōso grandis amicorum sequuta est immutatio, non
 eorum modo, qui suorum scelerum conscijs nihil magis quā
 rerum omnium perturbationem optabant, sed eorum etiam,
 qui antea putabantur esse pacis amatores. Nam viri re-

DECADIS PRIMAE.

ligiosi, optimates, ciues, opifices, agricolae, atque ferre opti-
muis quisque spemq; metumq; intercubij animo peiora vere
bantur. Omnes itaq; in duas factiones diuisi, suum quisq;
Ducem insequisti statuit. Lusitanum illi, hi vero Regem,
& Reginam. Prima gitur praesidenti, imis Hispanorum
Principibus cura fuit scribere ad civitates, quo in statu res-
esset, hortarique, ut urbes, oppida, Castella maris, fossis,
aggeribus, vallisque munirent: machinisque instruerent: ui-
giles, circatoresque adhiberent: excubias exploratoresque
dimitterent, qui hostis consilia, quidque molirentur, captas
rent. Ad primores quoque Regni literas dederunt, qui-
bus faciebant illos, & de Lusitani legatione, & de respon-
so illi reddito certiores. Habantur etiam eosdem, roga-
bantque, ut ad bellum expeditiones, quod proculdubio impens
debant, omnes essent parati. Intrim Lusitanus audito
Hispanorum Principium responso, simul etiam factus cer-
tior, quo animo in se forent Marchio, & Archiepiscopus,
Arcuacorumque Dux, atque eorum appendices: auxilia un-
decimque potest sibi contrahit: & quam maximum potest,
exercitum comparat, Hispanorumque perduelles admonet,
ad certum diem sint in armorum praeinctu, ut communica-
filio, atq; ex composito uno tempore rem gerant.

REX Valladoliti manet, & Reginam
Toletum proficisciatur.

CAP. VIII.

RANT illatempestate Valladoliti Rex & Regina, qui nuncio accepto de hostium expeditione nihil amplius cunctando esse rati, constituere, ut Rex Valladoliti maneret prospecturus citramontanis regionibus. Regina vero Tolum proficiseretur, unde Baeticas, aliasque ultramontanas Hispaniae regiones in fidem tineret, proficeretq; ne quid detrimeti patrentur, Fuerunt in Comitatu illius Duces Infantatus, atque Albanorum: & Comes stabilis, idemque Comes Pharius. Tentauit Regina ex medio itinere reconciliare sibi Archiepiscopum Toletanum, qui e tempore Compluti morabatur, non quo putaret illius vites in alterua trans partem magni esse momenti, sed familiaritatis antis, quem memor, atque obsequiorum illius erga se in superiori fortuna. Voluit & ipsa praesens, hominem conuenire, blandijsq; ad pristinam familiaritatem reducere, sed veritate est, ne cares aut timori, aut maiestatis regie imminutione tribueretur. Itaq; per Comes stabilem decreuit experiri omnia, quia tametsi homo prudens, idemq; singulari quadam facundia praeditus erat, nihilo plus ex eo potuit exculpere, quam qui ad illud ipsum ante miseri fuerant, quam frater eius Comes Hemorocallus, quam alij propinquj & familiares, qui ferè omnes preter unum Ferdinandum illum Alarconum, quem diximus a Marchione subornatum, studebant ad iustitiam causam ipsum reducere. Atque Rex eam videlicet in huiusmodi temporum motibus, omnia (etiam tutu) esse timenda, statuit ire Salmanticanam, atq; deinde Zamoranam.

DECADIS PRIMAE.

ut illorum ciuitatum optimates, decuriones ordinis equestris
viri, atq; tribuni plebis iurarent iterum in sua verba, reno-
uerantq; fidem publicam, quam sibi, atq; Regine coniugi ob-
strinxerant, cum primum regnare carpissent, id quod omnes
praestiterunt, atq; imprimis Alfonsus Valentinus castrorum
metatus, qui Zamoranam arcem praesidio tenebat. Taus
rum urbem noluit adire, quoniam illuc omnia erant incers-
ta. Et si enim arx oppidi tenebatur a Roderico Vlloa re-
gio questore maximo, Regisque et Regine per quam stu-
dio: Frater tamen illius natu maior Ioannes Vlloa, de-
sposuit at praesidia per loca urbis multissima, obfirmauit
ratque contra arcem stationes latronibus armatis perpul-
chre instructas. Idem faciebat in ciues, quos putabat
sue tyramidi obstaturos. Nam et Enriquo Rege sus-
pendio adegit Rodericum quendam regium senatorem,
atq; pari supplicio extinxit alterum ordinis equestris viru,
aliosq; complures nobilissimos ciues, quos dominationi sue
formidolosos existimabat, bonis spoliatos in exilium mises-
rat. Is iugiter timens scelerum suorum debitam poenam, sta-
tuit ad Lusitanum deciscere, illiq; urbem tradere, sperans
se eo munere admissorum impenitatem assequituram. Erat
castri Inui praeses, et ipse quoque parian facinorum cons-
citus, atq; gladiatorum, latronumque receptator, qui non
satis fidens Regis et Regine fidei publice, atque promiss-
is, quibus illum non solum patratis criminibus donabat, sed
etiam se multis illum beneficijs cumulatioros pollicebantur,
descrita posteriori causa Lusitano se adiunxit. Regina intes-

rim Toleti agens, ciuitatem populosq; fuitimor confirmat:
Betica Colonias, & oppida: que illi ab initio obsequia sua
detulerant, ut in fide permaneant hortatur. Suspectos &
dubios, partim minis, partim pollicitationibus, ad studia sua
trahere conatur. In eos vero quise hostes ex professo des-
dararent, inimicitias bellumq; gererent. Roderico Manri
quo Comiti Paritetino, qui se duai Iacobi militia Magistrum
profitebatur, rei administrande negotium commendat. Ipsa
Valladolitum ad Regem proficiuntur. Alcaracum oppi-
sum non ignobile, expatrimonio regum Hispanie diuuls-
sum, præsidio Marchionis oppressum tenebatur. Oppidanis
vero indignati parere domino, qui non iuste, sed violenter
in ipsos iniquam exerceret dominationem, de excutiendo
ex ceruicibus suis iugo, decq; se in libertatem afferedo, seq;
suis principibus dedendo agere incipiunt. Arma corripi-
punt, arcem imposuam vrbi obsident: Marchionis amicos,
& qui ab illo iuridicundo, aut vectigalibus exigendis præ-
fecti erant, vrbe fugant. Paritetinum Comitem orant, ut
auxilio veniat, aut copias auxiliares ad conficiendum nego-
tium mittat. At ille non impiger cum presentibus copijs
accorrit, præclaran facinus illorum laudat, suamq; operam
ad id pollicetur: oppidanorum animos erigit, atq; hortatio,
ut arcem obsidione arctiori premant. Qui nuntius cum
ad Marchionem peruenisset, contrahit copias quam maxis-
imas potest, tam ex suis, quam ex amicis, quam etiam ex iis
quas Magister à Calatrava improcinetu habebat paratas,
ut se Lusitano coniugerent. Cumq; satis magno exercitu

DECADIS PRIMAE.

Se ad soluendam obsidionem accingeret, iamque aduentaret, oppidatos trepidantes, ac dubios, iamq; incœpti paenitentes, Parictinus Comes, ut magno animo sint, ne que se Duce quicquam timeant, hortatur. Confirmavit illorum animos, opportuus aduentus Alfonsi Fonsecae oppidi Caucensis, & Alabegiorum domini, cum altero Alfonso Fonseca Episcopo Abilensi, quos Rex, & Regina miserant cum expeditis cohortibus in succursiam illorum, qui arcem obsidione cingebant. Quo auxilio anti stationes extra urbem, & in agrum spectantes, firmiori presidio munivit. Itaq; Marchio à dissoluenda obsidionis cogitatione destitutus, & in alias curas auimus transstulit, atque imprimis oppida, & castella, arcisque sue ditioni subditas munit, ne incole Alcaracenorum secuti exemplum ad hostes deciscerent. Ad Lusitanum præterea literas mittit, nihil esse actum, scribens, nisi properet, atque suo aduentu opem ferat, partesque dissipatas atque connussas confirmet. Arcis præses soluens de obsidionis spe amissa, se cum arce Comitis fidei ex pacto conuenio tradit.

M A R C H I O Lusitanum hortatur per literas,
ut properet, & veniat. Rex & Regina
Lusitanæ bellum inferunt.

CAP. IX.

MARCHIO cam intelligeret posse fieri, ut alia quoque oppida, castella, & arcus, que pro illo stabant Alcaraz enorū exempla sequerentur, literas ad Lusitanum dat, vi quam celerrimè veniat: omnē benegerenda rei in celeritate posita esse, scribit: quod si remissius agat, forcū ut pertium suum fervor, quē spes excitauerat, cum illius mora refregescet. Ioannā vero principem, quam Enriquus moriens illius fidei credidit, ab Ascalone in castra Iulia transserit, aut quod tuto rī loco foret, aut si Lusitano nuptiis tradenda esset, comodius inde duceretur. Lusitanus Rex, & si iam paratus erat, ut viā ingrediceretur, hostiūq; fines armis innaderet, Marchionis tamē literis excitatus, rē exequi festinat. Veniebant cum illo omnes regni sui proceres, tam ecclesiastici, quā seculares, quoru et ex ordine equestri elegatiſim⁹, & stremissim⁹ quisq; sed neq; superiorib⁹ inferiores cedebat, & armorū, & equoru, & ornamentiōrum apparatu: alijs agros uē debat, alijs oppignerabat, alijs pretio viliori locabat. Atq; ut est hominū gen⁹ superbū, & arrogās, ex sumptuosiori cultu, facti arrogatiōres, nihil nō sibi pollicebātur, et imprimis Regis, & Reginæ Fugā in suā Tarraconēsem, neq; spectatores vel minimū fortunæ euētū. Partiebātior inter se pugnorum spolia, deinde oppida, municipia, castella, uicos, agros, eorū, q; fuit sc̄i Siciliæ Regē Regināq; cōiugē sequenti. Atq; ita Placētiā perueniūt, que tūc sub Areuacorū Dūcis ditio-
ne erat: codēq; Marchio deduxit, que se Hispaniae Reginā

DECADIS PRIMAE.

profitebatur. Deinde in media urbis area suggesto Rex & Regina resident, dataq; & accepta fide sponsalia constabunt, acclamant Lictores & omnes, qui aderant, una voce viuant, viuant Alphonsus Lusitaniae Rex & Ioanna Hispaniae Regina. Tunc novorum Principum ex Hispanorum consuetudine manus auersas exosculantur, fidemq; suam illis iure iurando obstringunt. Habitacq; deinde consultatio ne, quo potissimum iter arriperent, Areuacum placuit, propterea quod & commercio rerum omnium abundabat, & ad bellum cum hostibus, pacisq; cum finitimis res gerendas erat locus oportunus. Ceterum Rex & Regina cum accepissent nuntium earum rerum, que Placentie gesta sunt, atq; hostes Areuaci, hoc est, in medijs regni penetralibus consenserisse, seq; Hispaniae Reges iussisse appellari, & ipsi quoq; se Lusitaniae Reges appellari, atq; Limitaneis in ipsam Lusitaniam bellum inferri iusserrunt. A Pace augusta visum est Lusitaniam inuadere, atque in ipsis regni penetralibus Nodarum castellum expugnare, & Regi Reginæq; Hispaniarum subiungunt, qui arcis præsidium Martino cuidam Septempublicano ciuitatis Hispanensis Vigintiquatuor viro credunt. Istriennio in fide permanxit Lusitanorum frumentos agros populatus, armenta pecudesq; in prædam agens: capitos, nisi qui se redimerent, in vinculis seruans. Cumq; omnia haec hostiliter exequeretur, nullius interim sceleris generi etiam inter suos pepercit. Tandemq; Lusitano accepto precio arcem prodidit. Cumq; patria extorris in exilio esset, alteramq; proditionem moliretur, deprehendi tis

ment, nescitur, quò profugus exilium mutauit. Alphonsus quoque Monroius, qui se Traiani pontis Magistrum proficitebatur, alia ex parte Lusitanorum fines transgressus Ales gretum cœpit, biennioq; tenuit multa incommoda finitimiis inferens. Tandemq; à Lusitanis obsessus, cum non potuisse muti auxilium, quo ab obsidione liberaretur, coactus est desditionem facere. Alphonsus præterea Cardenius Legionē sis prouinciae Commendatarius maximus, & qui se ex parte Magistrum militie sancti Iacobi profitebatur, sexaginta passuum millia intra Lusitanie fines pergrandi æquitatatu coacto excursiones maximas fecit, prædamque in gentem re portans, domum se recepit. In ea quoque Tarragonensis prouinciae parte, que inter Durium & Limianum flumina Lusitanie contributa est, & ea Gallicie, que è regione ad Septemtrionem adiacet, nihilosecius excursiones populatio[n]es, & Latrocinia utriq; aguntur, atque intra ipsos Gallicie terminos Petrus Aluarides à Soto maiori, qui pro Lusitano stabant, Tydem urbem, que ad Episcopium Tyden sem pertinebat, non magno negotio caput, iusitque se eius regionis Vicecomitē appellari. Atque ut est genus illud hominum à labore in libidinem: & ab alienarum rerum abstinentia proclive ad Latrocinia & rapinas: post peractum bellum longo tempore apud eos mos ille perdurauit.

LUSITANVS Gallorum Regem federat.

Taurum & Zamoram capit. Hispanie
copias parat. Lusitanum obsidit.

DECADIS PRIMAE.

CAP. X.

ALPHONSVS Lusitanoru Rex auctius am-
plissimis regnorum titulis, & reputans secum quan-
tam rem inchoasset, quodq; sine ignominianon
posset iam ab incepto desistere, præter illos, quo s in Hispa-
nia habebat, ex professo hostium suorum hostes statuit afi-
nitimis auxilia sibi asciscere, atq; in primis a Gallorioru Re-
ge, cum quo sciebat aduersariorum suum pro Ruscinonis Co-
mitatu repetendo belligerandi causas Tarraconensium Prin-
cipem, eundemq; Regem Siciliæ habere necessarias. Minit
itaq; Legatos ad Gallum, atq; per illos ostendit, quam iuslo
titulo Hispaniae regnum dotale possideat, se habere in ipsa
Hispania exprimoribus partem maiorem potioremq;, &
ad rem conficiendam nihil aliud deesse, quam factorem mo-
deratorēq;, cuius auspicijs res tata gereretur. Hūc esse vñ
Rege Galloru, & præter eum neminem Hispanos omnes
estimare. Gallus sua gentis vitio non satis constans in fo-
dere, quod iam inde ab initio cum Rege & Regina cons-
traxerat, in quo de Ruscinonis Comitatu mentio facta erat,
quem non reddere statuit, iuratum fœdus abiurat, nouum
que cum Lusitano icit. Et quo expeditior esset ad bellum
Hispanie inferendum, cum Eduardo Britanorum Rege,
qui bellum Gallie illatus ex Br̄tannia ingenti classe cum
exercitu quam maximo mare traiecerat: is namq; veniebat
in primis ut Carolo Burgundionum Duci suppeditias ferret,
atque deinde, vt ipse pcr se auitas, maiorumque suorum an-
tiquas inimicitias persequeretur, transfigit vero in hunc

modum, ut inducere in septennium proximum constituerentur. Gallus Britanno centum coronariorum aureorum milia statim daret, atque deinceps quotannis quinquagenos millesos, quodque Gallorum Delphini (sic enim à Gallis appellatur, quem Hispani Principem Regis regnique heredem vocant) Britannorum Regis filiam ducere uxorem. Liber itaque in presentiarū Gallus ab Ocasone Aquitanie oppido in Barduliam Hispanie regionem bellum infert. Ioannes Vlloa Taurum Lusitano tradidit, qui arcem expugnat, quae pro Roderico Vlloa fratre suo Questore maximō Hispaniae stabat, eidem Ioanni credidit. Ioannem deinde Porriū, qui Zamorane ciuitatis per partem populi facile Princeps erat, pollicitationibus allicit, ut urbem sibi tradat: generumque suum Hispanie Metatum, qui urbis arcem praesidio tenebat, secum inducat, ut suam factio nem sequatur. Magnam pecuniarum vim illico se datum promittit: atque deinde post rem peractam agri Zamorani ad certum incolarum numerum vicis ex Castellis se illos donaturum. Quod cum Rex Ferdinandus persens sisset, mittit ad illos nuntium, rogans, ut in fide permascent, neque ius irrandion, quo se sibi Reginaeque consorti obstrinxerant, cum magna ipsorum infamia violarent, fideiisque ingentia premia illos relatuos pollicetur. Quod si ad tenetā urbē gradiori praesidio erat opus, scilicet surum cohortes, quae illis videretur sufficere. Ad quae Porrius rescribit, satis praesidijs in ciuibus esse, dolere vero se perfidie insulari, nō se ihs maiorib⁹ oriū, quitalia faceret.

DECADIS PRIMAE.

Nihilo minus tamen de prodigionis conditionibus cum Luis
tano agit, atque accepto precio urbem illi prodit, secundq;
in eandem prodigionem Metatum arcis praesidem trahit. La
sitani vexilla cum suis vulturibus attollunt, Regemque His
panie cum uxore identidem in clamitant. Urbe Rex po
titus arcem eidem Metato credidit: pontis vero praesidium
Francisco Valdesio Ioannis Porrij ex sorore nepoti commit
tit: atque Zamoranis rebus compositis Taurum ad Regis
nam coniugem reddit. E diverso Rex & Regina copias suas
recensent, euocantque omnes, quos ante monuerat, ut essent
in procinctu, & parati ad bellum futurum, & qui equo me
reabant, suas immunitates ex antiquo Hispaniaru more pros
mittit, & alios quoq; propositis premijs & honoribus pro
noscit. Conuenerunt præterea omnes ex omnibus oppidis,
civitatibus, & municipijs totius regni, qui ab initio studia
sua & obsequia obtulerunt, præterquam illi, quibus alterius
factionis Dux negotium faceret. Ex primoribus re
gni ad fuerunt Petrus Mendoza Cardinalis Hispaniarum
cum illius fratre Iacobo Furtato Infantatus Duce, atque ex
eadem Mendozarum familia duo illorum fratres Enicus
Lupus Tendillanus Comes, Laurentius Suarius Cluniensis
comes, Alphonsus Enriquus Archithalassus Hispanie, Gar
fias Aluatus Albanorum ad Tormim Dux, Enriquus Enri
qui ad Alistam Comes, Petrus Verascus Hispaniarum Co
mestabilis, idemque Comes Pharius, Rodericus Pimente
lus Beneuentanus Comes, Petrus Matriquus Triuinius Co
mes, Petrus Oforius Asturicensis Marchio, Iacobus Sar
gentius

mentus Salinarum Comes, Petrus Mendoza Monis acutus Comes, Ioannes Mauricetus Castaneti Comes, Gabriel Marquis frater eius Osorninus Comes. Alij quoque summati & infimates, Praesules, atque ordinis equestris medios etiamq; conditionis & opibus censiti viri superioribus accesserunt. Dux à Methymna Asindica cum sibi affectis Hispanis Iensisbus, & Aegabrensis Comes non venerunt, sed neque fuerunt vocati propterea, quod alteri cum Marchione Gauditano, qui Asindū opprimebat, alteri cum Alfonso Aquilario, qui per fauorem populi omnibus omnium ordinum ciuitibus imperitabat, erat disfidium. Qui proculdubio diuersorum prætium habebantur, neque dubitabant, quin Marchionem Villenatem, atque totam factionem illam sequerentur: cui præsertim duæ illius sorores utrique essent nuptæ. Beltranus à Cueua dubius erat utrā in partē traheretur. Hinc amor in suppositiā illam, que vulgo putabatur esse illius filia, quod neque ipse inficiabatur: hinc timor, quod in huius belli discrimine victoria in Regem & Reginam videbatur esse propensior. Hi omnes, quos enumerauimus, Valadolidi congregatis accesserunt, quos à Toleto Regina exciuerat, atque obiter quos a Segovia & ab Abilalocis finitis misceretur: euang; exercitum cuius Regis exercitu coniunctum. Placuit debere lustrari militum numerum, censaque sunt cataphractorum equitum quatuor millia leuis armaturæ octo millia: peditum vero ex Callaicis, Asturibus & Barcudis, Citraque montanis ad triginta millia. Tot tantisque copijs Rex multus distribuit exercitum in quinque & tri-

DECADIS PRIMAE.

qintacohortes, motisque signis ad Dori dextram secundo
flumine Taurū petiit, ubi eo tempore Lusitanus erat. Qui,
cernens hostem & militum numero atque robore & popu-
lorum fauore longe superiorem, continuit se intra muros,
urbisque munitiones: cessitq; tempori, non ausus credere
se campo Martiq; communii. Hispanus ad quinq; horas in
procinctu armorum ordinatisq; cohortibus in medio cam-
po stetit, expectans an Lusitanus quequam auderet, vel
letq; fortunam belli experiri.

ÆLII AN-
TONII NEBRISSEN
SIS RERVM HISPANARVM
ac Hispanensem Historici Decadis
Prime Liber Quartus.

DE NVNTIIS HINC IN
de missis, ac prouocationibus vltro citroq;
ad pugnam factis. deq; penus
rta, quam exerci-
tus noster est
passus.

Caput. Primum.



FERDINANDVS vbi se Frustra
in armis esse, neq; ab hoste copiam pu-
gnandi fieri videt, Gomezium Manis-
cum ad Lusitanum mittit, qui hec illi mun-
tiaret. Meminisse eam, debere Roderis,
cum Sosiam domesticum suum nuper à
semissum postulatū, vñi Ferdinād⁹ atq; Eliſabe eius uxori
ex ijs regnis, que ad Ioannam eius neptim, quam uxorem
sibi desponderat, attinere diceret, egredentur. Per quem
eundē eos benigne placideq; respondisse, mirari se, quod tan-
tus Princeps, tot egregijs artibus præditus, rem tam arduā
aggredi, tamq; iniustam petere vellet. Rogasse etiam se,
ne tantā seditionem cedam, incendiōrumq; non solū in Castlek
le Legionisq; regnis, sed in ipsa etiā Lusitania excitaret,
ut armis relictis, equitatis iurisq; partes amplexus abeo in-
cepto, quod nulla ratione tutari poterat, desisteret. Quod
cum minime facere voluisse, quin exercitu infecto eorum in-
usisse regna, Regioq; titulo abusū esse. Proinde Ferdinādū
hac in summa dicere, se instructis copijs ad oppidum suum
Tauricō animo opperiri, ut lacerenti quovis modo respon-
deret. Peterese, vi ex tribus vñū, quod malit, Alphonsus elā-
get. Primū vt ex eapte regni, quam vi occupasset, regio
etiā nomine, quod per p̄rā sibi arrogasset, abnegato, quā pri-
mū egrediatur. Si quod autē ius sponsa eius sibi esse contēde-
ret, causa corā Sumo Pōtifice ageretur, quod is decreuisset,
Id vtriq; parti ratum fore. Deinde, vt quoniam Alphon-

DE CADIS PRIMIS.

sus collatis signis cū Ferdinando se dimicare uelle, professus
eſſet, ne cunctaretur in pugnam descendere, nullum per eum
moram fieri. Quod si neutrū placet, quoniam opibus
et copijs impar eſſet, ne tot homines innoxij duorum cauſa
prelijs et credib⁹ conficerentur, singulari certamine cum
eo de regno certaret, Sperare Ferdinandū dei ope, quam
iniuste Alphonsus id negotium aggressus eſſet, eo duello pla-
nū fore. Ad hæc Lusitanus per Alphonſum Ferreram re-
ſpondit. Sibi uis esse Castellæ, Legionisq; regna recipiens
di, ut pote ſponſo Ioanne Reginæ, quam Enriqu⁹ Regis fi-
liam hæredem eſſe conſtabat. Cuique etiam tres regni or-
dines publico conſenſu ſimul et iure iurando patris regnum
tradiderant. Quare postulare ſe iterum, vt Ferdinandus
cum uxore ſua Reginæ Sicilie a Castella, quam occupatam
habebat, primum diſcederet: deinde placere ſibi, ut coram
Pontifice maximo ius ſuum uerque perſequeretur. Nam
quod ad pugnam, ad quā Ferdinandus prouocat, attinet, ſe
regni ſui proceres una cum copijs, quas diuersis in locis diui-
ſas haberet, quam primum euocaturum, ut exercitu coacto
in aciem descendat. Quod vero de singulari certamine Fer-
dinandus proposuſſet, ſe id pro ſtatū et cōmuni ſalute o-
mnium non detrectare, modo inter ipſos prius conueniat,
quaratione, et loci, et pugnae inter utrumque conſervanda
periculum preſtari poſſit, ne vicitor ſuo fruſtreetur præmio:
aliter enim fruſtra alterutrum victorium eſſe. Cuius rei fir-
mitudinem alio modo obtineri non poſſe, niſi ab utroque
Rege Isabella ſimul et Ioanna, pro quibus ambo Reges

in contentionem de iure regni venissent, obfides darentur. Quae vbi Ferdinando nuntiata sunt, videri sibi respondit, Alphonsum uerbis non armis de iure regni certare uellet, fruſtra etiam ea causari Lusitanum, cum uidex preſtono eſſet, qui litem dirimeret, neque sibi honestiores validioresque causas defore, quod Enriquus Rex cum regni sui proceribus, approbante etiam rem summi Pontificis Legato, Isabellam principem heredem declarasset. Accepitſſe item excusatibus Hispania procuratorum omnium conſensum inreuerando vallatum. Ad hæc Enriquum ipsum, paulo ante quam ē vita decederet, Conuentum Segouie agere deueniſſe. Vbi conuocatis totius regni magnatibus & ciuitatum procuratoribus, de more maiorum regnum Isabellæ confirmaretur. Eiusque decreti autores fuſſe, cum processus multos Castille Primate, virosque alios religione, conſilio, literisque preſtantes, Tum Marchionem Villenaſtem, qui nunc pro Lufitano ſtareret. Conſciū etiam ſibi Alphonſum eſſe, ſi ex animi conſcientia loqui vellet, quā mīlo iure ad regni petitionem Ioāna niteretur. Jam vero, quo liberi inter eos ſingulare certamē fieri, & uictor uictoria facilius frui poſſit, quando per alios Reges aut nationes ſecuritas ea preſtari nequiret, & reſ in longum protraheretur, hanc rationem imiri oportere. Ut duos pro ſe Castelanos Alphonſus, duos itē Ferdinandus Lufitanos eligant, notae probitatis & fiduci viros, quā ſolemibus ſacramentis aſtricli, pari equatum numero ab inſidijs & violentiacam pum certamini ſutum liberumq; reddant, ut in tali re fieri

DECADIS PRIMAE.

Jolet. Paratum esse intra triduum, quod suuinter sit, exhibere. Indecorum enim esse tantis Principibus, negotium id in longum tempus differri. Quod autem de obſidibus Alphonſus peteret, indignum nūmis esse, Ioannam cum Eliſabe conſerit, longe maximum inter utramq; eſſe diſcriſmen, quod cum omnibus, tum Alphonſo ipſi ignotum eſſe nō poterat. Daturum ſed tamen Principem filiam obſidem, & alia inſuper, que ad preſtandam fidem idonea forent. Rurſum Lufitanus, niſi Eliſabe obſes deponcretur, omnia irrituſi videri respondit. Nam etiam ſi ipſi victoria obtigifſet, bellum nihilominus aduersus eam iterum ſuſcipiendum eſſe. Eo modo ſepe ab utroque miſſis renuiffi que nutritys, ubi neque acie dimicare velle, & ſingulari certamini caſas Lufitanū querere Ferdinandus inteligit: prope oppidum Taurum ad Durium flumen caſtra locat. Triduoq; ibi statim habitata ſunt. Quo tempore tanta conuictus inopia in caſtris fuſt, ut ad decem denarios in eas mensuras annonā peruenierit, que pridiē duobus aut eo minoris uenidabantur. Que res in dies magis ingraueſcebat. Nullum enim frumentum diuinde in caſtra ſupportari poterat. Ex ijs nanque oppidis & caſtellis, quibus circa Taurum Lufitanus praefidia imposuerat, corum praefecti cum magna armatorum manu egressi, frumentatū eantes prelio laeſſere, prædas vindique agere, importata omnia intercisperere, denique itineribus interclusis noſtros frumento facile prohibere. Quod cum Rex animaduertifſet, de ratione bellicuſon Ducibus conſultare coepit. Nonuerat enim, Luſ

fitum copia rerum omnium abundare, sibi non committum modo, sed pecuniam etiam deesse, unde militibus stispendia persolueret, aliaque ad usum belli necessaria comparet. Præterea hostem obsidione premi non posse. Nam neque Durius vadotransiri poterat, & ultra cum magna vi militum opus erat, que egradientibus oppido Lusitanis obfisteret, quorum magna manus cum Rege manibus continebatur. Nullas denique ad impugnationem pontis machinas habere. Placuit igitur, ne maius in exercitu detrimentum in dies fieret, castra moueri. Hoc autem cum militibus ipsi cognitum esset, qui ex ciuitatis in auxilium Regis conuenerant, indignari primum, quod cum tantas copias Rex coegerisset, quibus facile bellum patratū iri omnibus persuasum esset, ita discederet, quinalis quid memoratu dignum egisset, neque enim post hanc tantam vim militum contrahendi copiam fore. Deinde culpā in magnates reliquosq; Duces trāfferre, quod ea Regi cōfuslerent, que non ex dignitate ipsius, sed ex usu atq; dignitate sua essent. Qui nō contēti seditionibus bellisq; pristinis, nūc denuo pro trahēdi belli causas quererēt, ut interim ab utroq; Regi favore et præmia emerentur suisq; priuatissimō dis consulerent, & potestate Regiam imminuerēt. Postres mo aliquot eorū Regem ipsum adire, proceres criminari, quod fidem ei debitā non seruarent, quod aperie illi imponerent, quod sue ipsorum utilitatis potiusquam dignitatis Regie generationē haberet. Sibi ipsi Rex prouideret se ad omnia, quæ aggredi vellet patranda, paratos esset, Regem suum nō

DECADIS PRIMAE.

deserturos, quoad bellum conficeretur. Quae cum magnatibus comperta essent, tumultus in castris oriri coepit. His indigne ferentibus, quod à vulgo militem falsoque accusarentur, dum ex commodo Regis atque à republica cuncta prouiderent illis in suspitione sua, atque accusatione persecutibus: Denique Rex, ut qui virorumque fidem integrum esse sciret, magnatum, qui virginem necessitatibus & damnis imminentibus occurrerent, militum, qui magna erga Regem suū pietate affecti nihil non formidarent, nunc hos nimicillos scorsum alloquitus, magnates apud milites defendere: commatum, rerumque aliarum inopiam excusare, belli denique difficultatem ostendere. Ad haec militibus gratias agere, fidē collaudare. Sic animis eorum sedatis, non amplius immoratus ratus, castra confessim mouere iussit.

R E X ET Regina ex Segontensi arce ararium accipiunt, ex ecclesijs argenti dimidium.

Villena ET Requena
capiuntur.

C A P. II.

 Onclanatis vasis castrisq; desertis, Hispanus Methymna, atq; ex Turdesellis Regina cōdē iedit, et plūq; est cōsultari de cōquirēdis pecunij: unde honeste possent neq; enim erat unde militibus stipendia soluerētur. Nā in superiori militia

item exhaustum erat ignotum illud argenti pondus & auri,
quod Enriquus Rex in Segouensi arce deposuerat, quodq;
Andreas Caprarius arcis Preses, idemq; eiusdem Regis vil-
licus Lusitano postulanti denegauit, Regique ac Reginæ
vltro tradidit. Quod factò magnam ab illis gratiā inisit,
& Marchionatu Notario & perpetuo arcis praefidio atque
alij compluribus beneficijs donatus est. Cumque ex sus-
perioribus bellis & ex præsentि rerum omnium perturbatio-
ne ciuitates & populi essent extenuati, non sunt ausi ab illis
mutuo petere, aut impata exigere, ne exactio illa eorum anni
lienaret, atq; à se in aduersariū trāferret. Pleriq; oībus vi-
sum est, argenti, qd' erat in ecclesijs diuinō cultui dedicatū, in
præsentes usus debere mutuo accipi. Idque non esse nouum,
sed iam inde ab antiquis temporibus, atque etiam in lege ve-
teri usitatum: ut pecunie & templorum vasa, que or-
namenti causa fuerant donata, in huiusmodi necessitates con-
uerterentur, quando & in ipsam ædium sacrarum utilitas
tem ergatio illa esset cessura, neque minus emolumenti pro-
uictiorum esset ecclesijs & monasterijs, unde argentum illud
tolleretur extranquilitate, quam bene iuvante Deo speras-
bat omnes, quam ipse ciuitates & populi ex pace, que vis
cloriam sequeretur. Quid quod negotio confectio supere-
rat tempus, in quo possent ablata multiplicato fœnore restitu-
ti. Quod senatus consultum cum ad Regem Reginamq;
declatum esset, principio auersati sunt, atque à tali sacrificio
abstinendum esse censuerunt. Sed cum illos presens
necessitas urget, neque instans periculum remedij morari

DECADIS PRIMAE.

Pateretur, & oculi sunt ad prouerbium istud, quod est frequens
in ore Hispanorum. In extrema necessitate res Deo etiam
dicatas non esse nefas ex sacramento tollere. Constitutus est,
ut argenti dimidiant tolleretur ex vasis, que dinovo cultui
minus essent necessaria. Causa est præterea ecclesijs, ut ex
tricies centum millibus dipondium, que in belli auxiliu ciuitatis
bus & populis imperata erant, solutio fieret. Quod ecclie
suarum Praesides atq; omnis clerus habitaratione temporan
& Regiae necessitatis non gravatae fieri passi sunt. Pris
moribusq; monasteriorum domini Hieronymi in sua cuique p
vincia ea cura demandata est, ut sineulla fraude argentum
illud, aut tantum daretur, quantum fuerat acceptum. Interea
Parietinus Comes, quise Domini Iacobi militiae Magistrum
dici volebat, & Aegabrensis Comes iussu Regis & Res
ginæ Magistrum à Calatrava & Vrenatum Comitem fras
tre eius, & viriusq; patruellem Villenatum Marchionem bel
lo lacescebant. Atq; imprimis ciuitatem Regiam, que gran
di præsidio violenter à magistro tenebatur, in libertatem
asseruit, in obsequiis Regis & Reginæ reducunt. Dein
de ex eo oppido municipia, vicos, agros & Castella, que
ditionis Magistri erant, bello vastant, aut à tributariis vecilli
galia exigunt. Quod negotium impedimento fuit, ne à Ma
gistro in auxilium belli Lusitano auxilia mitterentur, cù nes
que ipse ad Magistratus sui iuenda loca satis presidij habes
ret. Comes deinde Aegabrensis ex certis causis in Beticā
suam se recepit, in Comitē Parietinum omnem rei gerende
curā reiçiens. Ille vero excilitate regia Vclesum serrei

pit, ut inde Marchionatus incolas infestaret, aut tributa exti-
geret. Sed incole, quod Lusitanos totamq; factionē illā odi-
rant, libentius Magistro quam Marchioni suo tributare edde-
bat. Villenates oppidani cū cerneret finitimi s in locis Re-
giū Prefectū, qui sibi cum exercitu subsidio esse posset, ar-
ce obſidione cinguit. Marchionis clientes & amicos pars
tim trucidat, partim bonis ſpoliatos oppido fugat. Ex Tar-
raconensi provincia veneſ auxilio copie, que obſeffos adeo
coarctarunt, ut paucis diebus ſcipſos, arcēq; vīctori dedide-
rint. Villenatiū exemplū ceteri Marchionatus incola sequi-
ti, partim ſponte ſua, partim formidine in imperiū ſe regiū
tranſtulerunt, ſed omnes Rex & Regina in tutelā ſuam re-
poſuerere alege, ne unquam à corona regia, ut aiunt, abdic-
naruntur. Requenatis quoq; arcis Prefectus, quā Marchio-
nis nomine præſidio tenet, cum intelligeret oppidanos de-
arce obſidenda cogitar, præuertit & ipſe illorum conatus,
arcēq; Regi & Reginae traddidit. His difficultatib⁹ Mar-
chio in anguiſias poſitus, neſciebat, quo ſe potiſſimū conuer-
teret. Angebant præterea illū reliquian arcium ſuarum
Præſides, ut mitteret pecunias, commecatus & ſubſidia, qui
bus poſſent munitiones fidei ſue communias propugnare.
Coactus eſt igitur quidquid militum habebat per cetera mu-
nicipia, caſtella arcēq; ſuas dimittere. Non minoricerū os-
mum difficultate laborabant Magiſter à Calatrava, eiusq;
frater Vrenatium Comes, & Dux Areuacorum, aliq; eius
dem ſecte fautores, qui ex eadem cauſa non poterant Lusita-
no auxilia promissa transmittere.

DECADIS PRIMAE.

DYAGIT VR de concordia cum Lusitanō, sed
frustra. Bergensem arcem Rex ob sidet.

Regina Legionis Germanas
nicae turres.

CAP. III.

AT QV I Lusitanus videns se ab ijs destitutum,
quorum pollicitationibus moliri res nouas cope-
rat, simul etiā regni sui penetralia diripi, agros
expilari, Nodarum & Alegretum teneri ab ho-
ste, cogitans copiarum partem ad patriæ tutelam remittere,
petit ab illis ex pectorum conuentorum formula, mittant
quinq; milie illos cataphractos equites, quos se missuros ad
commune bellum administrandū polliciti sunt: incusans etiā
illos, quod nō ante miserint, cum sepe fuerint ab ipso requi-
fici. At illi non minori perplexitate confusi respondent,
se habere in armis promissum exercitus numerum, sed eo es-
se opus ad tuendas vrbes, oppida, Castella & arces, que
pro illo stabant. Se quodq; ipsos multis periculis obnoxios,
terrumq; suorum detrimenta cotidie pati, ut illum ad Regni
fastigium euehant. Quam temporis occasionem Cardina-
lis Hispanus arripiens, secreto literas ad Lusitanum mittit,
consulens, an placet illi, vt cum Rege & Regina de con-
cordia ageret, & quibus condicionibus ea de re vellet agi.
Ad que Lusitanus, cum cerneret se desertum ab ijs, quibus
maxime fidebat, respondet sibi placere concordiam, seque-

in Lusitaniam suam redditurum, si cedatur sibi possessione
 Tauri & Zamore urbium, quas obtinebat, & Callaici re-
 gni, que omnia Lusitania sue annexeret. Petebat in super-
 magnan pecuniarum vim, quas dicebat se in militia stipendia
 reliquosq; expeditionis illius apparatus distribuisse.
 Ad hæc Lusitani postulata per eundem Cardinalem magno
 animo Reginam respondet, tametsi omnia sub dubia etiam nū
 fortuna belli penderent. Sed tamen non permisur am, ut uel
 minimus vicus ex regno à maioribus suis accepto imminues-
 retur, cùm ediuerso nihil magis animo se deat, quam quem ad
 modum imperij fines propagare possit. Passim tamen,
 ut pro redimenda Hispani orbis tranquillitate dependeres-
 tur illi tantum auri, quantum bonis viris vtriusq; partis aesti-
 matoribus videretur. Sed cum ea de re ultro citroque per
 honestos viros ageretur, neque satis inter partes conueniret,
 nuntius à ciuitate Burgensi est allatus, qui diceret: Ioannem
 à Stanica, qui pro Arcuacorū Duce patruo suo arcem præsi-
 dio tenebat, militum auxilio ad id missio eruptiones in urbe
 crebras diu noctuq; facere, ciues trucidare, prædas in arcē
 conuherc: iamq; demolitum ex armorum vico adtercentum
 domos, que fuerant arcis munitionibus proxime, neq; posse
 iam erumpentium impetus sustinere, nisi quamprimum sibi
 mittatur auxilium. Lodouicum præterea cognominatum
 Acuria Burgensem Episcopum, qui & ipse factionem Lus-
 itanam se labatur, excusiones longe lateq; per agros face-
 re, ad quas compescendas equitatum implorabant. Ad huc
 multum Principes graniter commoti, curam animi quion al-

DECADIS PRIMAE.

cerrimam intendunt, ut ciuitati bene de se meritare, et que totius regni caput esset, semperque habita fuisset, auxiliares copias quam primū mitterent, quas Rex cum grandiori exercitu mox sequeretur, qui arcē obſidione cingeret. Subsidias rīſq; militibus dati Duxes Alphonsus Arellanius, Comes Aquiliarius, Petrus Mauriquis, Xanthus Rogius, Stephanus Villacreſcens. Qui cū primum in urbē venerunt, stationes quam maxime poffunt, arcē admouent, atq; edicale diuē genitricis proximae, quam vallo, fossa, ballistis, tormētis, machinisq; munierant, unde facilius erūpere, cōmodiusq; ciubus detrimēta inferri poffent. Ex arce p̄terea per musculos egressi agros populabantur frumentatores, lignatoresq; intercipiebant. Rex vero, quo in statutes eſſet, factus certior, conuocato peditatu ex Asturibus, Cantabris, Vasconibus, finitimisq; populis cum equitatu, quem pro tempore contrahere potuit, ſubſidio venire maturat. Venit quoque eodem Alphonsus à Villa formosa Dux ipſius Regis fraternaliis. Venit magnus Comes stabilis. Iubet Rex ab intimā extimaq; urbis parte muniri stationes, valloq; ac fossa dupliči arcē edēq; illā ſacrā cingi, ne cui aditus aut redditus pataret. Interim Regina, que Valladoliti manserat, a Germanicale gione nūium accipit: Alphonſum quendā cognomēto Blancam ſecreto agere cū Lufitano de tradendis turribus, quas verbi ſuperimpoſitas praefidio tenet. Illa vero nihil morata illuc proficiſcit, ciues conuocat, arcis p̄fidiem accerſiri iubet, petit ab eo ſibi tradi munitiones, quoniam ēre publica id eſſet. At ille cum tradendi moram faciat, p̄f.

textu sarcinulas exportandi, non antea permisit à se abire, quā imperata exequeretur, Xanthoque à Castella munitionem traderet. Ordinatis deinde rebus cūsitatīs Vallado litum redijt. Interim Rex non cessat parare scalas, ballistas, tormenta, aliasque machinas, quibus arcem oppugnat, et quia eadis illa sacra videbatur oppugnatū facilior, simul etiam quod ea capta obsidio angustius præmeretur, iubet intendi machinas, atq; quantum fieri potest ecclesie ad moueri. Inuidunt eadis munimenta omni genere missilium, scalas applicant, gradusque per ipsos nituntur, propugnascula muri prensare. At illi iam summa tenentes deturbant, oppugnatur, propugnaturque vehementer, utrobiq; cadentum gemitus, et plurima mortis imago. At Rex cum videret suorum cædem, quamquam multo majora dannia inferebant obseisis, quam ab illis accipiebant, iusfit tamen receptui cancre, itaque ab oppugnatione desistire, vulneratos foueri, fessos recreari. Ipse vero pro concione omnibus collaudatis: præclarum, inquit, facinus hodie gestum est à vobis milites fortissimi, quod hostibus intra munitionum septa circoruallatis maiorem cladem intulisti, quam vos acceperitis. Sed hoc vos consolari postestis, quod illi contra patriam impian arma sumpserunt, vos pro patria in proditores insurrexistis. Illos scelesrum suorum gravissime poena, vos pietatis vestre debita præmia expectant. Illos indebilis ignominia, vos egregium decus manet. Nunc igitur re bene gesta ite domos, curate corpora, vosq; oppugnatiōni castrinae parate, quam

DECADIS PRIMAE.

non opinor expectatiros, nisi illos rerum omnium desperatio agit precipites. Erant in aedis praesidio viri circiter quadrin genti, quorum magna pars cesa, maior vulnerata, reliqua exantlatis laboribus defessa erat. Deceperant preterea illis non solum fouendis vulneribus medicamenta, sed etiam virtutem necessaria. Itaque timentes insequentis dici futuram multo acriorem oppugnationem, ceperunt defacienda destructione cogitare. Erat munitionis Praefectus Ioannes quidam Sarmentus Burgensis Episcopi frater. Is pacificatur cum Rege, siisque vitam, membrorumque integritatem, quod facile impetravit, non quod Rex victori a disperderet, sed quod natura erat clementissimus, et quod volebat rem confidere minori suorum sanguinis effusione.

SOLVS ITANVS paratus ad soluendam
Burgensis arcis obsidionem, et Centifons
tari Comitis cum Lusitanis
pugna tumultuaria

CAP. IIII.

AEDIS munitione obtenta promouentur arcis stationes. obfessi angustius laborant. Nostris accrescit potiundae arcis fiducia, illis propagandi desideratio. Est in medio arcis impluvio profusus, ditatis immensa putens, vixica obfessorum aquationis spes. In hunc Rex imperat a sex partibus agere caniculos. Quos cum hoc

cum hostes presentiscrent, cœperunt ex ipsi transuersarios effodere. Neque segnior in visceribus terræ oppugnatio erat, quam in subditalibus. Sed eorum, qui absidebantur, eò deterior conditio erat, quod numerus cotidie imminuebatur, crescebatq; rerum omnium penuria. Eostamē vñica fuerat auxilijs spes, quod à Lusitano expectabant, idq; cum videret differri, mittunt literas cum mandatis ad Areuacorum Duxem, significantes, in quantarum omnium difficultate ver sarentur, futurumque, ut non possent diutius obsidionem hostium sustinere. Habebat Areuacorum Dux in civitate illa complures clientillas, tum per se ipsum partas, tum à maioribus velui hereditario quodam iure susceptas, ex eo tempore, quo arx sub fide publica fuerat ab Hispano Principe Stuicorum familie credita. Erat illius arcis præfectura non solum honorifica, sed etiam firmissimum sui patrimonij fundamentum: quod alioquin ab Aquilone in Austrum per totam Hispanię latitudinem diffunderetur. Is ita que cum accepisset, præfidiarios suos in tanta rerum omnium angustia versari, dat eidem Ioanni Sarmento literas cum mandatis ad Lusitanum, quibus facit illum omnibus de rebus, que apud Burgos gererentur, certiorem. Quodque si castellum illud, à quo, tanquam à capite, Hispania regnum Castella est cognominata, in hostium potestate deneniret, se non modo facturum grandem patrimonij sui iacturam, sed neq; ipsum quidem facile regnaturum, si ex regni culmine deturbaretur. Cum præserum viriisque partis sautores, qui se indifferentes continebant, in hoc vñius certamen

DECADIS PRIMAE.

oculos coniecerint spectantes, quem fortunatum sequatur
eventum, haud dubium, inclinatros omnes ad victorem stu-
dia sua. Quare ipsum orabat, obtestabaturque, ut obse-
sis quamprimum ferret suppeditas, nisi mallet hostibus cum
Regni possessione victoriam tradere. Stimulatus eò nuntia-
tio Lusitanus, reputans secum vera esse omnia, que ab Are-
uacorum Duce dicerentur, tametsi habebat copias immuni-
tas ex eo numero, quem à principio belli ex Lusitania ses-
eum adduxerant, quod pars suorum desiderio ex longa mos-
ra in patriam redierat, pars ex celi mutatione morbo es-
rat extinta, pars in tumultariis quibusdam pugnis pro-
fligata, statuit tamen (quantum posset) exercitum contrahere,
opemque obcessis ferris, antequam de facienda ditione co-
gitarent. Tavroque profectus Areuacorum se cum praesen-
ti exercitu contredit. Cui se Archiepiscopus Toletanus, &
Villenae Marchio coniuxerunt, per pulchre aliquot instru-
itas cohortes secum adducentes: eidemque non modo auxi-
liares manus, sed etiam fidem suam iterum addixerunt,
seque non agnitos alium Hispaniorum Regem attristati
funt. Erat illa tempestate Regina Valladoliti, que facta
certior de aduentu hostis Areuacum mittit præfectos cum
cohortibus ad loca finitima Gutterium Cardenium questio-
rem suum maximum Methymnam ad Canipum: Ioannem
Sylvum Comitem Centifontanum Ulmetianum, qui non pas-
terenur Lusitanos liberè per agros vicosque excursiones
facere. At Centifontanus Comes iuuenili ardore com-
motus egregium aliquod facinus moliri non desuit, rec-

Claque Arcuacum profectus, ubi se Lusitani continebant,
 in cōdenso quodam spineto insidias collocat, mittitq; exer-
 sores, qui agros populenter, Quos ingentem p̄r se as-
 gentes p̄dām, Lusitani facta ex oppido eruptione euo
 stigio inseguantur, quo aduentum est in insidias. Vnde Co-
 mes prodiens iubet signa inferri, ante aquam subsidio au-
 geretur hostium numerus, qui haud dubie erant adhuc mul-
 to plures. Millēnum sententia fuit anceps: erant enim, qui
 dicerent cedendum esse tempori, propterea quod omnia es-
 sent hostibus superiora, numerus amplior, ex quiete pes-
 ditum, equitum, equorumque recens alacritas, à tergo sub-
 fidia in horas succedentia. Nosris vero militum pauci-
 tes, ex noctis hesternis laboribus corporum lassitudo, aux-
 iliorum p̄terea nulla spes. Quare canendum esse re-
 ceptui censebant, ante aquam hostes ab exploratoribus co-
 gnoscere, non esse dispositas, quas timerent, alteras insi-
 dias. Alij dicebant turpem esse fugan, neque com-
 mittendum, ut Lusitani aliquando posset dicere, Hispani
 nos ab ipsorum conspectu fugisse. Dum tempus con-
 sultando territus, iam vultimis nostrorū excisoribus
 primi Lusitanorum instabant, neque poterant pauci mil-
 torum impetum sustinere. Mis̄i, qui ferrent opem les-
 borantibus, crescent virisque paulatim auxilia, donec
 totis viribus pugnari coepit. Editio strages ma-
 xima. Comes vero cernens hostium auxilia incres-
 bescere, suos vero partim occisos, partim vulnera-
 tos, partim ex multo labore defessos in proximā sc̄vrrus

DECADIS PRIMAE.

cam recipit, collectisq; ex pugna reliqys Ultmetum contendo-
dit. At Lusitani non incruenta victoria potius cum crepia
ex hostibus preda, spolijsq; Arcuacum redire.

REGINA Lusitanom Burgos evitem sub-
sequitur, Pallanti, eque residet, Comes
Beneventanus Baltanasij
capitus.

CAP. V.

VSITANVS interim non cessat partium
suarum factores, vt ad praescriptu diem sibi
ad sint, conuocare, & quam maximis copijs fer-
re opem obsessi festinent, hortatur. Ipse cum
Archiepiscopo Toletano & Marchione Villenati Pinnam
fidelem, quod erat Comitis Vrenatis oppidum, proficisci-
tur, vt illic auxiliares copias expectaret. At Regina eius
rei facta certior Pallantium ire properat. Erat in Comitas
tu illius Cardinalis Hispanus, & Archithalassus, Comesq;
Beneventanus, & alij complures Hispanorum viri Princis-
pes. Dimittitque exploratores & excubias, qui captent ho-
stis consilia, vt quem primum iter arripuerit, faciant se cer-
tiorem, vt illum a tergo insequeretur, si Burgos ad soluena-
dum obsidionem ire contenderet. Simul etiam, vt hostis
bus commeat, intercluderet, disponit praesidia in locis Pin-
ne Fideli finitimi, inter quos erat Baltanasium oppidulum
neque arte, neq; natura satis mitigatum, sed muro semirupto

fossa que non bene eruderata. Hoc sibi Comes Beneuentus
nus praesidio suorum collocando depositit, unde multa incom-
moda ab hostibus inferre posset. Stationes in locis iniurie ob-
noxios disponit: vigiles, Circitor esque distribuit, ne aduen-
tu hostium repentino opprimatur: alioqui erat animo tam ex-
celso, ut nihil a partis aduersae copijs omnibus formidaret.

Socij vero, clientes, familiares, & amici Comitem horta-
bantur, ut locum non multo negotio munitione desereret.
Neque enim Lusitanos quieturos quoad illum ex munitione
tam propinqua deturbent: idque haud difficulter effecturos,
quando tot aditus oppugnationi paterent. Sed ille neq; pre-
cibus, neq; exhortationibus villum reliquit locum, quin pos-
tius in incepto perstans excusore scotidie mittit, quia popus
lentur agros, pabulatores, lignatrices, frumentatoresq; inter-
cipiant. At qui Lusitanus videns se ab hostibus contemni,
paucosq; intra macerias, parietesq; potius quam muros se con-
tinentes commeatus sibi intercludere, decernit Castellum op-
pugnare, atq; tam insigne opprobrium ex oculis tollere.
Arripit iter nocte intempesta, atq; sub lucem per ruinosas
misorum partes Castellum agmine octopartito iubet oppu-
gnari. Muri erant formacei ex terra sine calce, quos longa
dies ex ruinaceli dcicerant, magnaq; ex parte per interval-
la mudauerant incolas. Eos aditus Lusitani intrudunt. Sta-
tionary milites vigilum Circitorumq; clamore excitati ad
loca sibi designata accurrunt, scq; ab hostibus non tam mu-
ro quam acie defendunt. At Comes hortatur suos, qui meq;
nomine proprio can honoris præfatione appellans, statio-

DECADIS PRIMAE.

nes circuat: laborantibus auxilia submittit. Hinc spes oppidi capitundi, illinc desperatio, si hostis admittatur, utrorum animos irritat, neutrīs pedē referentibus. Editur utrobiq; strages maximima: vis vi repellitur. Atq; ita partim instando, partim cedendo, pugnatum est ad horas vespertinas. Bis Lusitani fuerant intramunitones recepti, bisq; sublato clamore Benenentani hostem in murorum ruinas deturbant. Sed tandem per muri partem distractam irrumunt Lusitani, obstantes impellunt, fundunt, fugantque per vias: omnia disturbavit. Comes cum paucis ex suorum numero angustum quandam occupat, ubi fortiter pugnat vulneratur, capiturque. Lusitanus ea victoria spolijsq; superbuscum Comite aliisque Principibus viris quasi in pompa triumphi premisis Pinnam Fidelem redit. Eam calamitatem Rex & Regina magis quam pro matria egeretulerunt. Nam præter id, quod Pimentorum familia est in Hispania facile Princeps, Comesque ipse per se vir ingentis animi, atque rei militaris peritusimus, tamē amicum tanque obsequenterem sue partis socium amississe, non poterant, non dolore. His duebus cladibus per præfectos accepatis Regina secum reputans, hosti ex Victoria elato creuisse animos, sicut nul etiam quod rumor increbescet, illum habere iter ad Bergensis arcis obfitionem solvendam, contrahit præsidia, que per locos hosti finitos disponuerat: ut cum primum ille castra moueret, ipse cuestio consequeretur, copiasq; suas cum mariti Regis exercito iungeret, aut ex communi consilio altera i fronte, altera a tergo hostem ancipi pugna distra

berent. Rex quoque non cessat interea obsidionem vrges
re, tormentis ac machinis munitiones pertinidere, cuticulos
in arcem agere. At Lusitanus videns nostrorum vigilan-
tiam, alterius in obsidione præmenda, alterius in auxiliari-
bus copijs vndiq; contrahendis, seque duobus exercitibus
futurum imparem, si foret illi collatis signis cum hoste des-
cernendum: simul etiam, quod audiebat, Zamoranos velle
ad hostes deficere, diuerxit ab instituto iuicare, ut Zamorā
Taurumque validiori præsidio firmaret, putans duas
vrbes esse Regni futuri vel maxima fidamenta proptes-
rea, quod erant & ciubus frequentes & Lusitania sue con-
fines, coque consilio Arcuatum rediit. Erat Arenacorum
Duei coniux Leonora ex Pimentelorum familia Benetens-
tani Comitis soror patruelis, que illis temporibus non mo-
do omnem Ducatus administrationem sustinebat, sed eti-
am coniugis effectus moderabatur. Eacum Lusitano agit,
quemadmodum Comes cum socijs, qui in eadem fortuna
fuerunt ex fide, quam victi victoribus dederant, soluerens
tur ea conditione, vt partis aduersæ arma non iuarent. I-
Dantur obsides Comitis filius primogenitus, tria oppida
ornatissima sequestro ponuntur, Maiorica, Portellum, Vil-
la alba, que Lusitanus fermissimo præsilio instruxit. Co-
mes itaque solitus fide, tametsi magnis conditionibus ini-
taretur, vt studia sua in Lusitanum transferret, noluit acquie-
scere, sed in reliquum belli tempus medium sequestremq;
se exhibuit.

DECADIS PRIMAE.

MARCHIO amissa Ocania, quam
præsidio tenebat, Lusitaniū hortantur,
traiectis montibus ad Carpe
taniam veniat.

CAP. VI.

ANNO insequenti, qui fuit à salute Christiana
sextus & Septuagesimus supra Millesimum
Quadragintesimum, in ipso statim Anni exor
dio, Ocanienses, quibus Marchio grauissimum
imposuerat præsidium, cœperunt agere cum Centifontano
Comite, cumq; Ioanne Ripario, qui eo tempore Toleti com
morabatur, de tradendo per illos municipio Regi & Regi
næ, modo ipsi ad tempus adessent cum exercitu. Atq; impri
mis oppidanos ob suspicionem domo pulsos à Marchione re
uocant, vnoque omnium consensu præfidiarios milites oppi
do pellunt. Accipiunt extemplo à Centifontano Comite
subsidia, quem sequitur cū Toletani cohortibus Ioannes Ri
parius. Regina eius rei facta certior oppidum Roderico
Manriquo Spathiferorum Magistro tradi iubet. Hoc nun
tio permotus Marchio, simul etiam videns opes maximas
& patrimonium, quod à patre acceperat amplissimum, indies
minū, commeatum à Lusitano petit, & quam maximis pos
test itineribus in Marchionatum suum peruenit: ubi compe
rit omnia multo deteriori conditione, quam ex nuncio acce
perat. Vrgebat illum omni ex parte hostis acerrimus dini

Iacobi militiae Magister, nitebaturq; paucis oppidulis, que supererant, spoliare. In qua rerum omnium difficultate positus dat literas ad Lusitanum, commemorans quanto studio et fide sit illius signatus, quodq; sibi pollicit⁹ fuerit cōtempore, quo illi uxorem nuptiū tradidit, se pro illius capite ac fortunis dimicaturum: neq; passurum, ut quicquam detrimenti pateretur, non etiam si sciret omnes vires suas fortunae belli opponere. Addebat insuper, quod noluerit se qui partis aduersae duces, quamquam magnis conditionibus iniuraretur. Nunc vero cō se calamitatis deuenisse, ut parū absit, quin omne patrimonium à suis maioribus acceptum amittat. Quam iacturam non tam esse suam, quam ipsius Regis, ad quem pertinebat, suarum partium studiosostucri, atq; seruare incolumes. Itaq; orabat, obtestabaturq; Regē, ut cum exercitu, copijsq; omnibus quamprimum Taurinos montes traiceret, conferretq; se Madritum, quod oppidum cum arce ipse præsidio teneret: futurum namq; ut inde cō modius assequeretur, quod concupiebat. Erant namq; in ea regione Madrito proximi Archiepiscopus Toletanus, atq; Magister à Calatrava, qui essent in tota prope Carpetania facile principes, suas quoq; vires non esse adeo exhaustas, ut ex cæde, quam esset hostibus illatus, nō sequeretur sanguis. Quod si Madriti vellet considerc, fore, ut Ocania imprimis recuperetur, atq; deinceps Toletani, ac totius Carpetanie Lusitanieq; proximæ vrbes, municipia, & castella se illius fidici, malestatique dedant. Eſſe præterea in Basitica Marchionem Gaditanū, qui Asindon armis, & equis,

D E C A D I S P R I M A E.

oppidum per quam nobile, firmissimo teneret praesidio, & Alphonsum Aquilarem, qui Cordubam, quam illa est in Baetica ciuitas equitatu frequentior, quasi unum e suis municipiis possideret, utrumque duorum fororum viros, utrumque rei militaris peritissimum. Et si alios complures, qui cum primum audierint ipsum cum prepotenti exercitu in Carpetania confessisse, declaraturi essent animi sui sensum, quem ante hac occulauerint. Quod si suis rebus afflictis, ultimeque necessitatibus non opitularetur, neminem esse tam perditum, tamque consilij inopem, qui vellet sequi ducem, cuius animum suorum cura non teneret. At Lusitanus exhortationes, querelasque Marchionis ad proceres senatum que suam refert, illorumque sententiam exquirit. Omnis bus visum nullo modo illi montes esse transciendum. Affebantque rationes complures, cur illud neque cogitandum quidem esset: atque illam imprimis, quod semper is habitus est Hispaniarum Rex, qui possideret Citerioris Hispaniae opida Valladolito & Melghymne adiacentia, in quae ipse obtinebat duas urbes, & situ, & ciuium frequentia munitissimas, atque Lusitanie sue finitimas Taurum, Zamoramque: quas haud dubie videbatur ire perditum, si presidia inde transferret, aut cum exercitu longius discederet. Quid: quod omnes interpretantur illam non distinctionem, sed fugam: cum esset hostis in conspectu, iam iamque decernendum esset ferro, utri Deus victoriam vellet tradere. Rescribit itaque Marchioni, ut consuleret interim rebus suis, quaratione melius posset: se datiorum operam pollicetur, ut cum primum

per temporis occasionem posset, omnia damna resarciantur; amissa restituantur, seque illum amplissimis beneficiis cumu-
latur. Hoc Lusitanii responso consternatus Marchio, cap-
it animo fluctuare, occasionemq; (modo honeste posse) ad
Regem Reginamq; deciscendi querit, modo sibi amissa: ex
quo Lusitanum sequi coepit, restituantur. Erat eo tempore
Tauri Lusitanus, qui iam accepisset Zamoranos de proden-
da hostibus urbe cogitare, eò profectus coniurationem pate-
fecit, quatuorq; ex primoribus oppidanis deprehensis non
est ansus in illos in ore suo vti, meuens ne per tumultum pos-
palus concitaretur. Reginaque videns hostem à mitten-
dis ad Burgensem arcem auxiliaribus copijs desituisse, et
ipsa Valladolitum rediit, praesidiisque quam maxima potest,
in vicinis locis disponit, ne libere per agros vicosq; Lusita-
ni vagarentur. Nec cessat interim blanditys, donis, polli-
citionibus, precibusq; aduersae partis sectatores pellicere.

ZAMORANI Pontis, atque urbis
præter arcem Ferdinando
facta deditio.

C A P. VII.



R A T Zamorani Pontis præfectus, quem
admodum in superioribus dictum est, Franci-
scus Valdefins, qui fecerat quondam ipsi Regis
atque Reginæ familiaris, et a quibus honoris

DECADIS PRIMAE.

bus honoribus amplissimis, atque munib[us] fuerat dona-
tus. Cum hoc agit Regina, ut sibi Pontis munitionem tra-
dat, aditusq[ue] in urbem patefaciat. Non abnuit ille condi-
tionem. Cum petro Mazarieco, quem ipse Pontis præfes-
sor[um] substituerat, de re commentatur, qui cum esset vir
bonus, idemque pacis amator, Franciscum impellit, ut Re-
gina per omnia obsequatur. Constitutum est, ut Rex ab
obsidione Burgenſi ad ciceretur: sine quo, tantam rem non
posse peragi, existimabatur. Neq[ue] enim sola modo Pontis
munitione, sed et tota ciuitas cum Lusitanorum principe, una
opera videbatur tradi. Huius consilij per pauci fuere con-
ſig. Rex eius negotiis factus certior, simulat se minus recte
valere, et quo valitudinem suam cōmodius curare posset,
velle se intra cubiculum ad paucos dies continere. Obsi-
dionis curam fratri Nothro reliquisq[ue] primoribus, qui cum
eo tunc erant communicata re commendat. Ipse cum duos
bus tantum ex familiarissimis de media nocte Valladolitiū
arripit iter. Nec latere potuit Lusitanum eares, siue quispiā
secretum prodidit, siue quod audiebat exercitus ab hostibus
convocari, siue quod multis suspicionibus non nimium fide-
bat iam Francisco illi Valdesio. Quem iubet Rex ad se ac-
cessiri. Respondent siue, abijisse nescio quò. Statuit ea nos
et, siue dolo, siue viribus Pontis munitione potiri. Mittit
Iohannem Porrium, qui erat Valdesij propinquus, atque os-
mimum consiliorum socius, qui dicerit Petro Mazarieco, qui
præsidio Pontem obtinebat, aperiret Pontis aditus, simulā
se ea nocte milites transfluen[t] velle mittere, qui hostium

fines populararentur, re autem vera, ut intra munitionem
recepti, præsidem cum prædio loco deturbaret. At præses
id, quod erat sufficatus, respödet, non esse illud tempus, quo
deberent armati intra arcem recipi, se tamen postridie sub
lucem imperata facturum. Quod responsum tametsi vis
sum est Lusitanos suspicionis aliquid habere, expectat tamen
cumentum rei prope diem declarandum. Interea præses ex
immani lapide dicit alterum murum à parte munitionis in
teriori, que spectat verbem, murumq; ad Ferdinandum Re
gem mittit, qui dicat conspirationem esse detectam, Lusitas
noque esse in animo Pontem oppugnare. Quamobrem
properaret ferre suspectias, nisi mallet cum Ponte spem os
mitem potiude verbis amittere. Prima luce mittit Lusita
nus Joannem Illum Porrium cum equitibus centū cataphra
tis, qui iussa exequentur. Qui cum ad Pontis primuore
accesissent caput, sagittis, sclopetris, lapidibusq; pulsi, fugas
ti sunt: inclavatumq; est à præsidariis Ferdinandū, atque
Elisabense agnoscere Hispaniarum principes, at præterea
neminem. Quæ vox cum ad Lusitanum perlata esset, ira
percitus omnes ad arma vocat, ipseq; armatus adest, Po
temq; omni tormentorum genere oppugnari iubet. Milis
tes vero partim indignatione, partim sui Regis pudore, par
tim formidine commoti, pœstudine adacta, munitionis portas
incendio corripiunt, putantesq; nihil esse aliud quod aditus
intercluderet, non sine maxima clade irrumpunt. Cumque
negotium sibi iam confectum existimarent, offendant alies
rum murum à parte munitionis interiori. Pugnatur vir inq;

DECADIS PRIMAE.

vehementer, hi ut vallum (quod obfistebat) demolirentur, illi vi vallum cum vita propugnarent. Lusitanos tamen ab incepso arcebat fumus ex incendio, quod ipsi portis ad mouerant, quodque extanta ipsorum multitudine cum pauci pugnarent, plures vulnerabantur, nullum namque telum erat inane: cum ediverso Pontani preter laborem sudoremque defendendi, nullum aliud detrimentum ab hostibus acciperent. Duravit ea oppugnatio à prima luce ad horam eius diei vespertinam: cum interim Lusitanus non suorum strage permotus, non quod tanto dispensionib[us] proficiebasur, suos exhortari non cessat: quemque ex amicis nomine appellans, stimulosque admouens, increpans etiam seniores, que res illos haud dubiam in mortem adiugebat. Atque illum sic affectum, Archicampus Toletanus hunc in modum alloquitur. Non est mihi ignota clarissime R ex indignationem istam in proditores illos esse iustissimam: Sed quid opus est tanta sanguinis effusione, ubi nihil proficitur? Quod si te in ultionem ira precipitat, non minus commiseratio in tuos renocare debet. Audiri ego quendam ex numero illorum septem, quos Graecia iactat sapientes dicere solitum, victoriam non esse optandam, quae sanguine constat et aesset. Quid igitur ille diceret de pugna, quae sine effectu cruore redundat. Vides quanta fiducia, vel constantia potius, patientiaq[ue], rebellis illi Pontis mutationes tuerantur. An putas id futuros fuisse, aut te praesente tale aliquid ausuros, nisi expellarent quam celerrime sibi auxilia missum iri? Noui ego hostium mores, ne q[ui] omiso

furostantam sibi oblatam occasionem. Quod si à me prius
 ceps optime, sententiam exigis, censeat imporicedendum,
 neque expectandim quoad hostes robore ac numero plures
 intramœnia recepti sint. Neq; arbitror cum illis esse pugnā-
 dum, per urbis vias, per domos, perque religiosa Deorum
 templa, cum præsertim habeamus ipjos cives nobis infen-
 sos, atque in partis aduersæ studia pronus. Lusitanus hac
 Archiepiscopi oratione persuasus, tubet ab oppugnatione re-
 ceptui canere, simensque nequid per tumultum populus audi-
 ret, conclamat̄ vasis imperat suos omnes in armis extubas-
 re. Comportatisque in arcem sarcinis, omniisque preciosa
 supellecili, de medianoche cum noua coniuge Taurum pro-
 ficiuntur. Quem sequutus est Porrius ille Ioannes, veris
 tis iram principium, quos iam pridem offendebat. Vix
 dum Lusitanus discesserat, cum eiusligio Aluarius Mendo-
 zius, cum exercitu per alteram portam urbis ingreditur.
 Lusitanorumque reliquias per totam ciuitatem sparsas, ex-
 plorat, spoliat, comprehenditque: quorum bona pars se cum
 omni re sua in ædem recipit maximam. At Mendoza
 templum obsidione cingit, summisque viribus oppugnat,
 illi contra, se acriter defendunt. Adebat sub lucem ipsam
 Ferdinandus ipse Rex cū Archibaldo, Duceq; Albano,
 aliisque principibus viris eiusdem caræ studioſis. Quos
 Lusitani cum cernerent intramœnia receptos, coeperunt ipsi
 priores de deditioſis conditionibus agere, ut ſoſſites cum
 rebus, quas poſſent comportare, ſecundum dimitterentur.

Quod Rex clementissimus haud diſſiculter indulſit, &

DECADIS PRIMAE.

quod natura mitissimus erat, & quod nollebat in tam perni momenti negotio tempus consumere, cum presertim ad eos oppositionem, cui potissimum intendebat, ecclesia illa, quod arcis proxima erat, plurimum conducebat. Lusitanis facultate abeundi data, se cum bonis suis omnibus ad Regem suum conferunt. Quos, ut consolaretur, simulat fiduciam, simul etiam vulgo iastare cœpit, totum hoc regni potiusque negotium non constare capiendis, amittendisq; arcibus, castellis, aut urbibus, sed uno prælio, in quo decernendum foret in Hispania regnaturus. Mittitq; continuo ad filium Lusitanorum principem designation literas cu[m] mandatis, quibus imperat, ut omne Lusitanie robier, in unum exercitum contrahat, sibiq; cu[m] quam maximis posset copijs, cu[m] primum euocaretur, adsit. Rex urbe potitus, metati bona Ioannisq; Porrij aliorumq; rebellium publicat. Atq; imprimis murum, vallo, fossaq; munitionem inter arcem & urbem duci iubet. A parte quoq; urbis extima, undecim munitionis stationes disponit, firmissimisq; præsidis instruxit. Imperat præterea ex locis finitimiis omnia tormentorum, machinarumq; genera comportari, & reliqua omnia parari, que obfidiioni, oppugnationi, futuræ usui forent.

BVRGEN. Arcis obfessio continuatur, & quæ ab utraq; parte fuit exponitur.

C A P. VIII.

D V M

DVM haec ad Zamoram geruntur, Biorgensis interim arcis oppugnatio non cessat, sed neque præsidiorum crebre in obsecsores urbemque eruptiones, vnde crebri ab utraque parte milites cadebant. Sed cum viderent obsecsi suorum numerorum cotidie minui, hostium vero augeri, decreuerunt se intra munitiones continere: rem satis magnam se facere arbitrantes, si fiduci sue arcem commissam tuerentur. Que res obsecsores admonit, stationes arci ad iactum lapidis admovere. Ex qua vicinitate, orta est ab utraq; parte collos quendam familiaritas: illi si iactantibus se in dies Lusitani auxilium expectare, idque se pro comperto habere, Gallorum quoque Regem aduentare cū ingentibus copijs, populatus riamque Vasorum Cantabrorumq; fines, tandem longa obstdione fessis opem laturum, que spes faciebat eos obstinatus, inclamatib; diu noctuq; voce quadam stentoria geminantes identidem Alphosi, atq; Lusitanie nomen. At nos stri contra, o stulti dicebant, qui ab usque Lusitania expectatis auxilium in Cantabrorum finibus positi, qui in Gallorum levitate spes vestras posueritis. O perituri, atque temeritatis vestrae poenam prope diē initari, non pudet vos pro illis stare, quorum maiores maioribus vestris semper fuerint hostes? Ecquis putarat Zamoranos Lusitanis finitimos paucorum potentia oppressos, ad nos descinisse, Biorgenses vero Castellarorum columen à suis principibus Castellas misad Lusitanos deficere? Resipisci te miseri cives, atque ad vos tandem redite. Revocate in mente vestrum vulnus, quod

DECADIS PRIMAE.

vobis cotidie obiectio. sub Ioanne primo horum principium
nostrorū produo acceptum. Qui cum Beatrice vxoris do-
tali nre regnatur esset, usq; adeo Castelle Castellanorūq;
nomen illis fuit odiosum, ut potius sint passi Magistrū Aui
sum, quamvis Notbum ex professione fratrē religiosum,
nihilq; ad illum regni administratione pertinente, in Lusitā-
nia regnare, quam Regem Castellanorū ipsis præsidere.
Nunc vero vos cum habere possitis Regem Castellanum,
Castellaniq; Regibus procreatū, coniugaliq; fide cum ves-
tra indubitate, Ioānī secūdi Regis filia, legitimaq; herede,
potius sequimini generis inuisi Regem, præsertim coniuni-
ctum matrimonio uxori ex turpi adulterio conceptæ. Qui
neq; vobis auxilio esse potest, neq; vestris laboribus, quos
ipsius nomine exantastis, gratiā referre: qui ex medio itine-
re, cum ad vos latrurus auxiliū properaret, nostrorū princis
pum timore revocat⁹, Zamorā quasi ex limine ad sui regni
latebras fugitus serecepit: atq; inde iterum pulsus Taurū
(hoc est ad latronū speluncam) potentissimus iste Rex vester
ausigit. Circumspicite acmū o miseri cives, & cernetis bos-
niam murorū partem tormentis machinisq; labefactatā im-
pendere: que si vos destituerit nudos, faciabitis, opinor, san-
guine vestro inimicorū hostiumq; oculos: atq; uxoribus, na-
tis, cognatis, affinibusq; spectaculum per quam triste exhibe-
bitis. Itaq; dum licet, ad victoriam potius, clemētiā miseri
cordiamq; configite. Multissimi sunt, erroribus vestris igno-
scēnt. Neq; vos solum vobis, reiq; publice vestræ, sed &
opes, dignitates, & omnia ornamenti vestra restituent, atq;

etiam fortasse cunctabunt. His vocibus obfessi visi sunt
paululum acquiescere. Videbant namq; propemodum vera
eſſe, que ab hostibus dicerentur, atque illud imprimis, quod
muri pars maxima ruinam minabatur, quodq; auxiliatorū
nullas p[ro]p[ri]as certa eſſet, quodque commetus in dies minueret
t[er]r[or]. Erant tamen qui dicerent, potius illis eſſe per eundam,
quam faciendam terpem deditio[n]em. Alij non poterant ad
duci, ut putarent se auxilio ab Areuacorum duce deſtitutos,
aut consilio saltem, aut admonitione quid eſſet, illis fa-
ciendum. Plerique tamen censabant non eſſe illis ultimā
necessitatem expectandam, cum vīctor daturus eſſet, quas
vellet conditiones, non quas vīcti peterent. Dum tempus
consultationib[us] tertiis pars muri ad longitudinem passuum
viginti repente corruit, alterumque patet fecit, quem illud iſ-
psum metuentes, in ſubfidium ex terra fecerant, qui & ipſe
cum tormentis pertundi corpiſſet, alterius muri collapsus im-
pediebat, quo minus solo eſquaretur. At præſes animo iam
confaternatus, quod neque muri poſſent illum ab hostibus di-
rimere, quodque præſidiari[m] milites partim vīdneribus,
partim langore, partim laſſitudine, atq; ſimil omnes cuncta
rum rerum penuria laborarent, coepit affentiri illis, quorū
ſententia fuerat, agendum eſſe conditionibus, quibus ſe
victori dederent. Convocatoq; ad id Comeſtabili, cui Rex
diſcedens fratrique Nothro ſummarum belli commiſſerat, p[ro]p[ri]o
eti[am] ſunt ſe traditioris arcem, ſi à Rege Regineque vita
in columitate atq; erroris venia ex bonis amib[us] donaren-
tur. Sub his pactis conuictis Regina ex Valladolito accerſig-

DECADIS PRIMAE.

tur illa properanter Burgos venit, areem recipit, rebelles
venia cōdonat, illisq; bona restitui iubet. Cōpositisq; ciuita-
tis clarissimæ rebus, Valladolidum redit, atque inde Tordes-
ellas, ut ejus hosti propior, ad incutendum terrorem, cas-
pitiandūq; quid ille consilij caperet, & qua ratione cum illo
esset belligerandum. Per idem tēpus venit eodē Petrus Stu-
nica Duci Areuacorū filius primogenitus, qui dissidebat
plurimum à via, cui pater inslitterat. Nam & ipsius obses-
quia in R̄egem Regināq; fuerant non obscura, semperque
de illis bene sentiebat, honorificeq; loquebatur, quod ipsum
principes non latebat. Is cum primam facta est Reginam
alloquendi copia, coepit exponere quanto studio ac diligētia,
quanta obseruantia & pietate regalibus iussis obtempera-
nerit, quodq; nihil unquam reliquerit faciendū, quod putao-
ret id ipsius Regine Regisq; statum pertinere: eaq; fiducia
venire dixit, ut peteret patri veniam, ne filio plecteretur
parentis culpa, si culpa dicenda esset, que senectutis delirio
sic commissa addicbat quoq; id, quod omnibus erat compre-
sum, iam pridem illum fragilitatis propriæ consciūm, omnē
rei domesticæ curam, administrationēq; ad uxorem, qua si
bi esset nouerca, trāstulisse. Ea quoq; ut Ioannē filiū ab Al-
cantara Magistrum ordinis Cisterciensis faceret, omne fas-
tig; nefas, omnia iura diuina, simul & humana miscuisse:
omne Ducis patrimonium, ut id consequeretur dissipasse;
omnemq; totius familiæ statum, qui non ad illam sed ad se-
ipsum pertineret, sepem maximis periculis obiecisse. Nunc
vero dicebat se venisse missum à patre, qui illius nomine

sua omnia poneret in ipsius Regiae potestate, ut omnibus rebus, quae ad se, que ad patrem, queque ad nouercam pertinenterent, pro arbitrio suo vicirentur. At Regina tametsi ad condonandos errores erat paulo diuinscula, itamen habita ratione ipsius Petri, ad quem spectabat familiæ illius hereditaria successio, quodque pater senio confessus, omnem dominum atque voluntatis sue administrationem ad uxorem transfluerat, quæ cupiditate quadam omnibus parentibus ingenita filios extollendi viam illam iruasit, omnes venia cōdonauit, sibiique eo beneficio reddidit imposterum obsequēs tissimos. Arcuacum eo pactio recuperatum est, Ducatus tūtulo in Placentiam ciuitatem translato. Magistratus Ioanni filio cum insignibus, & titulo confirmatus, quem obsufragatorum discordiam, ad sedem apostolicam conscrendi iure deuoluto, summus Pontifex illi contulerat. Dicatum est in superiori parte Ludouicum Galliarum Regem cum prius mun Ferdinandus & Elisabe regni administrationem adiecerunt, renouasse cum illis antiquam fœdus, quod fuerat à multis annis inter Gallorum Hispanorumque principes obseruatum. Sed cum postea vidisset inter Tarragonensem Lusitanumque, de regni successione disceptari, inicuit animum in Ruscinonis Comitatum, quem Ferdinandus à Ludouico petebat debere restituiri. Repudiatoque priori fœdere cum Lusitano fœdus novum percutit. Quos cum vis deret bello implicitos, ratus illud esse tempus rei bene gessendæ, bellumque hostibus inferendi, compositum Eris bannorum Rege simultatibus, mittit Oedsoncm armatorum

DECADIS PRIMAE.

quadragesima milia, qui Vasconum fines Hispanie contris
butos ferro ignique vastarent. Imprimisque castellum
et loci situ, et hominum strucituram nitissimam, Fontem
Rabion nostro seculo indigenae appellant: quod in ipso Hi-
spanie citioris Aquitanicaeque Gallie collimitio situm est,
habens portum in secessu Britannici maris, atque alatere flu-
men nomine Alduidam, quod in Cantabrorum iugis crun-
pens, Castellumque praeterflens, in ipsum portionem infuit.
Itaque Galli trajectio flumine, quod per astus reciprocatione
non erat difficile, vicos populantur, Castellaque finitima dis-
truant. Erat ea tempestate Regina Burgis, nam Rex interea
Zamoranum arcem obsidione premebat, que facta rerum
omnium certior, mittit cum equitatu Iacobum Sarmentianum
Comitem a Salinis, cum facultate habendi delectus, conuocandisque
ad armas finitos, et cōportandi cōmeatus, faciendisque alia,
que forent usui ad bellū gerendū. Ipsa præterea mittit literas,
ad omnes Vasconū Cantabrorūque et Asturū populos, ut cum
eti ad regni fines ab hostibus tuendos confluant, seque Salic-
narum Comiti agglomerent. Ioannem quoque Gamboā
virum rei militaris peritum praefidio castelli praeficit, qui
cum mille electorum militum indigenarum numero ingres-
sus oppidum, fossas eruderat, vallum, stationes, turrem et
murorum propugnacula scorpionibus, catapultis, tormentis,
machinisque inservieret. Neque Galli segnitus omnia, que
ad oppugnationem castelli erant necessaria, vndeque com-
portavit. Erant cuon Gallis ex Vasconum finitimi gres-
garij leuis armaturæ pedites complures, qui per anfractus

deniosque transitus, callesque occultos, in nostrorum fines penetrabant, multaque detrimenta inferabant. Horum præfectorum gerebat Ioannes quidam cognomento Piergeta vir strenuus, atque regionum illarum peritissimus, qui cum in vicis Fonti Rabiae propinquo cum Vasconibus ad mille numero confederasset, indigenes stimulati, partim detrimenis, quæ ab illo acceperant, partim quo d' videbant se à tam paucis contemni, collecta manutriunt millium letis armaturæ peditum, nocte in tempesta illos adorinuntur: & somno visuoque sepultos alios trucidant, alios fundunt, fugantque in Galloriorum castra, que non procul aberant. Domum in quam præfetus diuenterat, cum expugnare longum videretur, incendio corripunt, ipsumque præfectum cum ducentis, qui erant cum eo, comburunt, seque in Fontem Rabiam ad suos recipiunt. Tribus milibus passuum ab oppido aberant Galloriorum castra, nam bombardis, colubrinis, serpentinis, aliisque sulphurariis machinis, propius accedere prohibebantur. Itaque statuerunt ducere fossam decim pedum altitudinis, non rebus, ne oppidanorum telis vulnerari possent, sed flectentes nunc ad dextram, nunc ad sinistram. Id oppidi proficientes, & ipsi propugnacula contra fossam opponunt: constitutisq; non ex loco superiori, sed ex aequofossa que & vallo cum Gallis pugnare, quando loci angustiā non his magis quā illis fueret. Nurorianum quoq; altitudinem de moluntur, perirent ex machinarum concussione facile in ipsorum propugnatorum capita deciderent. Galli per fossam illam tortuosam, vallo & fosse Castelli admotam non tem-

DECADIS PRIMAE.

oppugnabant, quam in medio veluti campo cum oppidanis confligebant. Ex vicis populisque finitimiis confuebat maxima hominum multitudo, qui ex arduis præruptisq; mōtū iugis, in plana descendentes, pugnalcēbant eos, qui trendis castris relinquebantur: pugnatūr utrobicq; à Gallis pro castris, ab Hispanis pro murorum defensione, cadunt ab utraque parte complures. Sed oppidanis crescebat spes, quod lacesisti non referebant pedem. Gallis desperatio, quod cum maxima suorum clade parum detrimenti hostibus inferabant, quodque non poterant obsecisis auxilia, & comatus intercludere propter ea, quod per aestus pelagi naves non poterant prohiberi ad muros accedere. Ipsi è contrario, vicius, omniamque rerum in qua laborarent, quod ad Hispaniarum classe commicatus sibi importari veterantur. Itaque cum dies nouem frustra tumultuarijs pugnis potius quam oppugnationibus consumpsissent, Octagonem redierint: quod oppidum à fonte Rabia millibus passuum viginti abest.

PUGALLORVM REX
à Fonte Rabia suo exercitu pulso,
maiori apparatu obsidio
nem repetit.

C A P. IX.

GALLORVM Rex indignatus tantas cos
pias nihil effecisse, addit milites ducesq; , ads
dit machinas omnium generum, iubet maios
rem commeatus abundantiam comportari, ne
ob tam causam, id quod antea fecerant, ab obsidione desis
steret : imperat ne ab oppugnatione diu, no[n]fluq; cessent, quo
ad negotium conficiatur. Nec minus interea Fonte Rabias
ni redditum verentes hostium, fossas faciunt profundiores,
manuunt vallos, propugnacula disponunt, & strenuissimum
quemq; militem adsciscunt. Reginaque mittit eodem gra
uis armaturae militum tres cohortes, quibus preficit Xens
thum à campo, Ioannem Lezarium, Ioannemq; Salazarū,
Sulphurariamque ingentis magnitudinis machinam, aliaq;
tormentorium genera, machinariosque præfectos, carum re
rum peritisimos. Igitur cum nuntius attulisset, Gallos cū
ingeti rcrum omniū apparatu aduentare, oppidanū magna
spe attolunt animos, neque se intra munitiones continent,
sed machinas & tormenta extra muros disponunt. Rex
igitur utrinque missilibus telis, machinarūq; globis lapi
deis, plumbis, ferreis. Editur utriq; cædes maxima: sed
Gallis multo maior, quod ex aperio pugnabant. Qui vi
dentes suorum coaceruatas cadaucrum strages, castra redu
xerunt ad vicinum illum, in quo diximus Ioannem Purgetā
cum socijs incendio conflagrassc: Is aberat à Fonte Rabia
quatuor ferè millibus passum. Die postero Galli negotium
repelunt, volentes experiri, an possent castra proprius op
pidum mctari. At oppidanū anfractuum, diuerticulorumq;

DECADIS PRIMAE.

Ex tramitem peritiissimi magnam hostium partem circumueniunt, atque extutiori loco, miscranda eæde conficiunt, complicesque cum spolijs machinas ceperunt. Galli ea clade consternati in hesterna se recipiunt castra. Dieque inservienti cautius exercitum mouent, vitantque insidias, perq; fossam illam machinas oppido admovent, casisraq; locant, neque potuerunt ab oppidanis arceri propterea, quod hostium numerus erat multo amplior, et ex latitudine diei hesterni fatigati, statuunt se intra munitiones continere, oppidumque modo tueri, atq; ita per bimestre spacium illi mutos, haec castra, machinis pertundunt, nonnumquam etiam tumultuaris se pugnis laceffiant.

DUX obsidionem continuaat, neque à Lusitanis no lacefstitus desistit: tandem Reginæ suæ suin certamen descendens, ille non sustinet.

C A P . X.

REX interim Zamore non cessat hostes obsessos surgere, atque Metatum alia ex parte blandi cijs pellicere, ut tradat sibi arcem, pollicens nō modo erroris impunitatem, omniumq; honorum dignitaturnq; restitutionem: sed etiam maximorum præmio rwm accessiones. Ex parte alia praconis, et acclamatiois nibus declarabat illum, eosq; qui cum illo sentirent infidelitatis, prodigionis, læseque maiestatis reos. Illi vero con-

tra suorum scelerum conscientia, nihil fidum sibi fore putantes, simul etiam, quod in horas expectabant Lusitanum sibi auxilio venturum, perstabant incepatis, seq; in summa rerum omnium difficultate patientia obdurabant. Videns itaque Rex, tempus longa obfidence teri, iubet machinas validiores, res, aliaq; necessaria futurae oppugnationi comportari. Lusitanus certior factus, ingentis magnitudinis bombardas, ali asq; sulphurarias, ligncasq; machinas Zamoram aduchi, omnesq; copias armari iubet: atq; ipse proficisciit contra, ut illas intercipiat. Exploratum namq; habebat, hostis exercitum non esse tenetum, qui obfitioni continuande, & machinum subsidio posset sufficere. Itaq; alterū ē duobus erat illi necessarium, aut machinas amittere, aut obfitionem soluere.

Cumq; à Zamoranum amplius quatuor millibus passuum distaret, iuvitium accepit, machinas omnes iam in hostium casstrare ceperat. Easpe Lusitanus delusus, multitudo aduceatores, qui dicant Regi se venisse, ut cum illo armis decerneret, medioq; illum campo expectare, nisi mallet sibi regni possessione cedere, seq; in Terraconensem suam cum coniuge recipere. Iuuenes & strenuissimus quisq;, ac bello virilida virtus, eā conditionē oblatā libentissime accipiūt, pugnāq; alacri animo depositant. At Rex Lusitani mādata refert ad p̄ceres, & quod respōsum hosti redderet, exquirit. Atq; imprimis placuit rogare sententiā Comitē Albensem, cuius fides egregia in principes, prudētia singularis, atq; militaris discipline admirabilis quēdā sollertia fuit. Is pro cōsuetudine sua, hac breui oratione est v̄sus. Maluissim ego Clariso

DECADIS PRIMAE.

sime Rex aliorum sententiam hac de re prius audire, quam dicere mean. Sed quando præter ordinem à Celsitudine tua iubetur, paucis pro ingenio meo absoluam, quid ego de presenti negotio sentiam. Si nobis essent duo exercitus, optime Rex, ut altero posset obſidionem hanc continuare, & altero collatis signis cum hoste configere adhuc subdubitarem, an virumque certamen nobis esse subeundum propter ea, quod victoria propemodum parta fortunæ belli committeretur. Nunc vero neque copiæ sunt tantæ, ut virique negotio ſufficient, neque ullo modo ſemel incepta obſidio ſoluenda eſt. Tu Regum Clarissime cinxisti obſidione hanc arcem, que ad hostes deciverat. Lufitanus cunctis artibus nititur obſidionem ſoluere. De hoc eſt inter vos certamen, ut tu perſtes incepitis, ille vero ſuis opem ferat: quod quia non potest recta efficere, aliam aggreditur viam. Laccabit te ad pugnam, quam si admiferis, ille assequitur, quod vult, tu ab incepto defiſis: ille fit voti compos: tu operam & impensam perdiſeris. Neq; eſt quod quis poſſet obſigere, tibi non eſſe animum & vires ad decernendum cum boſte, quando quidem non audes credere te campo Martiq; comitatu. Immo vero tu, o Rex, in medio campo ſtas, hostem que in omnes horas illius arcem obſidens expectas. Quod si tu non inuadis illum, cur ipſe non inuadit te? Iam vero ex disciplina militari ſatis conſtat illum eſſe victorem, qui porſtat in eo, quod ſemel coepit. Tu niteris arcem oppugnare, ille vero arcem opem ferrē: de hoc inter vos mact omnis contentio. Tu igitur vicitor ſi perſtas, ille vicitus, ſi quod

profitetor non efficit. Atq; ut uno verbo sententiam meā colligam, nullo modo censeo ab hac obſidioē ceſſandum, quo ad negotium conficiatur. Eo conſecto, tunc poteris liber ē, quo velis exercitum ducere, atque alias cohortes, que ad intra tercludendos hosti communicatus manūc ſunt in praefidia diſperſate, ut ſe tibi adiungat enocare. Conuenient præterea ex obſidione Burgenſis arcis copiæ, & quas in dies expeditas ab amicis tuis auxiliares, & tunc bene iuvante Deo poteris hosti facultatem pugnandi offerre. In hanc Albensis Comitis ſententiam: quia videbatur tempori accommodatior, omnes pedibus, manibusq; ierūt. Per caducatores vero reſponſum eſt Lufitano, ſic ordi illi erat acie decertare, veniret open ſuis latrūs, & à parte urbis extima experio retur armis, uter exercitus foret superior. Nam Regi ſtatutum eſſe in obſidione perſistere, quoad expugnar etiā arx, pœnaſq; ab ihs, qui illam praefidio tenerent, exigere. Lufitanus videns ſe deluſum ea ſpe qua fuerat egressus, Taurū rediſt, expectans Zamorensis obſidionis euentū, ſimil etiā & copias, quas filius Princeps erat ex Lufitania duclurus.

Complures interea frumentatorū, pabulatorum, lignatorum, explotoriorumq; utriusq; partis occiſationes, atq; pugnatum tumultu rīe fiebant, in quibus nunc hi, nunc illi euadebant superiores, nunc illatis acceptisq; vulneribus mutuacē de confitabantur. Vnum tamen prælium non eſt silentio diſſimulandum, quod ab Hispania duce Aluaro Mendoza, à Lufitania Comite Pinnamacorio commiſſum peractumq; eſt. Nam cum ad intercipiendos hostium communicatus hi à Taur-

DECADIS PRIMAE.

ro, à Zamora illi fuissent progressi, atq; se in medio campo
procul conspexissent, tanta scrocia inimicem irruerant, adeo s;
q; obstinate pugnam ad horas quatuor produxere, ut neq;
iam eminus hastis & missilibus, neq; cominus gladijs &
pugionibus, sed pugnis & lacertis rem gererent neutri al-
teris cedentes, cum ex quingentis vix iam ducenti superess-
sent, qui possent armata tractare. Lusitanis demum fusis fuga-
tisq; Hispani spolijs potiti sunt, ipsumq; hostium Ducem
cum aliquot ex commilitonibus capti, Zamoram victo-
res non incruenti deportarunt. Regina, que eo tempore
Valladoliti erat, cum accepisset Lusitani audaciam, vel pos-
tius temeritatem eò progressam, ut etiam Regem coniu-
gem fecerit ausus ad pugnam provocare, veritatem ea fama
studia populorum erga se alienaret, quod lacefitus ad certa-
men non descenderit, iubet euocari prætorianas cohortes,
& eas, que fuerant sparsæ per diuersa præsidia ad inter-
cludendos hostium commicatus. Cardinalm Hispanum
rogat, ut cum præsentibus copijs ad Regem proficiatur,
ad quem dat literas, ut det operam quemadmodum non in-
termissa obſidione, detur ediuerso hosti pugnandi copia: id
esse magnum momentum afferens, ad retinendos in fide ani-
mos illorum, qui leui opinione ducti hic & illuc impelluntur.
E Gallicia interim Petrus Aluarus Osorius Lemnius
Comes misit cataphactorum equitum cohortem, peditatum
que pulcherrimam ad duo millia hominum belli peritissimo-
rum. Venit præterea Comes à Monte Regio cum altes-
ris copijs ex eadem regione. Instruclis itaq; stationibus,

paratisq; reliquis, que ad præmendam obsidionem videbantur necessaria, placidat ire quesum hostes, qui se in Tauri latibris continebant. Proficisciabantur acies instructæ sine ullis sarcinis, sine impedimentis ullis. Neq; enim ibant ad ludicra feriati, sed expediti ad pugnam. Cumq; iam abscesset exercitus a TAURO duobus ferè passuum milibus, misi sunt caduceatores, qui offrarent hosti pugnandi facultatem. At ille videns se prælio imparem, conditionem oblatam noluit accipere, seq; intra urbis munitiones contigerit, nisi quatenus quidam armaturæ leuis equites urbe cœgressi tumultuarias quasdam pugnas prouidentes inierūt.

Hispianus vero cum per horas quatuor hostem
in medio campo esset opertus, iussit ca-
nere recepiui, seque Zamoram
ad continuandā arcis obſi-
dionem recepit.

DECADIS PRIMAE.
PRIMAE DECADIS LI.

BER QVINTVS, QVOD IOANNES

Princeps ex Lusitania cum exercitu per grandi ad
patrem venit, qui suis atque filij copijs, &
Archiepiscopi cobortibus obsidione
Zamore parat soluere.

Caput Primum.



V S I T A N V S cum videret se Bis
gensi arce, Zamoranaq; ciuitate exclus
sum, atque proinde illorum studia, qui
sibi fuerant autores alienos fines innas
dendi, paulatim ad hostes deficere, eno
cat filium Lusitanie Principem, quem
antea iussit at habere militione delectus imperatq; (vt cum es
xeritu quam maximo posse) ad se venire festineat. Qui
patris iussui obtemperans, coactis ex omni regno equitum,
peditumq; ad viginti hominum armorum millia, quapro
tuit hostem fallere, magnis itineribus Taurum contendit, co
piasq; suas paternis, auxiliariisq; & gregarijs coniunxit.
Auctus itaq; atq; recreatus Lusitanorum recenti exercitu Al
phonsus, putansq; se habere satis virium ad decernendum
acie cum hostibus, anteaquam belli fortunam experiretur,
mittit literas ad partium suorum Duces, atq; imprimis ad
Almarum à Stanica Ducem Placentinum, quem nescibat,
aut se

aut senscire simulabat ad hostes defecisse, nuntians venis-
se sibi ex Lusitania sua filium cum ingentibus copys, velle
que se hostem ex latebris in medium campum elicere, aut si
praelium recusat, auctiori cum obsidione premere, quam ip-
pse arcem obsideret. Sed quo firmiori exercitarem confis-
ceret, rogabat Dux, ut sibi adesset, aut saltem cohortes
suas mutueret. Venisse namque dicebat tēpus, in quo vel
uno conflictu posset hostis profligari, et arx Burgenis cū
reliquis suis ornamenti in suam potestatem redigit. Ad
hanc Lusitanis postulationem, Dux, non pudet, inquit, Regem
vestrum ab eo petere auxilium, quem in summa rerum os-
tinatione difficultate deseruit. Inde querat sibi suppeditas, ubi
non sit cognitum quo patto Burgenis arcis praesidium relis-
querit hosti trucidandum, nisi viatoris clementia praesidiis
rios nostros, ut cunque meritos, scrueassit incolamus. Itaq;
se non agnoscere nunc alios Principes, nisi a quibus accepit
beneficia; neq; alios habere hostes, nisi a quibus accepit tam
tam rei familiaris iacturam. Accepisse autem a Ferdinandis
do Rege, atque ab eius consorte Regina, non modo vita se
curitatem, sed etiam patrimonij sui certam sumitudinem, ab
illo autem venisse sibi complaria detimenta. Quare se il-
lum pro hoste habiturum, si quidem ille hostis est habendus,
qui nobis offert incommoda. In hac verba Lusitani dis-
missus est nuntius. A Marchione Villenate reliquisque vis-
tramontanis mil' copiarum potiat accedere Lusitano pros-
pectiva, quod et ipsi erant eodem bello impliciti cum Regis
& Regiae prefectis. Constituit itaq; cū sno, atq; exercitus

DECADIS PRIMAE.

filiis, cumque auxiliaribus Archiepiscopi cohortibus, nam is
solus cum Lusitano mansit, querere hostem, non qua debuit
via. Nam cum civitas, civitatisq; arx obessa posita sit in ripa
pa Duri, que pertinet ad provinciam Tarraconensem, ipse
de prima nocte exercitum per aduersam ripam secundo flumi
ne adducit. Et postridie a prima luce, cum omnibus copijs ad
pontis caput exercitus hostibus apparuit, contra quod statio
nes opposuit, ne per pontem quisquam ad sua castra posset ac
cedere. Rex cum videt retinendam interposito grandi flumine
ne castram etatum, non poterat perspicere quid sibi vellet il
la castrorum dispositio, aut quid sibi detrimentum a hostibus
emolumenti afferre posset. Nam neque poterat illa arcem ob
fidione liberare, neque suis coniunctis intercludere, sed ne
que cum suo exercitu (etiam si superaret) decertare. Erant tamē
complures ex nostris, qui vellent per ipsas pontes angustias in
Lusitanorum castra etumpere, sed bellis, et tormentis
repellabantur. Consilium autem Lusitanu[m] postea fuisse com
pertum est, quod cum perspiceret se imparem soluende arcis
obsidioni, volebat captare aliquid fauoris exrumore, qui
solet per vulgum spargi. Mittit namque literas ad partium
suorum studiosos, atque etiam ad alieniores, quibus significa
bat se venisse Zamoram, cinxisseque Regem hostem suum
obsidione, quem Deo propicio putabat se tenere conclusum,
quoad capere retrahere, aut se infugam præciperet. Neque so
lum fecit eion rumorem spargi in finibus Hispanie, sed
que Lusitanie, sed et dimisit tabellarios ea de re ad Gallia
rum Regem, ad Italie Principes, ad Imperatorem, ad sions

mum denique Pontificem, quasi posset ex mendacio illo
credulitatemque falsa, quicquam virilatis sibi comparare,
aut verbis & ineni fama, non viribus & armis res foret
decernenda. Ea fama, tancti vana, nonnihil Hispanos
nos mordebat, quod ea ex parte vellet hostis honorem au-
cupari, unde si campi libertas daretur, esset reportatu-
rus malam crucem. Sed id multo aegrius Regina feres-
bat, que per id temporis Tordesellis morabatur. Mittit
itaque Ducem à Villa formesa, & Comitem à Triunio,
cum milienis equitibus, qui teneant praesidio fontem Sabua-
ci, & Alahegios, que oppidula distent à Zamora ex capar-
te qua Lusitanus castra metabatur vicenis millibus passuum,
unde commeatuſ ſoſti intercluderentur. Sed et Lusitanor-
um conditio eo deterior, quod per medianam hyemem erat il-
lis agendum ſub dio, nudaque ſub aetheris exē, noſtris veſ-
ro ex domibus, & diuertiſijs, ſi quando eſſet upus ad pu-
gnan exequidum. Ceptum eſt per quosdam honestos vi-
ros agi de concordia inter duos Principes, conſtitutumque
ut Lusitanus ſecto per noctis tenebras cymba traieceret
flumen ad partem ripe, in qua Hispanorum R ex illum ad cer-
tam horam operiretur. Cūque hora conſtituta feſelliſſet ve-
trung, ſemel atque iterum, ceſſatum eſt ab ea commētatione,
neque defuerunt qui interpretarentur, non ſine ditina quas-
dam prouidentia rem interturbatam. Eratq; alioqui Regi-
nae in animo, quo auerteret mala, que ſolent in bello
contingere, cum Lusitanos decidere ingenti ſumma auris
& argenti: qua & Ioanne Principi dos conſtitueretur, &

L I B E R Q VINTVS.

in Lusitanis exercitus stipendium pars consumeretur. Sed fata aliam quererant viam, qua honorifiscientius & mino-
ri dispendio fieret tanti belli exitus.

DQVOD Lusitanus de mutandis ca-
stris cogitat, petiteque inducias, quo
id commodius agat.

C A P . II.

CVM eo in loco Lusitanus caffo labore quindecim dies consumpsisset, videretq; commicatus ab hostium praefiduis interceptos, quodq; alia ex parte aeris inclementa vexabat suos hibernan-
tes sub dio, statuit mutare castra, seque in Taurum suam in
hibernare recipere. Idq; quo posset commodius exequi, exco-
gitauit huiusmodi commentum. Mittit noctu clam Aluerum
Brigantini Ducis filium, atq; Antonium Nuniuim iuris consil-
tum per celebrem, qui procuratorio nomine constitutus cum
Rege aliquot induciarum dies sub eò prætextu, quod illo
tempore posset agi de concordia inter ipsos Principes, re au-
tem vera, ut sine detimento sui exercitus posset castra re-
linquere, seque ad hospitanota conferre, Qui cymba per
flumen traiecli aduent Regem, mandata exponunt, offerunt,
petuntque certas componendi belli conditiones. Rex defert
negotium ad suum illud angustius, secretiusq; consilium.
Omnibus visum est, neq; iusta, neq; honesta Lusitanum pe-

tere Tunc ventum est ad id, cuius causa venerant, ut dare
 tur tempus, quo posset agi de concordia: constitueruntq; indu
 ciarum dtes quindecim, quibus utriusque possent hinc inde li
 bere commicare, conuictusque ea de re fieri: tum etiam ipsius
 Regine, que tunc aberat, sententiam exquirere. Erant qui
 Regi suaderent concedendas inducias, esseque opus regium
 hosti supplici peitia condonare, cum vel eo ipso se inferiorē
 fateretur. Quod si ea ex causa inducias petebat, ut ex eo
 loco tutius castra moueret, & illud quidcm esse Regi per
 quā honorificum, si quis veniebat suis opem Latus, re infe
 cta rediret. Addebat præterea Lusitanum esse in solo a
 lieno, sibique alioqui infesto: faceretque indies sumpi⁹ ma
 iores, quam sua vestigalia censusque patarentur. Quare
 necesse erat illius nervos indies debilitari, atque aut illi tan
 dem turpiter esse fugiendum in patriam, aut cladem maximā
 accipiendam. At Cardinalis Hispænius, & quibus erat me
 lior sententia menti, nullo modo inducias esse concedendas de
 cernunt, quas non alia ex causa hostis petret, quam ut eo iē
 poris interuallo tuto posset vasa conclamare, impedimenta
 colligere, & cohortes ordine suo circumactas deducere.
 Quod vero altera pars dicebat, esse op⁹ regium supplici po
 stulata hosti concedere, Immo vero inquiunt esse animi de
 generis, atq; dimissi ab hosti temeritate in tanta occasione
 poenas non exigere, qui sit ausus castracastris conferre, nō
 quidem medio in campo iusto exercitu, Marteque communī,
 sed sola fretus loci commoditate, atque dolis, quibus non
 virtus vera, sed simulata fortitudo confidit. Quod ves

DECADIS PRIMAE.

ro illi dicebant, si hostis re infecta discederet, vel eo ipso se inferiorem, victimique fatetur, neque unquam posthac vires resumpturam: immo vero isti subiiciunt, iam hostis assequutus est, quod ab initio concupierat, dissimilare per omnes Hispanias, perque totum nominis Christiani orbem se habere copias, quibus posset intercludere aduersarium, qui tam & si arcem obsideret, ipse armis obsidione permeretur. Qui rumor, & si varus erat, non nihil false opinionis apud homines credidos, rerumque nouorum avidos generabat, qui ex leuibus huiusmodi causis, aut in officio persistant, aut à fide publica decisis sunt. Quare non esse dissimilandam tantam hostis temeritatem, qui penetrat in Regna aliena, metetur castra, & tollat ubi & quando libuerit: atque dolo malo aucepitur honores falsos, unde sit ignominiam reportaturus. Quod si hoc esset in ipsis imperijs nostri limitibus dedecorosum, ne que illo modo tolerandum, quin totis viribus in tanti facinoris visionem iretur. Quid non faciendum est in illo lumen, quem non puduit tumultuaria castra statis, legitimisque castris opponere, non quidem campo explicito, & aperito, & qua oportueret suis inopia Liborantibus operi ferre, sed quasi latro ex insidijs rem gerens occupatis annus gestis, atque medio flumine interiecto ne posset cum illo aequo mane consurgi? Quas ob res iniustissime Princeps suos consulit, quid aduersary sui oratoribus sit respondendum, non modo decernimus iudicias non esse concedendas, qui pro arbitrio suo hoc atque illuc castra mouendo, nos

decludat, sed in eo potitus insistendū, quo pacto temeritatis debitas poenas luat: simul etiā ut qui ex falsis rumoribus ab illo sparsis acceperant, tuas copias ab illius tumultuario exercitu obsecras: cognoscant etiam non impone id ab illo attentatum, atque stultitie sue iusta premia tulisse.

Nam quid opus est, inquit, indicias illi concedere, cui velit nolit castra deserere, seque in latibula sua, siue cedens item, siue fugientem conferre necesse sit? Neque enim diu possunt durare, quibus omnia sunt aduersa, castra in media hæcme sub dio, detrimenta ab hostibus in horas illas tacet, quod omnium est difficillimum, commeatus interclusi, atque proinde rerum omnium penuria. Quod si tibi o clarissime R ex, atque dulcissime comingi animo sedet pro communi uitiate, id quod aduersarius petit, quodq; tuis omnibus non displicet, cum hoste decidere, modo pacis conditiones sint tolerabiles, praescribe illi tempus breve, intra quod negotium transfigatur, catamen lege ne liceat illi interim loco usquam discedere. Quæsententia, quia videbatur conducibilior, cum Regi placisset, iubet secundum eam per Cardinalem Hispanum oratoribus responsum dazi. Quos in secretius, altiusque consilium accitos, in hunc modum est alloquutus. Quod Regis vestri nomine posuit latum est oratores nobilissimi de componenda simultate hac inter Hispanos, Lusitanosque, non omnino displacebat religiosissimis Principibus nostris, neque illorum senas tui prouidentissimo, modo interuenient pacis conditiones honestae, non que paulo ante sunt à vobis exposite,

DECADIS PRIMAE.

Sed quas utriusque pars ratiō exigit. Nam quis non vult
det, quo in statuēs Hispana, atque proīnae Lusitana sit.
Nos num rō plures, atque robore p̄stantiores, arcuū ve-
stram obſidione premimus, cui vos infirmatatis vestra con-
ſchā aperto Marte ſuppetias ferre non audetis: nos domi no-
ſtræ omnibus rōbus abundantes rem gerimus, vos omni cō-
meatus genere deſtituti in ſolo alieno fortunam laceſtitis.

Nos medio in campo expectamus hōſtem, vos veluti ex
arce tumultuarias crupiōnes facitis. Sed hac diſputatio
ne in aliud tempus omissa, Princeps nōſter iubet impreſen-
tiarum hoc breuiter vobis dari reſponſum, Regi v. ſtote
ferendum. Si illius animo ſedet, vt de pacis conditioni-
bus agatur, & ſibi quoque placere dicit, quando tam pro-
pe ſunt, vt internuſij crebro commeare, atq; in horas ſingu-
laſire, & reddire poſſint, conſtituatur brue inducārum
tempus, in quo ne gotum transfigatur. Alioqui, ſi de pa-
cis conditionibus inter eos non conuenient, ſe non permittus-
sunt, vt pro arbitrio ſuo caſtra mutet, bellumque de die in
diem protrahat, quin prius experiatur, & ſentiat uter illo
rum viribus & armis euadat ſuperior. In hec verba
oratores dimiſi, in caſtra redicunt.

¶ Q V O D L uſitanus caſtra mutet, &c.
Hispani abeuntēm perſequuntur.

C A P. III.



OC responso Lusuanus accepto, cernens omnia sibi aduersa, loci importunitatem, indecumentiam temporis, commecatus interclusos, statuit medio noctis silentio castra mouere, seque in Taurum suam recipere, & quia hostium excubitores, Pontisque custodes non longe aberant, imperat omnia clausculam, atque sine ullo strepitu expediri. Itaque premitit calones, lycas, cocos, & aliae exercitus impedimenta. Ipse insisteret, equites, peditesque in suos ordines redigit, ac tempore noctis antelucano castra deserit, impedimentaque Taurum versus subsequitur. At vigiles, excubitoresque sub primam lucem castra viris, equis, & iumentis vacua cernentes, Regi nuntiant hostes abiisse. Qui extemplo imperat omnes armari, atque per Pontis angustias, qua maxima possum celeritate, in aduersa fluminis parte consistere, atque expeditare, quoad dispositis ordinibus hostem insiquatur. Obstabant crumpere volentibus, non modo Pontis angustiae, sed & vallum, fossaeque, & aliæ munitiones, tum castris, tum etiam Potti nostris praetente. Obstabat etiam ipsa crux volentium festinatio, qui quo magis properant, eò magis retardantur. Alij tam longas moras non passi, per flumen lapides obijces euadunt, aut flumen tranant, aut scauphis, & lintribus traicunt, tanta erat cum hoste congregendi libido: sed non potuit fieri, quin intanta difficultate traxerit bona pars diei laboretur. Et quia, ut quisque prior eruperat, ita hostem insequebatur, atque aqmine incomposito procedebat, mittit Rex Laobum à Castris Cœcilius cum

DECADIS PRIMAE.

bis centum equitibus, qui praeuertant, immorenaturque temere
incedentium profecionem, ipse interim cohortes ordi-
nari iubet, atque imprimis praetoriam instrui ex contubero-
nalibus, & regis amicis purpuratis, ac familiaribus, quis
bus adiungit copias auxiliares, quas à Gallia Comes Les-
mnius, quas Salmantica, Ulmetum, Methymna, Vallados
litum: ataphratis equis, atque equitibus insignes misserant.
Hunc praefecit Enriquus Enriquez regiae domus Econo-
mum maximum. Instrui quoque imperat sex alias cohori-
tes, quas ad dextram praetoriae ordinie suo disponit. Pris-
mam ductabat Aluarus Mendoza, quem Rex & Regina
super Castri cognomento Xerrich Comitem crearant, hanc
quoque sequebantur duo questores maxi mi Gutterius Car-
denius, & Rodericus Villoa. Alteram cohortem duce-
bant patruel es duo Alphon sus Fonseca Episcopus Abilens-
sis, & Alphon sus item Fonseca, cuius oppida erant Cauca
& Alabegij. Tertiam, Petrus Guzmanus. Quartam
Bernardus Francis. Quintam, Petrus Verascus. Sexo-
tam Vascus Viuarius Gonsalui Salmanticensis Episcopi
frater, viri nobiles, strenui, atque rei militaris periti. Ad
cohortis praetoriae sinistram Cardinalis Hispanus pri-
mam cohortem ducebat. Alteram, Garsias Albiorum
ad Tormin fluvium Dux. Tertiam, Enriquus Enriquez
Albensium ad Alistem Comes. Quartam, Garsias Osos-
rius, qui nepotis sui Marchionis Afluvicensis copias eques-
stres, pedestresque ad id bellum duxerat. Inter haec duo
cornua slopetarios, sagittatores, hastatos, velites, omnime-

que peditatum collocait, atque sicut totum exercitum feruatis ordinibus iubet procedere, quoad ventum est ad angustias, qua media regione inter Taurum, Zamoramque, hoc est, decem millibus passuum, vtrinque sitae sunt. Has clinorum arduitas flaminis à dextra incumbentium, atque à leua ipsius fluminis impetus facit, cum alioqui pars agrorum finitima ripæ plana sit, latioresque vias admittat. Et quia positis tuis sumus ante oculos inter potentissimos Reges duos primum illam memorabilem, ex qua victor regiandi auctoritate erat reportatorus, non importune locus, ubi tanta res geritur, impræsentiarum est a nobis explicandus, cum præsertim a nobilissimi historiarum scriptoribus huiusmodi locorum descriptio non solam particularis, utrius etiam totius regionis nunquam sit prætermissa.

34Q VOD NVMANTIA RE
non est ea, que vulgo dicuntur Zamora,
sed Soria, aut vicus in
agro illius.

C A P. I I I.

DO S T exactam studiorum meorianas ratios nem, cum primum in Hispaniam ex Italiates, offendit opinionem disseminatam non modo inter homines omnium bonarum artium signatos, verum etiam inter peritos, atque inuestigande anquiritatis

DECADIS PRIMAE.

ariosos, qui dicerent, affectueratq; si ultitiam suam defendes-
rent, Numantiam illam nobilem, qua per annos viginti Ro-
manorum duces non solum sustinuit, sed plures fregit, pro-
fligavitq; eam esse, quæ sit nostræ tempestate Zamora. Non
diaratione ducti, quam quod vulgus incertum, & Neotri-
ci quidam scriptores hoc dicunt, & quod antiquissimi cosmo-
graphi, & historici scribunt Numantiam ad Dorianum flumē
esse suam. Sed si perconteris, qui sunt autores illi, quos
isti sue perniciacie testes citant, obiciunt nescio quem Lucā
Tydensem, & Fratrem quēdam Aegidium Zamoratum,
atque alios eiusdem classis viros obscuros, quos ego nunz
quam legi, neque me non legisse pudet. Atque, ut nos
autoritate regia perterrefaciant, affirunt Historiam genes-
alem, quæ sit ab Alphonso huius nominis decimo Hispania-
rum Rege per quam illustri, aut illius iussu concinnata. Sed
quante sit autoritatis imperita multitudo: alijs quoq; in res-
bus experimento cotidie discimus. Nam quod ad nouos
attinet scriptores, ego non magis illorum dictis credam,
quam illorum, qui meras fabulas fingunt, aut a groti veter-
is imitantur somnia. Quod vero de Alphonsi affirmt
historia, nemo reperiretur hodie, qui operis illius pas-
trocinium susciperet. Sed quid opus est in rem tam manifes-
ta verbis contendere? Stant contra probatissimorum au-
torum testimonia, qui manifeste ostendunt, neque sub vlla
dubitacione relinquunt, quid hac de re tenere debeamus, ato-
que huius artis princeps Ptolemeus, qui Dory fontes ad oc-
casum solis vergere facit, si ad Numantiae situm comparren-

tior, non sit Zamora illis occidentalior, atque per longitudinem distet à Numantia partibus quatuor, quibus in Parallelo, qui declinat ab æquinoctiali partibus duabus, & quadraginta, in quo sit e sunt Numantia, & Zamora, respondent circiter bisecentum milliæ passuum, que distantia nunc prope modum reperitur inter Zamoram, & Numantiam, quam nos Sorianam interpretamus, vel Garraipotius in agro Soriano, vicum antiqui adhuc Pontis vestigia seruantem. Est & diaratio breuiter demonstrans Numantiam non eam esse, que sit hodie Zamora ex Strabone, qui Numantiam facit octingentis stadijs, hoc est, centum millibus passuum à Cesarea Augustadistare, & Antonini Pij itinerario duobus & nonaginta millibus, hoc est, octo minus. Atqui Zamora, inquit, ad Dорium sita est, ad quod omnes de Numantia dicunt, esto, sed non ex eo colligitur eandem esse urbem, cum alia complura oppida idem flumen præterfluat, ad dextram Septimanas, Turdefellas, Taurum, & de qua nunc agimus Zamoram, quod vel ex eo nouum esse putamus, quod neque Goithorum temporibus, sed neque Romanorum usquam Zamoræ si mentio, nisi forte, quod alijs compluribus operis accidit, in Oclum, Dorum succedit. Sed ut eo, unde digressi sumus, tandem redeamus, qui Hispaniam in tres provincias diuisere, per Dорium annem Lusitaniam à Tarraconensi distinguunt, atque ita, ut fluvius ab oriu solis ad occasum incedens Lusitaniam ad levam, ad dextram vero Tarraconensem relinquat, in qua posita est Zamora, numero turque in eis populos, quos antiqui vocabant Vaccos, has

DECADIS PRIMAE.

à Vectonibus Lusitanie populis Dorius annis distemperat, atque utroque per Pontem, de quo dictum est, ad comititia peragenda coniungit. Cumque Lusitanorum statua Tauri residerent, atque Zamoranae arcis obsidio ex eisdem fluminis parte fieret, oportuit illum, qui suis laborantibus opem ferre volebat secundo flumine, atque eadem ripa exercitum ducere. Sed quia se, vel militum numero, vel robore, vel utroque hostibus impar em putabat, Taurinum Pontem traiecit, & quod ad dextram fluminis ripam faciendum erat, in leuam traslatum est.

¶ D E L I B E R A T V R A ¶
nostris utrum in castra sit redeundum,
an potius hostis Taurum usq;
prosequendus.

C A P . V .

VM itaque ventum esset in fauces illas, in duas paulo ante diximus coarctari viam, que a Zamora Taurum ducit, quia non admittibat amplius quam binos, aut ternos milites substitutus exercitus, atque inse congregari cœpit. Regique numerum est hostes iam coprogressos, ut prius se possent in Taurum suam recipere, quam nostros angustias illas evadere. Iubet itaque vocari proceres, cohortumq; prefectos, & quid pro tempore locoq; faciendum sit, exquirit. Quibusdā

videbatur redeundum esse in castra, et diversoria nota,
 quoniam ante quam tantus exercitus successus traxeret, iam
 foret nox, in qua nihil aliud ageretur. quam suos frumenta ves-
 sare, et viros, equosq; fame, sibiq; confessos periculo ex-
 ponere. Nam quod ad vulgi opinionem attinet, nemo fu-
 turus erat, qui non diceret, et Lusitanum fugisse, et Hispa-
 num eo v/q; persequuntur, quoad illum in latrinas suas occul-
 taret. Ad huc Cardinalis, nō dum inquit) satis liquet Rex
 clarissime, hostis ne fugiat, an agmine composito proficien-
 tur, quoniam adhuc neq; exercitus noster vidi hostē, neq; ille
 nos: nō decrit, qui dicat, neq; hostes fugatos, neq; nostros
 fuisse ausos abeuntes prosequi. Liceat itaq; mihi per tuam Cel-
 situdinem angustias illas euadere cum paucis equitibus, ut col-
 le hoc superato, possum libere de hostiū copys iudicare, atq;
 inde ea de re meā sententiam dicere. Alioquin non assim
 decernere fugiantur hostes, an potius leti, exultantesq; se in
 tabernacula sua recipiant. Assensus est Rex Cardinalis senten-
 tie, bortaturq; illū, vt id quod decreuerat, exequeretur. At
 ille Petru Guzmanū cū parte cohortis, quā duclabat, accīrē
 fubet, cliuūq; fanciū illarum superat, ad verticēq; mōtis per
 venit, vnde Lusitanorū copias estimare posset quam facilis
 mē. Videt omnia per suos ordines incedere, nihil turbulen-
 tum, nihil temerarium, nihil deniq; perturbatum fieri. Igitur
 ad Regem redit. Quae viderit, exponit: atq; sententiam
 suam pr̄eter aliorum opinionē dicit. Vidi, inquit, iniurias
 me Rex, atque misericordias contemplatus sum, Lusitanorum
 acies ordinatas incedere, magisq; expectare insequentes, quā

DECADIS PRIMAE.

fugere. An non Lusitanorum superbia, verbaque magnificas sunt omnibus nota? Pudet certe magna loquitos cedere, atque timidissimo cuique aliquando redit in præcordia virius. Estque credibile & roque similium Lusitanum animo extimare quantum subiturus su dedecus, si hostem fugiat, quem ultra ad certamen lacerferit. Idque nunc agit pedentim incedens, ut possit aliquando dicere, se non fuisse, sed medio in campo expectasse hostem, cum praesertim nemo fugientem possit vere appellari ab eo, quem non videt. Quod si hoc ex loco nostra copiae domum redierint, antequam hostem videant, atque ab hoste videantur: res linquetur in dubio apud absentes, eosque, qui in ascituri sunt, vicer vestrum ex hoc die victoriam reportauerit. Quid est quod ante hac ex militibus nostris strenuissimus quisque illos unum diem sibi dari optabat, in quo decerneretur questio illa inter Hispanos, Lusitanosque diu agitata, utri forent viribus animisque praestantiores. Quod si nunc in tua occasione subtrahantur a pugna, refrigescet profecto ardor ille, virtusque in exercitata languabit. Atqui dicet quispiam, si citra etiorem victoria ex hostibus comparari potest, quid opus est acies in pugnam committere? Immo vero Rex optime, si bodie in fortunam prælii non descendis: bellum hoc de die in diem protrahetur, neque unquam tuto in Hispania solus regnabis. Nunquam Cæsar imperium orbis obtinuerit, si non cum Pompeio conflixisset, nunquam Augustus cum Monarchiam si non cum Antonio. Atque ut est in fabulis, Cælum suo scriri tonanti, Non nisi eorum potuit

potuit post bella Gigantum. Sed ut vetera illa omit-
tamus, non hoc in Hispania nostra experimento saepe didicis-
mus. Si loonnes ficer tuus non cum patre patruis que tuis
ad Vlmetum conflixisset: neque regnasset utique postea se-
curus: neque Enriquis coniugis tue frater regnum illud suū
qualecumq; continuasset: si non cum Alphonso germano itz
fratre in eodem loco fortunam quoque belli fuisset exercitus.
Quid igitur reliquum est clarissime R. ex, nisi ut bene ius
us ante Deo, tuisque auspicijs hostem regni alieni affectatorē
inuadas: ex quo, sine fugerit trophaeum, sine expectauerit,
triumphum hanc dubitan sis hodie reportaturus?

Q V E M A D M O D V M exercitus
utraq; se parat ad pugnam.

CAP. VI.



T Q V I R ex cui non minus erat curae salus
& vita suorum, quam rei bene gerenda & vos-
luntas, visus est aliquantulum Cardinalis senti-
tentiae assentiri. Sed cum cerneret suorum o-
mnium alacritatem, atque animi præstantiam, clamoresque da-
ri sibi hostem depositum: iubet exercitum angustias il-
las evadere, atque rursus in suam ordinem redigi. Vos
catisque ducibus cobortiamq; præfectis, admonet illos, ut
magno animo sint, meminerintque verborum, quæ coti-
dic in aula iactabant, quoties de Lusitano autem arrogantia,

DECADIS PRIMÆ.

temeritateque sermo exoriebatur, iubet deinde illos ad suā
quemque prouinciam bonis anibus ire: atque, ut rem bene
gerant, hortatur. Illi in suam quisque cohortem profecti,
quid cuique faciendum sit docet: atque ita etatis fauibus eos
dem in ordine, quo prius steterant, consistunt, deinde agni
natim hostem subsequuntur. Lusitanus cum intellexisset
Hispanos aduentare, reputans secum quantum dedecus esset
in fuga, potiusque pulcherrimam mortem esse obcundam,
quam turpe aliqd committendum, iubet stare acies, atque
in hostem conuerti, & collatis signis cum illo dimicare.
Policebat illi magnam victorie spem, quod equitum nu
mero erat superior, atque hunc in modum disponit exercis
tum. Cohortem prætoriam constituit ex amicis, & fami
liaribus, atque auditis purpuratis: ac præterea ex Hispanis
viros quosdam non obscuros, qui sub illo stipendia faciebāt,
quibus addit Comitem Pharium, qui & ipse turmam equi
tam ex suis adduxerat: his omnibus præfecit Pereirancos
hortium prætorianarum ducem. Huius ad laeum erat co
hors, quam Ioannes Regis filius, idemque Lusitanorum
princeps ducebat: in hac erat robur toti exercitus firmissi
num. Hanc sequebatur Eborensis Episcopi cohors, qui
bus duabus accedebat ingens slopetarum, & sagittatorum
numeris, atque diversoru generum tormenta, & machinæ
caris impositæ. Ad dextram cohortis regiae erat Pharij
Comitis manus ex suis, atque fratrī Guimaranī Comitis
militibus structa: hanc sequebatur Archiepiscopi Toletani
cohors, post quon' ville Regie, montisque Sacri Comitum

cohortes due. Peditus omnis quatuor in partes distributus non procul à pratoriana cohorte ad fluminis ripam dispositus erat. Tunc Rex acciri iubet duces, primoresq; exercitus, quos in hanc sententiam dicitur alloquari. Quo in statu res nostrae sint commilitones videtis, venit dies, in quo decernetur questio illa inueterata inter vos, aduersariosque vestros: utri sint armis, animisque potiores. Sus-
mus numero non pauciores, superamus equitatu, habemus cau[m] pugnandi iustiorem, decertandum est cum illis, quo-
rum maiores à maioribus nostris sunt ad Aliubarotam su-
perati. Neque obsterit, quod illi intra patriam, nos ex-
torres: illi omnibus rebus abundantes: nos omni commilito
destituti sumus. Necessestas haec debet facere vos ad pug-
nam alacriores, et rabie concitatos in hostem ire precipi-
tes, ut post victoriam bonis illorum iuste fruanur, quis-
bus nunc illi iniuste abutuntur. Sic animati Duces à Re-
ge discedunt, suos quisque horitatur, ut forti magnoque fine
animo. Que præmia vñctores manent, aut que vñctos
detrimenta sequantur, illis ante oculos ponunt. In hunc iugis-
tor modum exercitus utriusque cohortes militari gradu
contra se inuicem tendunt, quoad ventum est ad spaciū,
vnde à ferentarijs res agi posset.

D E pugna inter Hispanos Lusitas
nosque ad Taurum.

N 4

DECADIS PRIMAE.

CAP. VII.



INTERIM Alphonsus Fonseca, quem diximus ad Regis Hispani dextram secundas cohortis præfectum, petit à Rege dari sibi primas certaminis incundi partes, idem petit Alvarus Mendoza, idem alij eiusdem ordinis, quibus erat incurendum in Lusitanorum principis aciem. Quibus Rex, immo simul omnes inquit, inuadite: cuius agmen vis deo equitatu peditatuque consertissimum. Sex igitur illæ cohortes quas diximus, ad Hispani dextram positas, signo virinque tubarion dato, in Lusitani principis, atque Eboren sis Episcopi cohortes signis collatis incorunt, sed magna pars tormentorum globis, stropetarumque glandibus excessiva, aut cecidit, aut ictibus saucia ex pugna discedit. Alij cum in hostium robur firmissimum incidissent, facile pulsi sunt, seque partim ad cohortem prætoriam, partim ad cornus sinistri cohortes repperunt. Igitur cornu nostrorum dextro fuso, fugatoq; in sinistro, quod erat ad fluminis ripâ, meliori cunctu pugnatum est. Nam cohortes prætoriacum eiusdem cornus reliquis cohortibus, hostem sublato clamore inuadit, editus hinc, atque illinc magna strages: pugnation est ad tres horas nusquam inclinante victoria. Sed fortuna tandem coepit aspirare nostris, atque hostem cedere cogit, quem neque pudor retinere, neque persequentiam illata cædes, neq; princeps suus integro adhuc exercitu ad pugnam revocare. Itaque fusi pallantesque alij alia via Taurum petabant, alij scilicet in sumen præcipites dabant, mortemq;

timore mortis oppetebant, quorion cadavera secundo annis
 deuencta, postridie eius diei cum armis, spolijsque visa sunt.
 Illud pro certo compertum est, ex Lusitanis multo plures flu-
 mine absorptos, quam ferro caesos occubuisse. Lusitanus
 cum fusas, fugatasq; cerneret copias suas, hostemque fugien-
 tibus instare, neque subsidij quicquam à filios superuenire: ne
 in aduersæ partis armatos incidenteret, viam, que Taso un-
 ducbat, declidans cum paucis, dubia iam luce ad Casitrum
 Inui tendit, ubi ab arcis præside suarum partium fautore ex-
 cipitur, magnificeque tractatur. Captum est Lusitani ves-
 xillum, cuius erat insigne vultus, sed Petri Verasci, & Pe-
 tri Vaccæ ignavia, quibus traditum est, ut asseretur, ab
 hostibus postea est receptum. Vnde non sine causa inter
 Hispanos Lusitanosque in hunc usque diem disceptatur: eas-
 ptum ne fuerit, an non, vexillum illud regium. Illud certe
 inter virosque satis constat, signiferum ipsum in prælio com-
 prehensione, Zamoramque deuenatum, armisque spoliatum:
 que Regis et Regine iussu in Hispanorum Regnum condi-
 torio, quod est Toleti in maximo dictu Mariae tēplo, usq;
 in huic diem suspensa cernuntur. Capta sunt & alia quo-
 que octo signa, & cum Antesignano complures aliq; viri no-
 biles. Eorum, qui ex alterutra parte desiderati sunt: non
 potuit certus numerus colligi: fuisse autem caesos multo plus
 res, quam toto huius belli tempore nemo unquam dubitau-
 it. Ex nostris unus tantum captus est Enriquus Enris-
 quez Albensum ad Lissim Comes, qui putans se non deces-
 rendum à suis, diu persequendis fugientes ardor fecerit, ad

DECADIS PRIMAE.

Taurini pontis caput extreius usque progressus est. Vbi circumspiciens, an se quisquam ex suis sequeretur, à Lusitanis est comprehensus: Taurumque perductus. Atqui Lufitanorum Princeps cernens patris copias fusas, profligatasque, contrahit suam cohortem, atque locum editiorem occupat, ut fugientibus subfidiū præstet. Et quamquam (nocte iam aduentate, dubiaque luce) supererat animus quibusdam ex nostris Ducibus, cohortem illam iuvadendi, non potuerunt in ordinem redigere equites, peditesque per omnem campum sparsos, partim in hostibus persequendis, partim in cadaveribus occisoriori spoliandis: instabatq; noct, in quanhil insigne agi poterat, cum præsertim in horas pluvias increbresceret. Tum Hispanus cum intelligeret in campo nihil iam hostile, nihil infestum, sed victoriam penes suos manere, iubet receptui canere, atque relictis Cardinale, atque Albanorum Duce, qui campum colligerent, ipse per noctis tenebras, pluviaque urgente, ad inceptam obsidionem redire properat. Erat namque suspicio Lusitanum per alteram fluminis ripam: copiarum partem posuisse præmittere, que stationes rariis custodibus munitas distinxerant, & obsecbris cum commicatu recentes armatos immittere.

34 QVID LUSITANIC
fugati fecerint Tauri,
Rege suo amissio.

QUO tempore Lusitanus acies ducebat eo cō³ silio, de quo in superioribus dictum est, reliquit Tauri Guimaranorū Ducem cum prēsidio, ne interim oppidanī ad hostem deficrent. Qui videntis Lusitanos suos fusos, fugatosque, inertes, cesos, mutilatis membris truncos, atque interrogatos quo modo se Lusitanorum R̄ex haberet, aut ubi esset, nihil certi respondere, suspicatus proditionis aliquid ab Hispanis subesse, inbet portas obstrui, muros, turresque prāsidio firmari, ne cum Lusitanis Hispanos quoque intra munitiones admittentes ret. Toletanus pr̄esul, & qui sub illo militabant Hispani, & qui ex pr̄elio fugerant Lusitani, Dicent orabantur de R̄ege suo benemcritos excluderet, simul etiam à pers̄quentibus imminere periculum dicitabant, si non intra mania reciprentur. Vulneratique imprimis ad cælum usque clamores tollebant, crudelitatem in se à suis exprobabant. At Lusitanus Princeps posteaquam ex suis, quos potuit, in suam cohortem recipit, Taurum repetit, & intra muros admissus Archiepiscopum deducit secum, atque alios omnes in suum quemque diuersorum excipi iubet.

Qui posteaquam partem suorum numero absesse compertit: ut erat ingenti animo, vix dissimulat Regis amissum, premitque altum corde dolorem. Sed quod magis illum torquebat, erat pr̄esulis Toletani fides suspecta, atque aliorum Hispanorum, qui in partibus suis merebantur. Nam que potest miserior esse conditio, quam illos,

DECADIS PRIMAE.

rum, qui neque amicis audent confidere & iubet itaque vulneratos curari, fessos recreari, moestos bene sperare, atque in dubia fortunam deficiant, fortior. At non Guimaraenus Dux, cui fuerat à Rege custodia urbis credita, potest se continere, quin omnibus manifesta doloris signa depromat, prorumpit in lachrymas, pulsat pectus, comam vellit, vestes dilacerat, atque in quoscunque obuios deserti Regis inuidiam concitat. O degeneres, inquit, & ingrati, beneficiorumq; immemores. Vbi est Dux vester? Vbi Rex? Vbi Dominus? Vbi speciem? Vbi Lusitanæ reip. columnæ? Non potuistis seruare unum, in quo salus omniū continebatur, vitaq; omnium sita erat? Non pudet vos venire, postq; Ducem vestrum desertum, proditumq; hominum conspectum intueri? Ab apibus saltans condiscere des- buistis obseruare Regem, quæ ductorem circumstant suum fremitu denso, stipantque frequentes, & sepe attollunt bumeris, & corpora bello obiectant, pulchramque petunt per vulnera mortem. At non hec illa sunt, quæ in pace quondam pollicebamini in Regis aula frequentes & officiosi, sed nunc in pælio ignavi, & desertores. Itaque non solum facti estis lese maiestatis rei, sed etiam amicitiae legem violastiis: quæ iubet amicos in aduersis, antea quam vocentur, adesse, in prosperis non nisi vocatos. Hæc & busimodio moestus, ac lugubris Dux iactitabat. Illi vero præ pudore, scelerisq; admisæ conscientia, nihil respondebant: sed fortunam suam lamentabantur, quæ illos tali in tempore obsecravit. Sed Hispanos, atque imprimitis præsulem Tos-

Ictanum non tam res male gesta, damnaq; in prælio accepta
 cruciabant: quam quod relicta potioricauſa, pro trāffugis ab
 omnibus habebantur, & quod ab ijs, in quorum partibus es-
 tant, ſuſpecta fides haberetur. Dum hæc Tauri peraguntur,
 Lufitanus apud hofpitem ſuum varijs ſermonibus nocte
 producit, quid de filio, quid de cohortium p̄fectis, quid de
 tanto exercitu ſit actum ignarus: & quamquam animi dolos
 rem vultu diſſimulabat, ſtupor tamen illi omnem abſtulit
 menem, quippe qui non ſtatim ſuos fecerit certiores, quo
 illum pugnae tempeſtas appulerit. Sed iam primo diluculo
 rēſpiciens, omnibus de rebus dat literas ad filium perferen-
 das, quas deinde ſubſequitur ipſe, ſeque ſuis expectatiū redi-
 dit. Hispanus interim exercitum victorem laudat, gratulan-
 tibus ſe hilarem, benignumq; exhibet, atq; Reginæ literas
 tantæ victorie nuntias mittit, que Tiro deſellis eo tempore
 morabat, belli euentum expectans. Supplicationes itaque
 ſolennesq; pompas decernit: pudinaria in templi ſubſterni.
 Ipsi nudis pedibus ex aula regia ad eadem usque diu
 Pauli extra muros progreditur, laudans, & magnificans
 Deum, atq; gratias agens pro bonis in ſe, conſortemq; ſuū,
 omnemq; exercitum collatis beneficijs.

ZAMORANA arx capitul. Magiftr

à Calatrava, & Vrenatium Comes à Lufi-

tano deſcificant, à quo Toletanus diſcedit.

CAP. IX.

DECADIS PRIMAE.

INTEREA Rex imperat obsidionem arcta-
ri, stationes & machinas arcis admoventi, ut que
se ad oppugnationem parant, uoce preconis edi-
cit. Quod Alphonsus Valentinus arcis praefec-
tus cum videret à Lusitano nihil auxiliū amplius expectan-
dum, quippe quem accepserat in aciem profigatum, agit per
Cardinalem, cui erat consanguinitate propinquus, ut pristinis
erroribus sibi condonatis, in obsequium, famulicium
que Regium restitueretur: dicebat velle se, omniaque sua
vite, necisque arbitrio regiae maiestatis dedere. Cardi-
nalis propinquus misericordia commotus, excusare apud Regem
etatis levitatem, omnem culpam in Ioannem Porrium
illius socerum conferre: spondere pro illo fidelem deins
ceps operam, perpetuanq; in Reges Hispanorum obserua-
tiā. Annuit Rex Antiflitis tam bene de se meriti pres-
cibus, condonat adolescenti reatum, omnia bonare restituit, ero-
cem recipit, in quam Lusitanus preciosas vestes, aurum, ar-
gentum, & pulcherrima queque domus ornamenta congesse
rat. Erant qui à Rege peterent illa omnia spolijs nomine
in manubias redigenda, unde resarcirentur damna in eo bel-
lo à multis accepta. At Rex neque sibi quicquam inde ac-
cepit, neque alijs habendum sibi permisit, sed omnia fide
summa Lusitano reddi iubet. Accepta arce validiorique
præsidio, commeatuque missa, Methymnam ad Campum
proficiuntur, quō se venturam ad certam diem ex Turdesel-
lis Reginā constituerat. Comestabilis interea non minus
apud Regem, & Reginam laborat de reconciliandis obsec-

quio regio duobus egregijs fratribus, altero à Calatrava Ci
sterciensis militie magistro, altero Comite Vrenati, quos
Villenatum Marchio patriæ natu maior ad Lusitani par
tes illexerat, et quod cito rem conficeret, deponet Comiti
filiam, atq; à Principibus impunitatem erratorum pollicetur.

Principes vero nostri tam et si intelligebant ex igno
scendi facilitate, quantum mali sequeretur, reputantes tamen
si duos iuvenes etate florentes, armis instructos, opibus co
pios ab aduersario subtraherent, sibique obsequentes rea
derent, magnum fore momentum in utrunque partem, et
suas angendi vires et hostiles debilitandi, Comestabilis
precibus acquiescunt, errata condonant, illosque deinceps suo
rum numero esse iubent. Toletanus quoque Archiepisco
pus cum fieret cotidie certior omnia, que ad ipsum præsu
latus ratione pertinebant, non impediti, atq; oppida munici
pia, castella, et arces partim a circumstantibus præsidij ve
xari, partim deficere, aut de defectione cogitare, petit à Lusi
tanis cōmeatum facultatemq; ad suos abeundi, antea quam no
ni quicquam molirentur. Petit præterea turmam equitum,
que illam comitetur, quoad se ad suos reciperet. Id cum
Hispano Regi compertum esset: mittit Petrum Marriquam
Comitem à Trinilio cum sua, cohortisq; prætorianæ parte,
qui illū persequeretur, præbensunq; ad ciuiam perduceret.

Sed ille antea se Complutum, quod erat sue ditionis oppis
dum, recepit, quam comes cum consequi potuisset: ea itaque
frustratus fuit, ad Regem Reginamq; redit. Inter illos, qui
Lusitani partibus fauabant, erat Attencie arcis preses, natura

DECADIS PRIMAE.

bominumq; labore munitissimæ, qui non contentus regij sue
et galibus, quos ex Salinis optima percipiebat, finitimos pos-
pulabatur agros, atq; in remotores quosq; excursiones facie-
bat. Erat præterea terra illius indigena Garsias quidam
Bravus ordinis equestris vir acer, et strenuus. Is agit cum
fanulo quodam præsidis, ut quanocte sortiretur vigiliam,
ex muro demitteret funem, per quem scalæ sursum attolles-
rentur: quod cum ex voto processisset, scandit primus omni-
um Garsias ipse, tum ali centum instructi armis, quos ad ne-
gotium peragendum duxerat: comprehensisque præside, vs-
xore, omniq; familia potitus est optimis spolijs, quibus pro-
pter insignem viri operam in arce recuperanda, à Rege, at
que Regina donatus est: estimata sunt spolia centum milli-
bus ducalium aurorum. Idem Bravus paucis postea diebus
oppugnat Camarenam, opidulum id erat, quo se recipiebat
Ioannes quidam Touarius famosus alter latrunculus, atque
viam grassator insignis, qui et ipsi Lusitani partes ses-
quebantur. Quibus duobus monstris emedio sublati, pax
regionibus illis restituta est.

DUISITANVS redit in regnum
suum, petiuntur inde Galliae Re-
gem: et que Madriti
gesta sunt.

CAP. X.


 VSITANVS cum videret se acie superat-
 tum, amissis duabus arcibus, quibus plurimam
 fidebat Burgensi, ac Zamorana debilem, &
 ab his, qui fuerint autores tanti belli inchoandae
 desertionem, suorum quoq; partium factores indies minui,
 quid consilij caperet ignarus, huc atq; illuc metis aciem ver-
 tebat. Pudebat illam redditus in patriam, quam iturus ad
 bellum peregrinum pecunias exhanserat. Tuerpe putabat
 venire in conditiones, quas victor hostis proponebat.
 Vires suas impares iam prelio expertus erat. Pecuniae unde
 novum exercitum conduceret, aut stipendiapresenti sols
 ueret, non suppeditabant. Placuit tandem ab externis genti-
 bus auxilium petere. Sed unde peteret nisi ab eo, cum quo
 nuper foedus inierat, & qui pro Ruscinonis Comitatu repre-
 tendo, iam bis nostros bello lacepsierat? Sed antea quam in
 Galliam profici sceretur, statuit Lusitaniam suam repetere,
 unde facilius, tutiusq; natigare posset. Itaq; partem copias
 rum per arces, castella, & munitiones, que adhuc pro se in
 officio perstabant, in praesidiarias cohortes distribuit, partic-
 seciam in patriam reducit. Et quia interim Ioannes ille Ulloa,
 qui sibi Taurum urbem cum arce ad futuri belli usum trans-
 dicerat, diem suum obicrat, Mariabivariorum Comitem in
 urbe cum validiori praesidio relinquunt. Praesidiorumque
 praefectis edicit, ut quam diu ipse abesset, hostium agros po-
 pulentur, ferro & igni omnia vastent, seque brevi ex Gal-
 lia cum auxiliaribus copijs venturam pollicetur. Erant co-
 tempore Madriti, quod oppidum nos Carpatorum Manz-

DECADIS PRIMAE.

quam interpretamur, erant, inquam, duæ factio[n]es, quorum alterius caput erat Ioannes Zapata vir, qui inter indigenas nobilis, & factiosus Marchionem Villenatem sequebatur: qui non modo arcem, verum etiam totum oppidum firmissimo presidio tenebat, cui præfecit Rodericu[m] Castanetum Cifontani Comitis fratrem, pulsisque alterius factio[n]is principibus propterea, quod Regis & Reginæ partes tuebantur, soli Marchionar[i] oppidum habitabant. Nam plebs sequitur fortunam, ut semper, & odit presentem statum, & concupiscit nouum. Erat pulsæ factio[n]is caput Petrus Nunius à Toledo equestris ordinis vir. Is agit cum clien[tibus], & amicis, quos in oppido habebat quam plurimos, quemadmodum intra moenia recipere tur[er]et, si maiores copias, quam essent presidiarie, conducebat. Communicat rem cū Petro Ario, atque iterque cum Duce Infantatus omnibus visa est res digna, in quam omnes intendant nervos, putantes se in eo singulari[er]em operam non solum Regi, & Reginæ, sed etiam universæ Hispanæ reipub. nauaturos. Dux Reginam consulit, quid sibi in tali negotio faciendum esset. At illa, ut ad rem conficiendam totis viribus insuffiat, non modo hortatur, verum etiam atque etiam rogat, obtestaturque. Mittit præterea ex cohorte prætoria tres cataphractiorum equitum turmas, cum suis quamque præficiis, Iacobo ab Aquila, Ioanne à Roboribus, Ioanne item à Turribus: quibus imperat, ut Ducis iussa facessant, atque omnibus in rebus illi obtinuerent. Dux igitur alias copys à Regina missis, simul etiam cum Petro Nu-

nio, ex Petro Ario, qui et ipsi magno poterant esse adiutorio, cum omnibus sua domus granis, et leuis armatus re militibus rem aggreditur. Id cum Marchionis prefectus sensisset, neque enim tantus belli apparatus lateri posuit, fugat ex oppido, quos suspicabatur partis aduersae fautores: plebem in partes regias proclivem minis terret, muros: portasque oppidi praesidio validiori firmat, subsidios milites opportunitibus in locis disponit. Atqui Dux ea spe frustratus in oppidi suburbio metatur, oppidum arctissima obsidione cingit, commicat⁹ intercludit, ut quos non potuit viribus expugnare, caperet fame. Lubet pretereacumulos agere ad portam, qui itur Guadalataram, cui praefidebat Petrus Aiala ex ordine equestri divi Iacobi commendatarius, qui suspicatus id quod erat, portae munitiones cum mari parte suffosas iam lignis inciambere, atq; supposito igni non magno negotio ruuitaras, ne hostis irrumpens oppidum diriperet, atque factio extorris, que inter obfessorum merebat, in aduersae factionis partes acris sentiret, coepit agere cum Duce de tradendo oppido certis conditionib⁹, quibus precipue de oppidanorum indemnitate canebatur, illorum maxime, quibus cum erat inimicitiae ex inueterato factionis aduersae odio. Duce igitur cum suo exercitu intra muros recepto, Marchionis prefectus cum omni praesidio se in arcem recipit commicatu, armis, tormentisq; munitissimam. Sed nihil secus illa Dux arctiori obsidione permit. Musculosque duplices à parte arcis extima ducit, atq; viris, armis, machinisq; munit, ut nō modo quisquam ins-

DECADIS PRIMAE.

gredi, aut egredi non posset, verum etiam si grandior exercitus dum de veniret, auxilio nihil obsefis usui esse posset.
Alterum quoque murum duxit per arcem, que est inter ar-
cem, oppidanorumque domos intermisso quibusdam aditibus,
per quos tum multuarus pugnis se inuacem lacerarent. Ibi ce-
cidit Iacobus ab Aquila, unus ex tribus illis Ducibus, quem
diximus ad hoc bellum misisse Reginam. Ceciderunt et
alii complures viri nobiles, et obscuri, tam ex obsefis, quam
ex obsefforibus. Ex munitionibus preterea, quas in agro
Madritano insederant Ioannes ille Zapata, et Petrus a Cor-
duba, cotidie fiebant excusiones, incendia, cedes, popula-
tionesque pecundum, et armentorum, usque ad oppida, loca
suburbana, quoad profectum est a Duce, ut certis in locis
equitum praefidia disponerentur, quia trunculos il-
los paucim exaltantes in latebras suas co-
gerent se recipere, atque hunc in mos-
sum obficio in duos menses
protracta est.

PRIMAE

PRIMAE DECADIS LI.

BER SEXTVS, MATRICALI

*panhispianion celebratur, ubi coepit
est d^e societate, quam fraternis
tatcm vocant cōstituens
da agi.*

Caput Primum.



V M hec Madriti geruntur, cuius
ria, hoc est, Rex, & Regin^a sena
tusq^{ue}, regius Matricali citra mons
tes in vallonibus oppido celebri
erat. Ibi quoq^{ue} panhispianion, id
est, omnium ciuitatum, municipio
rumq^{ue} Hispanie conuentus ageba
tur, ciuias in numero multitudinis
indigenae appellant, in quibus cum aliæ res complures decre
ta sunt, tum vel maxime quod Elisabe iunior uno omniū
consensu declarata est Hispaniarum Princeps atq^{ue} hæres, re
gnorumq^{ue} successrix, quod et iure iurando sanxerunt ciuita
tum municipiorumque procuratores, si modo proles virilis
Regi, & Regin^a non contigisset. Coepit est agi præte
rade fraternitatibus, ita Hispani vocati populorum inter
se societas ad hoc potissimum institutas, ut latrociniis, & des
que in vijs publicis, & agris perpetrate vindicarentur,

DECADIS PRIMAE.

quæ mala, in urbes quoq; et municipia, vicesq; tyramorū
arcibus subiectos adeo scrupabant, ut domi forisq; nihil es-
set tutum, sed ubiq; terror, ubiq; pavor, et plurima mortis
imago, eaq; misericordia deuentum est, ut grassantibus sce-
leratis hominibus, nemo iam esset vir bonus, et pie, iusteque
viciendi cupidus, qui pro recuperanda libertate libentif-
fime dimidium fortunam suarum non pacisceretur. Idq;
cum omnes vellent, omnes cuperent, deg; nullare alia fre-
quentius alter ad alterum loqueretur, quam de inueniendo ta-
tis malis aliquoremedio, nemo tamen erat, qui negotium as-
sumeret, atq; rem tan desperatam aggredieretur, et morbo
tam pernicioſo medicamentum aliquod inueniret. Prim⁹
omnium quasi signum aliquod ad bene de Hispanarcp fpe-
randum substulit Alphonsus Quintanilla equestris ordinis
vir nobilis, ingeniosus, accr, et vehemens: idemq; fisci ratio-
numq; regiarum questor maximus. Hic ortus ex asturis
bus montanis facile ostendit, summos viros in obscura quo-
q; patria plerumque nasci: a contrario ignobiles in patria
illustri. Et quo maior tanta rei peragenda accederet auto-
ritas, assumit sibi socium Ioannem Ortegam. Ambo re-
gem, reginamq; conueniunt: quo in statu res Hispana sit, co-
memorant: quod in tanta rerum omnium perturbatione des-
beat, et possit fieri, demonstrant: hoc bonos omnes, hoc in co-
mune populos exposcere: nil aliud deesse, quam regiam facil-
tatem, ut bene inuente deo negotium perageretur. Placuit
iustissimis principibus opportunus sermo: ad rem exequenda
hortantur: autoritatem suam omnibus in rebus decers

nendis pollicentur. At illi oppidorum procuratores aderunt:
 mala que sustineant impreuentiarum, queque in futurum
 expectent, ante illorum oculos ponunt: ex negligentia quot
 pericula impendeant, atq; edituero ex prouidentia quot bos-
 na sequantur, identidem petunt. Sed quia de tantare cons-
 fulendi erant y, quorum procuratorio nomine res agebant:
 placuit constitui dictum, et locum, in quibus haec disputanda es-
 sent. Locum in quem vndeque confluenter placuit esse Do-
 nias, quo postea quam ad constitutum tempus conuenient, et
 ptumque esset de re, cuius causa venerabatur, disceptari, alij aliud
 sentiebant: altercationibusque tempus consumebant frustre, et
 contentio illa cō tandem est decubita, ut omnes in eo iam es-
 sent articulo, ut quisque ad suos re infecta rediret. Quorum
 dissensionem cum Alphonsus Quintanilla sensisset, videns
 omnes suos conatus cessisse frustra, ne quid inexpertum res
 linqueret, hac aut non nullum dissimilioratione, illos in con-
 cionem vocatos aggressus est.

DALPHONSI Quintanilla concio,
 pro incunda Hispano-
 rum sociitate.

CAP. II.

Si quisquam ex vous est viri Hispani, qui mis-
 rectur: cur ego qui neque ingenio, nec doctrina,
 neque multa rerum experientia praeditus desum
 prescribam mibi, vel potius arroganter hoc dicendi
 O ij

DECADIS PRIMAE.

menus, dicit finet profecto mirari, cum vita mea rationes, institutaq; ab invenientia mea puericia suscepta cognouerit. Ego viri optimi, cum stolidissimum omne tempus meum in aula regia consumere, atq; sive equalium meorum inuidia, obsequiis meum infeliciissimo Regi primum, ac deinde inuictissimis his Principibus meis præstutissim, nuncquam destituti cogitare, si qua in re Hispanis meis accommodus esse possem. Habeo huius animi mei testes, cum alios quam plurimos, tum maxime ex vestro numero non paucos, qui ex me sape audierunt partim publice in huiusmodi loci verba facientes, partim priuatae in sermone familiari, quam me hic status reip. non delectaret, in quo bonorum nulla, aut certe per quim exigua ratio haberetur, Malorum vero passim grassetur impunitas. Neq; id quidem Principum nostrorum virtus, quibus nihil iustius, nihil indulgentius, nihil humanius excoegerari potest: sed temporum culpa, que non finiuit illos animaduertere in facinorosos: atque pro dignitate bonos premijs afficere, et quod ad commutatiuum pertinet iustitiam, ius suum cuique tribuere. Itaq; cum nuper ego cum hoc collega meo honestissimo viro revulsius ad illos de sermonibus, quos de inuidia inter Hispanos societate Matricili habere coepimus, per quam omnia in meliorem statum reformati possent, incredibile dictu est, quanta sint voluptate affecti, quanta gestierint laetitia, quantanobis diligentia, studio, et cura commendarint, ut vobiscum de tanto, tamque inopinato bono agcremus operam omuem, atque autoritatem suam polliciti, si quibus in rebus opus esset. Sed ad

rem, cuius causa huc venistis redeamus, negotium est, quod non modo animos vestros à sumo excitare, verum etiam ad facinorosorum hominum vltionem inflammare debeat.

Agitur de priuatis facultatibus vestris, quas in agris, in passionibus, in mercaturis, in vestris domib[us] habetis, quarum bona pars pactio[n]e, aut vi ab his latronibus intercipitur.

Agitur de amicorum oppressione, de filiorum integritate, de filiiatum pudicitia, de uxorum castitate, de clientium vestrorum incoluntate. Agitur de fisco, regisq[ue] vectigalibus, quae si non fide summa, & sine fraude exigantur, necesse est per capita sive censum vestram distribui omnia, quae ad illorum sumptus necessaria sunt. Agitur de vestra omnium securitate, quin neque per noctem domo egredi, neque per diem extra urbium munitio[n]es prodiere eudetis.

Agitur de pietate, de religione, deque omni cultu divino, quem videmus in dies refrigerari, atque indubitatum tensdere interitum. Quid igitur reliquum est viri Hispani, nisi ut bonis aib[us] incautus societas, qua tot nobis calamitates propulsatur a sit, totque commoditates paritura, qua dasbit vitam cum tranquillitate iucundam, restituet virtutes, que nos Deo, atque proinde hominibus faciant beniroslos, que nos ira, atque proinde libidine superatis duabus animi pestibus ingenitis reddant nobis ipsis amicos. Et quoniam satis demonstratum est, hanc societatem sive illam libertet fraternitatem appellare, debere fieri, super est, ut ostendamus, an possum fieri, & an nobis quidem fieri, ac praterea facile & an nobis fieri. Nam de impossibilitus, aut simili-

DECADIS PRIMAE.

pliciter, aut à nobis fieri, quia in potestate nostra non sunt,
nemo deliberat per se, neque alios in cōsultationem admittit.

Quod autem id, de quo est presens consultatio, posset fieri, & à nobis quidem fieri, & facile fieri notius est: quam
quod demonstrari debeat. Suppetunt namque pecunie,
neque deest plerisque omnibus conferendi voluntas: abun-
damus viris, armisque, neque opus est aliunde illa accerses
. &c. Habemus autoritatem principum, qui nostris incce-
ptis furent. Habetis causam potiorēm, hec est, iustam
contrainiquos, quietis amatorum contra seditiones multos,
& fortes viros contra paucos, & ex scelerum conscientia
pauidos. Hoc experti sumus in ipso statim initio, quo in-
stissimi nostri principes regnare coeperunt: cum iassissent in
huiusmodi homines acriter animaduertendum id, quod est
Segonie gestum. Mirum dictu, uno atque altero ad suis
penitentiis adacto, repente omnes alij ausugero, neque usquam
decinde visi sunt. Qui status in huic usque diem perman-
sisset, si non Lusitanorum illa tempestas quietem nostram in-
terpellasset. Nam quid ego de societatibus illis dicam, que
sub Enrico R. ege fuerint institute, cum onines via latrun-
eulis, & grassatoribus essent obsecrati: cum viatores agmina-
tire, ac nec sic quidem iter facere auderent? nonne ad primā
præconis vocem subito latuerunt? Duravit certe mos ille,
quo ad ipsi administrī suis legibus abusi sunt, atque dicionis
sue termino transgressi. Ex quo necesse fuit ab Enrico
societas illas dissolvi quod certe nobis accidere non potest,
quibus non est alia cura, quam in crapaçare, latrocinia, fur-
ta, homicidia coercere, ac præterea nihil. Erunt fortasse

nonnulli, qui huic scutentia me obfistant, dicantque non posse iis de rebus facile conuentus fieri extan longinquis regi nibus: aut si fiant, in conferendis stipitus non fore concordes. Erunt praeterea, qui dicant huiusmodi societas, non possediucōsistere. qd' in alijs quoq; huiusmodi societibus facilitatim, sumus experti. Et quos interim a quo iure cogerimus venire, aut illi, in quos fuerit acrius vindicatum, reddentur multo peiores, quam antea fuerint.

Immo vero si opus fuerit non magna erit difficultas semel, aut bis in anno, per provincias certis in locis conuentus, aut nundinas fieri, quemadmodum pastores menstruas faciunt, quas vocant mestas, atq; etiam nunc annas, que sunt solenniores. Illi prae tantum pecuaria hoc faciunt, nos pro omni substantia nostra, pro vita, pro libertate, pro religione non faciemus. Nam quod ad stipium collationem attinet, nemo est, qui parvo ære mercari nolit, quod aliqui sit omni patrimonio redimendum. Nemo est, qui cum hac de re sian loquuntur, qui non gestat, qui non pruriat, qui non percupiat, undecumque de promere, eruscere, extricare, quod sit tanto operi erogandum. Quod vero nonnulli timent, ne, si aliquando disoluantur iste societates, acrius insurgant arcum praesides in subiectos populos, in quos ante hac exercebant iniurias dominationem, qui receptabant laudones, qui facinorosos tuebantur: Quis potius si nos intra dictioris nostræ terminos continuemus, si nos nobis met ipsis non defuerimus, si considerimus leges, quibus sacrum hoc collegium

DECADIS PRIMAE.

santiar, non modo non diſſoluetur, ſed manebit, & eternum
que ducabit, quandiu pefſimahominum ſegeſtaborietur.

An inter ciuitatis regiae incolas Tadabriencisq; potuit per
annos quam plurimos permanere, qualifcatione que illa fraterio
nitas ab hominibus obscuris instituta, que tot commoditates
per omnem regionem illam graſſatoribus refertam attulit,
& vos Hispani, proceres illos faleem imitantes, non facie
tis in toto, quod illi fecerunt in parte? Expercimini
aliquando viri Hispani, & a maioribus vestris ingentis aſ
nimos concipite: quam iuſtam habeatis cauſam, recognitate:
cum quo boſtium genere vobis res gerenda eſt, intelligi
te: in facinororum hominum uitiationem insurgite: pro
quibus meritis non ſolum in hac vita mercedem optimam
laborum vestrorum conſequemini, ſed etiam in beatorum
numero veftra nomina transcribentur.

HISPA NORVM societatis le
ges, legumq; executores
conſtituantur.

CAP. III.



O S T E A quam dicendi finem Quintanilla
fecit, vihi ſunt omnes prope modum illius or
rationi, atque ſententiae acquiescere, poſtulas
tūq; eſt una omniū voce, ut conderetur leges,

quibus sacra societas illas a circuere, atque stipis conferenda statucreta modus, & militum numerus, qui decreta ex eis querentur. Sed ne in ias regium contributio illa aeternū cedere, cautum est, ut esset temporaria, duraretq; in aeternū, Summa consilij ad principes devoluta est, & ab illis ad secretius illud Angustumque senatum, quores Hispana gubernatur. Principio quod ad condendas leges pertinebat, data est facultas optimis quibusdam viris ex ordine equitati, atque utriusque iuris agendarumq; rerum peritis, numerus militum decretus bis mille equites, per classes vero stipibus distribuendis, praefecti sunt viri boni suorum rerum frugales, alieniam vero abstinentissimi. Constitutum est præterea collegium ex bonis, prudentibusque viaris, quos Hispani consuere deputatos appellare. His presidere voluerunt Lupum Riparium Carthaginem Episcopum. Nemo unquam à principio putauit societas tem illam tandem permansuram, siue quod in primo illo triētio putabant à viarum latrocinijs, graffationibusque posse Hispaniam purgari, siue quod populi grauatae ferrent tantas fieri exactiones, siue quod antiquarum societatum exemplo, aliqua ex leui causa hæc quoque posset dissolui. Constituta itaque sunt ab initio tumultuarie quedam leges, quippe quas putabant non longo tempore duratas, sed qualescumque illæ fuerint, nihilominus confirmatae sunt, additūq; robur, regiaq; autoritas, cum esset civitas Matricali Anno salutis sexto & septuagesimo supra millesimum quadringentesimum. Cionq; postea ex triennio in triennium & deinceps

DECADIS PRIMAE.

ceps, societas illa propagaretur, & ex negotiorum varie
tate cotidie novi casus emergerent, opus quoque fuit novo
principum remedio. Fuerunt autem casus, in quibus so
cietas illa iuris dicendi, exequendique iudicij facultatem ha
beret, quinque. *Primus* in illos, qui furtum, aut latrocis
nium, aut mortem, vulnusq; aut vim aliquam in loco des
serto intulissent. *Secundus* in eos, qui illa eadem facinoz
rosa in populo commisissent, perpetratoq; scelere solum uer
tissent, in fugamq; se proripuisserent. *Tertius* in eos, qui
aut forae effringerent, aut domorum porticas effoderent,
aut incendia valuis apponorent, aut scalis admotis dietas
noctu confronderent. *Quartus* in eos, qui stuprum in cui
usq; etatis, aut sexus, aut conditionis hominem inferrent.

Quintus in eos, qui iuris, iudicij, executores impedis
serent, quo minus rem demandatam exequerentur. Con
stituuntque, ut in omnibus ciuitatibus, oppidis, municipijs,
castellis, vicisque grandioribus, bini pedanei iudices quo
tam scirentur, & executor unus, qui haberent facili
tatem iudicandi, determinandi, absoluendi, condemnandi,
sententiamq; exequendi in ijs, dum taxat, casibus quinque.

Si quid autem praeter hos quinque casus legibus expres
sos emerfisset, de quo merito dubitari posset, ad societatem
ne illam, an ad ordinarios rectorendum ejus, placuit rem in
tegram ad ipsos principes deferri, ex quorum arbitrio ea
de re, aut nouae leges conderentur, aut si videretur iuri co
muni definiendum, relinquarent. His itaque ordinatis or
dinariis ciuitates, oppida, populique sanctam & salubrem ilz

Iam fraternitatem inierunt, præter quam illi, qui dominos priuatos habebant, veriti ne inde sibi exactiones geminas exigerentur: alteras, quas priuatis dominis dependerent.

Quæ res cum ad Comestabilem Hispanie delata esset, non modo non renuit, sed vltro illos, qui dominationi suæ subditi erant, hortatus est, ne tam villem, iustum honestamque societatem recusarent. Huius exemplum reliquæ omnes Hispanie proceres sequuti sunt, neq; sequitos fuisse postea paenituit.

DE CANTAPETRA REGIS

¶ Reginæ iussu obsessa, Deque
Beneuentari Comitis
liberatione.

Caput. IIII.



O S T victoriam partam ex a pugna, qua in agro Taurino Dory fluminis pugnatum est, Lusitani partes paulatim defluere, Res quisque, ac Reginæ procedere in melius coepit. Amisse namq; munitiones, que pro Lusitano steterant, ad Hispanos principes accrescebant: & i, quibus autoribus ille tantum negotium inchoaverat, partim suis difficultatib⁹ impliciti, partim fortunā sequuti victoris, auxilia præmissa non mittebat. Solitusq; Taurus cum paucis adiacentibus castellis, & oppidulis in fide permanxit,

DECADIS PRIMAE.

inter quae fuerunt Castrū Inui, Septem ecclesiæ, Cantapetra, vnde Lusitani excursiones crebras in agros finitos faciebant. Quas, vt compescerent, vijum est principibus nostris Cantapetram in primis debere obsideri, propriea quod ex captu facilior videbatur, et ad res d. inceps gerendas locus opportunitior, et quod impræsentiarum latrones, graffatoresq; plura nocturna quam aliunde inferebant, non solum in vicos, agrosq; finitos Salmanticensium, Methymnatum, Matricalensium, sed etiam in longinquor a loca, excursiones, populationes crebras facientes. Erat oppidum illud non ingenio loci, quippe quod erat in pianicie sistum non arte, nec hominum cura munitum, cuiusmodi sunt episcopia, hoc est, episcoporum prædia, quorun vjus frumentus non perpetuus, sed temporarius est, et cum illorum vita terminatur, nec tam futuris prospiciunt, quam præsentibus utuntur, rurunturq;. Hoc tamen Lusitanus quanta posuit diligentia munivit, atque aggere, vallo, fossaque præcipiti, et cuniculis rectis, transuersisq;, et murorum causis in expugnabile reddidit, ex equitib⁹, peditibusq; addidit stres nullusq; quemq; quibus præfecit Alfonso Petridem Viuarium, pars tremutatis, et audacie virum, At nos ster ballistas, tormenta sulphuraria, machinasq; co compo- tar i iubet, stationes a tergo, et a fronte munitas disponit, militesq; per illas distribuit, præfectosq; accommodat, quid cuique sit agendum præcipit. Cōtra Castrum inui, septemq; ecclesias certis in locis præsidiadisponit: ad compescendas latronum excursiones per agros: ne pabulatorum, lignatorumq;

ac frumentatorum ministeria interciperent, & quia necesse erat Regem ipsum Panibis paruo, quod Matricali agebatur interesse, obsidionis curam Dux a villa Formosa fratri Noto, & Comiti a Triunio commendat. ipse itq; redditq; viā, toties quoties vitrobiq; illius praesentia opus erat. Nulo lum in tereat tempus otio dabatur, quin stationari milites stationes muris promouerent, machinae ijt tormentis moenia qua terent, strop tarij glandibus, arcuarij sagittis, fustibulari j la pidibus obsecros laecesserent. At illi contra eruptionibus crebris non cessant ex improviso securos impetere, tumulos tuarissq; pugnus medio in campo cum illis decertare. Editur utrinq; cædes maxima, sed in Lusitanos proportione multo maior, quia ex paucis numeris minuebatur, qui suppleri non poterat, nisi auxilia mitterentur. Scribunt itaq; ad Regem suum, quo in statu res sit, certior em faciunt nisi super plementum cobortibus reficiendis mittat, non posse ductus obsidionem substineri, neq; fieri, quin se aut victori dedant, aut ferro, fameq; mors oppetenda sit. At Lusitanus res censitis copys, quas habebat imminutas, tum suorum abitu, qui desiderio domus sine commeatu in patriam redierunt, tum morbis ex laboribus, viciq; maligno, tum quod ex auxiliarijs nemo apud cum remanserat: cum non auderet ad soluendam obsidionem recta profici sci, ad alias artes se conctulit, exercitum statuit in Salmantensem agrum ducere, vi eos igni ferroque vastare eo consilio, vi nosfer intermissa obsidione, suis laborantibus opem ferret, & obsecris reppis randi locum daret, & ad commeatus, aliaq; necessaria imo.

DECADIS PRIMAE.

portanda, & ad permutandos bene valentibus & grotos,
vegetis, integrisq; fessos, atque vulneribus confectos.
Erat, qui Regi diceret, huiusmodi populationibus insistere,
non esse opus regium, sed latronum, grassatorumq;. Illud
vero magnificum, generosum, atq; ingentis animi opus,
suis laborantibus opitulari, in summis periculis positos me
dia ex morte recipere. Quod si non suppeterant vires,
ut cum hoste signis collatis decertare posset, vastationem
illam vicorum, agrorumq; populationem honestius, putisq;
per praefectos fieri posse dicebat. Erat, qui suadet, ut ad
Gallorū Regis pacta, promissaq; recurreret, quādo incli-
natis rebus, ac propemodū perditis, nō erat vnde subsidiū
mai⁹, certiusq; sperari posset. Alij eōtra, levitati Gallicenō
multū esse fidendū, cum praesertim quo tempore fœdus il-
lud initum fuerat, Lusitanis rebus fortuna aspirare videba-
tur, que nunc aduersa refragaretur. His sententijs Lusitanus
nus incertus quid faceret, pergit, ut id executeretur, quod
ab initio constituerat: in agrumq; Salmantensem dicit es-
ercitū. Quod ubi noster comperit, cum parte exercitus co-
mitem à Triunio mittit, qui Lusitani conatibus aduersator,
seq; cum Salmantensibus iungat. Id cum Lusitanus ex inter-
ceptis exploratoribus accepisset, simul etiam & Hispanū,
cui non erat par, comitem subsequi, reputans secum non esse
ē dignitate regia cum comite pugnare, neq; prudentis eius
superiore configere, coepit se paulatim in Taurion suam,
hoc est, in latebras notas recipere. Sed ne suos intanto pe-
riculo desereret, coepit cū victore de permutandis captiuis

agere, ut ipse Bencuentanum Comitem data fide absoluere
ret, oppidaq; & castella, q; sequestro data erant redderet,
nostrum Comitem Pinnamancrum liberum ex vinculis abi-
re iuberet, obsidionemq; Cantapetræ tolleret ea lege, ut
præsidarij milites anno ab armis cessarent, id quod Pharij
comitis interuentu peractum est. Bencuentano comiti in dā
ni accepti compensationem à Rege & Regina aurocorum
ducalium millia decem dono data, Clunie quoq; ciuitatis,
cū portu iam pridē illi facta donatio, rursum confirmata est,
imperatumq; arcis præfidi, ut illam comiti traderet. At op-
pidani, tametsi seditionibus intestinis erant discordes, ad
hoc vnu facta conſpiratione arcem in Comitis potestate po-
ſitam videntes, seq; à regali corona alienatos, pro cōmuni
libertate acriter insurgunt, arcem obſident, terra, mariq;
oppugnant. Ceterum comes ex familiaribus, cognatisq; &
amicis, ac gregarijs militibus cohortes parat, quas in auxi-
lium obſeffis mittat. Oppidanī vero ex instanti periculo
facti acriores, obſidionē premunt stationes a terra, mariq;
muniunt: diu, noctuq; obſeffis negotium facessunt. Comes
deniq; cum in eo, quod semel intenderat, nihil proficeret,
ſe frustratus, cum oleum perdiſſet, & impensam, ab ins-
cepto defiſſit. At ciues magnacum sua ex Comitis scribi-
tute in perpetuum ſe libertatem vendicarunt.

DE profectione Regis ad Patrem, degs
Fontis Rabidi obſidione ab eodem
Rege obiter ſoluta.

DECADIS PRIMAE.

C A P. V.



V M hæc apud Vectones in Hispania geruntur superiori, Ioannes Tarraconensium Rex, cuius nostri Ferdinandi pater, per literas saepe cum mandatis filium pellexerat, ut cum sibi per instantium negotiorum intermissionem liceret, veniret ad se commentatus de rebus, que ad utriusque commoda, res gnuq; gubernationem pertincent. Erant eo tempore Rex et Regina Valladoliti. Sed Rex ut patris voluntati obsequeretur, in Tarraconense regnum proficisciatur. Regina vero Turdesellas cum presenti exercitu, ut se Lusitanis conatibus, si quid interea moliretur, opponeret. Per idem quoque tempus Gallorum Rex Fontem Rabidum obsideri iusserat, atque in Bardulos finitimos vicorum direptiones agrorumque populationes fieri. Cuius rei accepto nuntio Rex noster, postea quam patris desiderio satisfecerat, et rebus, propter quas venerat, ordinatis, ad Cantabrorum urbem, Victoria non uenit, atque ex Asturibus, Bardulis, Cantabris, Vasconibus, superiorisque Hispaniae populis, ad quinque quaginta peditum millia diversorum generum armaturæ cœgit: omnique hoc belli apparatu ad Fontis Rabidi observationem proficisciatur. Iam Galli de aduentu Regis cum exercitu intellexerant, Regemq; suum quid illis faciendum esset, consulerant, illisque responderat, ut cederent temporis, seq; Ocasione reciperen, ibique hibernarent, vere proximo eandem

eandem obsidionē redintegrati nec secus, atque sunt iussi, faciunt. Noster vero de Gallorum abitu factus certior, & ipse quoque suas copias dimittit. Vtrosque Bardulos, Montanosque populos lustrat, imperio suo legibusque obsequentes laudat, in criminosos animaduertit, totaque provinciam pacetam relinquit, atq; ad res inchoatas Regināq; rediens, controuerfias procerum ex regno Mauriae obiter componit. Nam erant ex illis, qui Pompeiopolim urbē totius regni Metropolim, aliaq; oppida, & castella vellent illitradere, atque se ipsos, omnesq; fortunas suas illius fidei permittere. Quod Rex aduersatus renuit, Pheeboq; ex sorore suanepoti adiudicauit. Inter Lermatcm comitem, Petrumq; Peraltanum similitates composuit, & cum aeternam pacem non posset, induciast temporias indixit. Cardinalis interea pontificalis officij partes esse ratus operam suam interponere, literas cum mandatis ad Gallorum Regem mittit. Hispanorum, Gallorumq; antiquam societatem, amicitiamq; commemorat. Bardulorum officia in Gallos, inimicitias in Britanos ex professo narrat, in quos nunc sœuire, armasq; inferre iubeat in illorum fauorem, qui quondam fuerint illi hostes accerrimi. Rogat, immo obsecrat, obtestaturq; ut à tantarei indignitate se abstineat, neque vellit amicos veteres inimicis permittare. Nam, quod ad Ruscinonis comitatum pertinebat, non erat tanti, ut tam inueterata societas solueretur: cū præsertim, si quid fractum, aut dissipatum erat, facile posset refici, ac resarciri, si ad viriisq; regni collimitium mitterentur utrinq; viri bo-

DECADIS PRIMAE.

ni, & sapientes, quorum arbitratu & sententia lites, contentionesque sedarentur. Per eundem Cardinalis familiare Gallorum R ex rescribit, non displicere sibi redditus in gratiam cum principibus Hispanis, si conditionibus aquis negotiorum transigeretur, & Lusitani quoque, qui se illi commendarunt, ratio haberetur. Ad perficiendam rem incohata vltro citroque internuncius commeat, remeaturque, quoad ventu est ad illud, ut in annu inducie constitueretur, quo te pote dissensiōes inter Hispanorū, Gallorūq; Reges trāsigrentur, ex qua transactione totus Lusitani conatus pēdebat.

PAR I ETINVS Comes Vclesium
capit, arcem obsidet, ac deinde in
dacionem accipit.

C A P V T . VI .



V O tempore in Hispania superiori à Regno nostro hæc gerebantur, Dux infantatus in Carpetania Madriti arcem, que adhuc pro Marchione stabat, iussu principian obsidione cingebat. Comes Parietinus, qui, vt sepe dictum est, diuī Iacobi Magistrum militiæ se profitebatur: Vclesium oppidum illius ordinis alterum caput, proficisciuit: oppidoque potitus arcis præsidem hortatur, quandoratione Magistratus ad se pertineret, tam sibi traderet, & cum sepe antea precibus, blandicijs & pollicitationibus nihil profecisset,

minis agere caput: & nisi pareat, se arcem obfessurum,
neque quietorum, quoad illam expugnet, peccasque ab
illo exacturum, quas proditiones solent pendere. At
præses vir constans, fortisque nibilo magis quam ans-
team mouetur, arceq; armis & omni cōmeatu genere munit,
seq; ad oēm belli fortunā aptat. Ceterū Magister hominis
pertinaciā cernens, arcem obfidit, perque bimestre spaciū
obfessos eo angustiarum redigit, vt iam & ad ægrotan-
tium medicamenta, & ad vulneratorum remedia omnia,
quibus erat opus, deficerent. Quo in statu sitres, Mar-
chionem præses certiorem facit, & nisi quam primum
suppetias ferat, nullam esse moram, quin qualicunque con-
ditione faciat deditioem. Erat eo tempore Marchio
Compluti cum Archiepiscopo Toletano, cuius utriusque
idem erat sensus de re communi. Qui videntes ex illo
la arcis cum oppidulo amissione, quam magnum detri-
mentum sequeretur ad impendentis, ac futuri belli op-
portunitatem, simul etiam quod Lupus Vascus Archies-
piscopi frater, atque eiusdem factionis perquam studio-
sus, qui præsidio tenebat Optum ciuitatem finitimam, redi-
debaratur infirmior, ex familiaribus, & amicis, propin-
quisque & alios eiusdem sc̄le participes cogunt grauis
& leuis armaturæ equitum ad tria millia, qui numerus
multo superabat obfessores. Non potuit Magistrum las-
ter tantus belli apparatus, qui contra se fieret. Rem ad
commendarios, cohortiumque præfectos, ac primarios
viros refert, que sit corū sententia, exquirit. Omnibus vi-

DECADIS PRIMAE.

sum tempori esse cedendum, neque expectandum, ut tanta
spes fortunae belli committatur: posse namque alio tempore
re obsidio illa commodius repeti, & tutius continuari.

At Magister, ut erat natura ingenti animo, & ex magni
tudine rerum, quas gesserat, magnam sui fiduciam habens:
fretus quoque meliori causa, & cui non dubitabat diuum Ia-
cobum, cuius tesseram, bellique insignia gerebat: propicium
fautorēs fore, obfirmat animum, cōmilitonibusque respon-
dit se velle in obsidione perstare: vitamque, si opus sit, pro-
laude, atque maiorum suorum dignitate pacisci. Cum vi-
dissent illum commilitones animotam obstinatio, ut neque
passum ab incepto retrocedere vellet, alacres operi se ac-
cingunt: fossas murorum crudeliant, aggeres, vallosque eri-
gunt: propugnaculis mœnum, pinnisque pluteos appendunt.
Stationes vero crebras vallo, fossaque munitas contra arcē
disponunt, & fortissimo quoq; milite cōplent. Nisiquā pu-
tarat Archiepiscopus & Marchio Magistrū tantas copias
expectari. Sed cū ad oppidi muros accessissent, stolpetas
rū glādibus, scorpionūq; sagittis repulsi: per extraria arcis
portā, posticūq; admisi, in statioes agmine facto irriserūt.
Pugnatum est utrinque vehementer ab ortu solis ad occasum.
Cadebant ex utraque parte multi, sed à Marchionis
& Archiepiscopi multo pliores: propterea quod iniquitas
loci hos impeditbat, illos vero adiuuabat: & quia succin-
eti venerant, putantes Magistrum non expectantium hos
fier, neque machinas ad oppugnandum, neque victum ad
permunendum, neque commeatum & necessaria ad arcem

instruendam, opus intermittunt: atque in tempus allud disserunt, receptisque vulneratis, & egrotis, atque in eorum locum validis, robustisque suffectis, ad suos quisque revertit: intra paucos dies cum machinis, & tormentis, magnoque commecatu, grandiorique exercitum editur. Eodem tempore, quemadmodum paulo ante diximus, Dux Infantatus Madritanam arcem Regis & Reginæ iussu obstabat. Qui factus certior Toletanum, Marchionemque à Compluto Vclesium versus copias ducere, carrisque & plaustris, numerosas, grandesque machinas, magnamque vim commecatus secum vhere, partem exercitus retinet ad continuandam obsidionem, ipartim Magistro mittit in auxilium ad disturbingandos Marchionis, & Toletani presulis conatus: copijsque Furtatum fratrem præfecit: mos netque, quid illum facere oporteat. Ille, qua hostes verti erant, locum opportunum occupat. Magistrum de aduentu suo, & qua de causa venerit certiorem facit.

Ille vero refectus, recreatusque tam insperato auxilio, munitis stationibus, tantum relicta obsidione cum reliqua exercitus parte, auxiliariibus se cohortibus adiungit. Iamsque hostes aduentabant, iam se medio in campo multo conspiciebant, neque amplius inuicem aberant, alios irruerunt: quia orto iam vespere non super erat lux ad decernendum armis. Itaque locum tutiorem ad pernoctandum utriusque sibi eligunt: ordinatisque cohortibus in armorum procinctu, utriusque expectant, quid alteri molirentur. Marchio vero & Archiepiscopus cum perspicerent se non

DECADIS PRIMAE.

posse exequā id, cuius causa venerant, nisi armis viam apes
rarent, veriti summan omnium rerum suarum fortus
ne unius prælij committere, sub ipsum medie noctis
silentium in castellum quoddam, quod pro ipsis stabat, ne
que longe aberat, se recipiunt, posteroque die sine vis
la spe arcis recuperandæ, Complutum rediere. Atqui
Præses, præsidarijque milites cernentes se omni auxilio
destitutos, neque in rerum omnium penuria posse diutius
famen tolerare, dditionem faciunt rebus proprijs, que
ante obsidionem possederant, & vita, que iam in potes
tate victoris erat concessa.

L V S I T A N O R V M R e x T a u r o
relicta in regnum suum reddit, atq;
inde ad Gallorū Regē profici
scitur, & quid illic egrit.

C A P . V I I .

VS I T A N V S R e x cum videret se
delusum ab ijs, quibus autoribus tantum nes
gotium susceperebat, atque omnia cessisse ali
ter, quam ab initio putauit, Mari albanio Co
mitti arcis, vrbisq; tauri præsidiū commendat: nam Ioan
nes vlooa ille, qui sibi urbem tradiderat, repentina mor
te interceptus erat: dispositisque præsidijs per castella,
& arces, que pro illo stabant, ducta secum Ioanna ex fos
rere neppe sua, Lusitaniam suam repetit. Diuque sco

cum reputans quam turpe illi foret non modo apud suos; sed etiam apud amicos & alieniores, quorum aures falsis rumoribus impleuerat, neque iam spes villa esset res liqua, nisi in Gallorum Regis foedate, quod pepigerat, pollicitationibusque, quas illi inde iurando sanxit, statuit iam non per literas, non per nuncios, legatosque, sed per se ipsum res suas agere, ordinataque regni administratio classem armat. & omnibus ad viaticū necessariis implet: consensa naue, præter oram Gallie Narbonensis nauigat, Massiliisque urbis portum subit Regemque Gallorum, qui in Turonensibus turribus eo tempore morabatur, de suo aduentu certiore facit. Gallus conuntioletus, aut Letitiam vultu simulans: honorifice hospitem excipi, benigneque tractari iubet, & pro Regia dignitate omnia ministrari. At Lusitanus iter suum eò dirigit, ubi Rex Gallorum esse dicebatur. Rusticabatur autem Rex eo tempore non longe à turribus Turonensibus, qui factus certior Lusitarum aduentare, oppidoque propinquum esse, mittit in occursum, qui roget, dicantq; ut ex navigationibus vi. eq; laborib⁹ in oppido quicsecret, seq; ad breve tempus venturum dicit, & venit quidem: dataq; & accepta salute, se comiter atque honorifice alloquantur, traetantq;: & multis verbis vltro citroque habitiis rerum sua rian commentationem in aliud tempus differunt. Post ali quot dies Gallorum Rex Parisos proficiuntur, quem subsequitus est Lusitanus, qui videns Regem alijs negotijs implicitum, sua vero, quorum causa tam longam viam ter-

DECADIS PRIMAE.

ra marique fuerat emensus, de die in diem protrahi, ad-
hibet bonos & graues viros Regisque amicos, qui ex-
ponant illi causam sui aduentus in Galliam: conuenio-
rentque iustum foedus, siveque auxiliij, quam sit pollici-
tus ad gerendum bellum contra communis hostes, ipsius
Regis, quo Ruscioris Comitatū repetere audet, suos, cuius
dotale regnū cōtra oīa diuina & humana iūa retinet. Eseq;
tati Regis etiam si non de sua utilitate ageretur prohibe-
re iniurias, subleuare lapsos, supplicibus opem ferre, atque
regno expulsos in pristinum statum erigere. Hoc
esse Regum opus honorificius, quam regnare. Qua-
re oblitus se Regem, genuaque amplectens orabat, obs-
testabaturque, ne in causa tam iusta & honesta desereret,
fortunaeque Regum misereretur, eorum maxime qui vim
patrēntrū in iuste. Sed neque fortunas suas tam esse
perditas, ut non haberet regnum autum adhuc incolus
me: atque in ipso, unde suum mouerentur urbes, oppi-
da, castella, process, viros, principes ac primarios,
quorum idem sit cum illo sensus de rep. Hispana. Ad
rem tamen conficiendam unum tantum deesse caput, du-
cem, moderatorumque, cuius auspicijs omnia gererentur,
cum esse Regem Galliarum, ac præterea neminem. Ad
hanc Lusitani petitionem, ac potius promisi, ac debiti exa-
ctionem, Gallus per eosdem internuncios respondet, non
debere mirari Lusitanum, si homo tot tantisque negotijs
implicitus adres illius non respexerit. Sum (inquit) oas-
mici solitus bellorū, q̄ mihi (ut videtis) impendent, alterū

hinc Burgundionum Duce, alterum illinc à Britanorum Rege: quorum conatibus reprimendis binæ copiae sunt comparandæ: quas iam oportebat fuisse conscriptas præter eas, que sunt occasione contra Barulos Hispanieq; superioris incolas, quibus erat sibi animus alias adiungere. Ut tandem causa pro qua bellum erat gerendum fierit iustior, desbere ipsum imprimis neptem ex sorore iuxta consuetudinē Romanæ ecclesiæ uxorem ducere. Alioqui nq; ille posse esse Rex, nec se illi posse iure opem ferre. Et quia intercedat illi cum ducenda uxore propinquitas sanguinis, que esset impedimento, quo minus iure posset fieri supplicandum esse à summo Pontifice, ut illos a legibus solueret, que prohiberent in iure connubij, matrimoniumq; conuenire. Hoc Regis Gallorum responso Lusitanus non multum latus: exequitur tamen, quod Gallus monebat. Literæq; suplices ab utroq; ea dere ad summum Pontificem date, cœptumq; in curia de negotio disceptari, neq; defuerunt utriusque partis aduocati, qui rem in summam difficultatem deducerent.

Vrgebant Pontificem Regis & Reginæ Hispaniarum Legati, dicentes ex illa dispensatione, si concederetur, sequerentur multa detrimenta per omnem Hispaniam, cœdes, latrocinia, agrorum populationes, viarum grassationes, atque dari materiam unde religio mortalium & cultus diuinus minueretur. Cumq; dispensationes huiusmodi conciliandæ pacis, & tollendarum litiarum, contentiomq; causa concedi debeant, nunc concederetur in seminorium discordie, ac similitatis: non modo ipsorum Regum, sed etiam summatum, &

DECADIS PRIMAE.

infidatum, et mediocris conditionis hominum odia, inimicitiae, dissensiones orirentur, et que bello implicitos se, qui consueverunt. Instabant ex altera parte Gallorum Regis Legati et procuratores dicentes iniuste sibi denegari, quod alijs concedi solet, neque Regem suam ita meritum esse de sede Apostolica, ut eius petitiones in cassum cederent.

Quibus Pontifex videbatur facere propterea quod opera Gallorum Regis indigebat, ad certas quasdam res ad Cameram Apostolicam pertinentes. Tandem vicit utilitas, dispensationem concedit, datq; Lusitano perferendam, secreto tamen ne res aduersarijs nunciaretur. Intercedit Lusitanus ad Burgundiæ Ducem proficiscitur, cum quo erat illi arcta sanguinis propinquitas: experiri volens, si posset illum cum Rege Gallo in concordiam reducere, quo facilius auxiliares copias à Gallo posset habere. Erat eo tempore Burgundionum Dux occupatus in bello, quod cum Lotoringiæ duce gerebat. Loquiturq; inter se multa de conditio ncreitus in gratiam Ducis cum Rege Gallo: Lusitanus partes negotij peragendi suscipit, rediensque Parisios nuntium accipit de morte Burgundionum Ducis in prælio, quo pusgnatum est cum Lotoringiorum Duce. Burgundiæ Dux catus, propterea quod Dux sine liberis decesserat, sexus virilis ex Gallorum legibus ad coronam corpusq; regnorum Galliæ devoluebatur. Rex occasionem ex morte Ducis Dux catus capiendo arripit, hoc unum agit, Lusitanum dimittit, in Hispaniam ut redeat, bortatur, seque confessio Burgundiæ negotio missorum maiores copias, que se limitancis coniun-

gan, quā erant occasione, pollicetur. Lusitanus omni iam
sive fraudatus, eō misericō fortunariū suarum deuenit, ut
de religionis ingressu cogitaret, idque Hierosolymis, ut eſo
ſet longius, quam quō rerum Hispanarum nuntius perueni-
re posset: fecissetque, niſi à familiaribus, atque imprimis à
Phario Comite, qui illum in tota peregrinatione illa fecerit
sequitus, mutare ſententiam fuerat coactus. Tunc abeu-
di copia à Gallorum Rege petita, & obtenta, eadem viare
menſo mari in Lusitaniam ſuam, qua venerat, reuersus est.

DE Segouienſi Arce dolo à Maledonias
to capta, & à Reginaris ſuī po-
tentiam ſuam redactam.

CAP. VIII.

ANDREAS Caprarius, quem in parte ſuper-
iori ſepediximus, ſub Enriquo Rege fuiffere
giæ domus villicum, atq; Segouienſis Arcis præ-
ſidem, ex quo tempore Lusitanus in medianam Hi-
ſpaniam irruperat, Regi & Reginæ familiarissimus fuit,
propterea quod fortuna belli adhuc anticipati Lusitano relis-
to partes illorum sequitus eſt, theſaurisq; Regis Enriqui,
quos in Arce ſeruādos deposituerat, opportuno tempore illis
traddidit. Quo facto ita Principum voluntatem demeruit,
tantamq; ab illis gratiam inierat, ut non modo nihil ex ijs,
que ante aperteidebat, immutarent, ſed illum poſtea multum
beneficijs & honoribus accumularent: inter quæ arcis pſidiū

DECADIS PRIMAE.

urbis quetutelam, & quod grande pignus amoris erga illū,
& illius erga se fidei fuit, quod unicam filiam Elisaben
iuniorēm iam principem designatam, nondum enim Ioannes
nō erat natus, illi adseruandam educandamq; commendas
runt. Erat Alphonsus quidam cognomento Maledonatus,
cui Caprarius Arcem sui loco tenendam crediderat, quam
postea Petro à Bonadilla socio suo Beatricis Bonadilla us
xorissue patri tradi iusserrat. Maledonatus sensit eam ho
noris diminutionem, indolitq; amplius, quam pro materia
decebat. Habitaque temporum ratione, in quo non modo
seclris, quod parabat, impunitatem assequeretur, verum etiā
grande aliquid sibi prouenturum, cœpit cogitare quemadmodum
Arcem præderet: Elisabenque Principem in pos
testate redigeret, quibus ob sidibus cum Rege & Regis
na, si posset, proditionis precium pacis eretur: quod si non li
ceret, ad Lusitanum confugeret. Erat illi tanta, familiaris
tas in ea domo, ut ingrediendi Arcem, et exiundi, facultas
semper pateret. Fingit sibi opus esse saxo quodam mas
gno, quod erat in Arce. Id sibi Maledonatus petit, ad ne
scio quos domus sue usus, et cum vix à pluribus versari
posset, armat quatuor facinoris, quod incepit, conscius.
Arma fuerunt occulta, et quæ facile tegi poterant, cum præ
sertim ab illis nulla posset oriri proditionis suspicio. In
Arcis portas irrunt, latitorem trucidat, Præsidem in vin
cula conseruent. Cuius satellites cum putarent tantum sces
lus non potuisse nisi à plurimis attentari, in turrim per pul
chre munitam, ubi Elisabe Princeps erat, se recipiunt. Cū

illam proditores oppugnarent, nihilq; proficerent, reliquas
Arcis munitiones & propugnacula occupant: & quia pauci
erant ad tantam rem tuendam, ex ciuib; qui alterius erant
factionis, complures admittunt. Ioannes Arius ciuitatis
præf, qui propter similitates, quas cum villico habebat, eō
tempore aberat, ad rei actæ nuncium accorrit, seq; urbis pri-
morib; agglomerat. Ciuitatis portas, que p̄ villico stabāt,
non magno negocio capiunt. Regina certior facta earū
rerum, que Segouie gerebantur, eō iter arripit. Iamq; ur-
bi aduentabat, cum ciuitatis proceres legatos ad illam in oce-
csum mittunt, qui supplicant illi, ne admittat secum in ur-
bē Comitem Beneuentanum, quippe qui pedibus manibusq;
fauebat villico, eiusq; uxori Beatricis Bouadille. Quid,
nisi prohiberetur urbem intrare, posse fieri, ut populus ira-
percitus aliquid audiret, quod in ipsius Regine offendam
& villici, atq; eius uxoris perniciem caderet. Ad quam
petitionem Regina respondet, iniquum esse, quod Segouien-
ses ciues vellent imponere leges principibus, quas subditis
consuerunt imponere Reges, victoresque vicitis. Itē iż
gitur (inquit atq; meis verbis dicite illis, ut desinant insanis
re, molianturq; aliquid, quod postea in ipsorum caput retor-
queatur. Hęc dicens, urbem cum uniuerso comitatu in-
greditur, atque deinde arcem petit. Cumq; arcis pars à ci-
tabus teneretur, pars ab ihs, qui in auxilium villici, præsi-
disq; confluxerunt, neque cessarent misilibus se lacerare,
Cardinalis, & Beneuentanus Comes, alijq; quibus Regina
auscultabat, suadebant illi, ut Arcis portas claudi iubret,

DECADIS PRIMAE.

ne si furor populi frequentis arcem occuparet, pugna cons
sercretur, quam nemo, nec ipsa quidem posset dirimere. At
illa contra, iubet omnes portas aperire, populumq; admitti:
quantum Arcis impluvium capere posset. Quos Regina
ex superiori loco comiter alloquitur: Dicite (inquit) o amici:
quis furor agitat vos, aut quid sibi vulnus media rerum os
minum tranquillitate hic armorum tumultus? Si quid est,
quod in rem vestram sit, aut male tractationis aliquam has
betis in villicum actionem, ene go adsum: que remeditum
ponam, neque patiar a quoquam ex iis, quibus iustitiam, aut
partem aliquam reip. administrandam commendavi, iniur
iam fieri. Omnes una voce conclamant, excludatur
villicus, cuius insolentias, atque suorum, pati non possumus.

At illa iubet omnes, qui a ciuibus stabant, & qui ab An
drea Caprario ex munitionibus pelli, ciuisque praesidium
Gonsalo Chaconi Regiae dom⁹ Oeconomio & questori ma
ximo sub publica fide tradit. Ciuibus autem imperat, ut
deputent certos, botros sapientesque viros, qui deferant ad
ipsam, aut ad eos: quibus ipsa cause cognitionem commis
erit querelas illorum, quos Caprarius, aut suorum quispiam
lescrit. Ille vero innocentiam suam purgavit, & si quid
objection est, & omnem culpam in suos reiecit. Namco,
pertion est postea, totum illud iniuria & malivolentia quos
rundam nobilium esse conflatum. Quare Regina, & ar
cis praesidium & alia ornamenta dignitatis, illi restituji
tubet.

DE Archiepiscopi Toletani & Mars
chionis Villenaticum Rege & Re
nare ditu in gratiam.

CAP. IX.

VANT A pertinacia & rebellione Archiepiscopus Toletanus & Villenatum Marchio, Lusitanorum Regis partes sequuti sunt, in libris superioribus demonstratum est, eoque for
tuna illos deduxerat, ut nihil iam querent, nisi honestam
viam ab officio male promisso discedendi, seq; ad melioris
causae principes transferendi. Spem vero omniem, fiduci
amq; rei conficiendae magnam in Rege Tarragonensiū babe
bant, qui de illorum redditu in gratiam cū Rege & Regina
sepe eggerat. Sed interim mittunt bonos prudentesq; vi
ros & religiosos, qui errata excusent, paenitentiamq; erras
torum exponant, & petant veniam, voluntateq; imposterū,
intermissa obsequia emendandi, declarant. Acta est causa di
ligenter apud Regem & Reginam per amicos, quoru oras
tioni & precibus accesserunt litteræ à Tarragonensium Re
ge, qui in conficiendo negotio plurimū studebat. At princi
pes nostri habitatoe temporis & fortune, que in reb⁹ bellicis
plurimū dominatur, & paruo momēto huc et illuc impellitur
decide qd' incinerat officiorū Archiepiscopi, q; apud ipsos
fuerūt illustria, quo tempore in multarum rerum difficulta
te laborabant: & quod Marchio trahebat secum multas nos-

DECADIS PRIMAE.

bilissimasq; familias propinquorum & affinium, amicorum q;: qui illum sequebantur, statuunt illos donare venia, ut hoc uno beneficio, & Rex patri & Regina Socero obsequeretur: simul etiam ut illos ex hostibus amicos facerent, excessus querenturq; Vergilianum illud, quod fuerat Romanorum peculiare, parcere subiectis, & debellare superbos. Atq; ut beneficium beneficio cumularent, vestigalia & bona (quorum usu illis fuerat interdicendum) restitui iubent. Sed & Lupus Vascus Archiepiscopi frater Optum urbem cum Arce tradidit, tametsi ab Enriquo Rege hereditario iure fuerat ea donatus. Madriti quoq; Arcem, quam Dux insontatus longa obsidione premebat, Regis & Regine arobitrio relinquit. Castrorum etiam Iuliorum Arcem, que Praefide Petro à Beatia pro se stabat, sequestro tradendam Gonsalo ab Amila pollicetur, quo ad sibi satisfiat quibusdam de rebus ex pacto conuento, quod cum illo pepigerat. His in hunc modum peractis iure iurando sancserunt, se permanuros in fide atq; obsequio Regis & Regine, seq; pro hostibus habituros, quos illi hostes esse: & pro amicis, quos illi amicos esse decreuerint. Archiepiscopus insuper ad summum Pontificem, sedemq; apostolicam dat literas de suo resditu in gratiam cum Rege & Regina, partim excusans se, quod fecerit tot mutationes in exhibendo suis principib; obsequio, partim accusans, penitentiamq; agens, quod abs iurata Elisabe Principe, ac deinde Regina, quam ante a iure uerat, Ioannam subditiuam Enriqui Regis filian iure iurando Principem Reginamq; postea designauerit. Nunc ves-

ro se bona fide redisse in ipsorum gratiam, quos leserat: id
q; a sequitur non tam sui smeritis, quam illorum singulari hu-
manitatis atq; clementia: quare a sanctitate sua praecabatur
supplicabaturq; ut quod a se factum erat boni consideret, atq;
in bonam partem acciperet. Per idem vero tempus C-
thomanus Turcarum Rex trecentorum & eo amplius nas-
sium Eubocam Insulam Boeotiae adiacentem petit, & primo
ad eum Storam & Basileon oppida non magno negotio ex-
pugnat, captaq; funditus delet, deinde Chalcidem urbem no-
bilitissimam obsidet, atq; posteaquam triginta diebus oppu-
gnat, tandem per totam noctem tormentis machinisq; mu-
ros quatens, atq; vicissim militibus oppugnans, sub lucem
acrius insistit, secundaq; dicti hora capit. Turci vicio-
res debacchati sunt in omnem sexum & etatem,
eo, vel maxim: irati, quod in ea oppugna-
tione ingentem cladem accepérant.

DECADIS PRIMAE.
PRIMAE DECADIS LI
BER SEPTIMVS. QVA RATIO

ne Tarrus ciuitas, que pro Lusitanorum
Rege stabat pastoris cuiusdam in
dustria recepta est.

Caput Primum.



VM ad huc per ead tempora Rex
eget cum Ioanne patre in provinciā
Tarragonensi, Regina vero
Segoviae, quo venerat, pacificans
de Ciuitatis causa ex turbulenta
illa seditione, quam induxit
Maledonatus, de quo dictum est
in superioribus: Venit ex ins-
sperato nuncius, qui fecit ipsam ipsa letitia letiorcm. Tar-
rian urbem in potestatem Praefectorum suorum venisse si-
ne ullo militum sanguine, sine ullo dispendio, sine detrimē-
to deniq; ullo. Quae res in hunc modū gesta est. Pastor qui
dam oīii Bartholomeus, nomine ipsius ciuitatis incola, ve-
nit ad Alphonson Fonsecam Abilensem Episcopum, dixitq;
daturum se viam, qua vrbis illa caperetur, si ei auscultas-
tum fuisse. Nonam (inquit) modo Episcopus, aut unde
id compertum haberet? Ego (inquit) iam inde a puerō pa-
stor sum, qui in suburbanis pascuis semper oves meas pao;

atq; obscurauit, frequenterq; illas egi pastum inclivium illum
arduum, quæ est ad murum ascensus adeo præceps, & anfra
ctibus concisis interruptus, vt nemo vñquam attenterit, nec
reptando quidem per eum ascendere: Sed neque vñquam in
vrbe fuit suspicio ea parte muros superari posse. Itaq; Lu-
sitani ab illa murorion pârte securi non vigiles, non circito-
res, non excubias adhibent. Mittit Episcopus armatos des-
cem expeditos cum pastore: quia illum sequerentur, viderent
q; an esset credibile, posse fieri, quod pastor promittebat se
præstaturum. Eunt itaq; cum illo, & reptando ad mitorū
radices evadunt, ascendunt, descendunt, mediaq; in vrbe con-
sistunt, non canis, nō gallus, nō anser, non denique ullus mor-
talium strepitus auditur. Neque id mirum, quod illa pars
urbis erat deserta. Redeunt itaq; ad Episcopum, quid vi-
derint, quid senserint, immo quod nihil senserint, narrant.
Episcopus munitionum duces, qui in locis finitimi erant, cō-
venit, qui in longinquieribus per literas facit certiores.

Omnibus placuit rem debere experiri. Mittunt itaq; sex
centos armatos, qui pastorem sequatur, & quid agere illos
oporteat, monent. At illi duce suo præiureptando per cli-
ui ardua eunt, qua possunt. Sed inter ciudē venit illis in mē-
tē posse fieri, vt oportunitas illa, tantūq; rerū omniū filetiū
ex composito cū pastore fuisset factū, neq; cōmittendum, vt
vnias hominis dicto, siue simplicis, siue subdolitante copiæ
periculo exponerentur. Tumultuantibus itaque omnibus,
& quid facerent dubijs, Petrus Verescus unus ex ihs,
qui partem copiorum ducebant, in hunc modum loquatus est.

DECADIS PRIMAE.

Audite, obsecro vos commilitones mei, esto, istam caritatem vestram laudo, atque probo, neque enim unquam nocuit prospicere, unde pericula possint ingruere, sed in hoc homine quo duc nunc vitimur, ego non video unde suspicer dolum aliquem subesse. In cum statua res iam deductae sunt, vobis non possimus, nisi magna cum ignoraniam negotio inexperto redire. Audendum igitur est, et aliquid fortunae arbitrio trios relinquendum, Nam audaces fortuna plerumque invia re solet, quemadmodum et timidum perdere: et ingens gloria sine magno labore, atque periculo, comparari minime potest. Cum omnes hererent inter spem, metumque, dubium ne scirent, quid facerent, Antonius Fonseca adolescens animo suis, etatis feruore percitus in muros tendit, sequitur illum Petrus Verascus, atque hunc Vascus Viuarius: pudiuit reliquos non suum queque Duce sequi: neque cessatum est, quoad omnes in urbem sunt recepti. Fuerunt autem hi sexcenti milites, reliqui omnes iussi sunt tenere locum, qui erat contra certam quandam ciuitatis portam, ut cum illi fuissent admissi, hi quoque fracta porta reciparentur intra urbem. Qui urbem tenebant in partes duas distributi, altera forum occupant, altera rapportam urbis inuidunt, portarum claustra, serasque refringunt suos, qui expectabant, admittunt. Prima coitio fuit cum Lusitanis, qui urbem circuibant armati. Sed cum cognovissent omnia teneri ab hostibus, et ciues omnes putassent eiusdem facti consciros, cum Comite, ac Duce suo in Arcem se recipiunt. Qui cum vidisset totam urbem in potestate hostium redactam, arce deserta se cum suis in Castrum invi-

recipit. At Maria Sarmenti Iohannis Villoe uxor arcē oce-
cupat, cumq; notis & domesticis familiarib; suis propu-
gnat. Non quo proposuerit sibi à Lusitanis aliquam spem,
sed ut cum ipsa Reginā meliori conditione arcis deditioem
faceret. Ad huius rei nūcūm Regina accurrit. Vrbem
magno omnium plausu, atq; leticia ingreditur: ciuib; qui exu-
labant, bona restituū iubet. Pastorū, qui tam praelari facis-
uoris autor fuit, in alimenta bāredit. et iure, & quod ad
posteros illius transiret, decreuit. quantum ad beneficium vi-
tium sufficeret: illum præterea, omnemq; illius posteritatem
ab omni exactione liberavit. Maria Sarmenti, quæ Arcem
tenebat, erat soror Iacobi Sarmenti Comitis Salinarum, qui
in toto illo bello Regē, Reginamq; sequatus, non ultimam
operam nauauit. Erantq; multi alij affines, & propinquūi,
qui in eodem bello merabant. Hi suscepérunt partes suppli-
candi pro illius vita, fortunisq;. Causaq; supplicandi præse-
rebant, quod erat formina, quod vidua, quod mariti causa or-
nibus iniusa: quodq; omni tempore belli, nūquam maiest
statim Regiam verbo lēsisset, nam re qui poterat ē cum
esset in potestate mariti, quonib; fuit importunius, neq; mi-
nus suorum amicūs. Non post illius mortem cum Arcem
Lusitanus occupauit. Nunc vero cum manutio illa videre
tur esse in eius potestate, illamque armis tueri, non esse caus-
am, ut aliquid eorum, quæ in hoc bello gerenda essent, im-
pediret, sed ut fidei, & misericordiae illius se dederet.

His præcibus Reginā cōmota, illius viduitati, & fratrib;
Salinarum Comitis, & affinium, propinquorumq; obsequijs

DECADIS PRIMAE.

emtrem culpam condonavit, omnesq; illius clientes domes-
ticosq; ac familiares scelere absoluunt. Arcem capit. Munici-
tionem molis quam in agro Taurino Ioannes Vlloa maris
tus vi, atq; iniuria tenebat, Iacobo Benavido metatori Regio
iubet restitui. Atq; in hunc modum ciuitate compo-
sta, omnibusq; rebus in ordinem redactis, Valladolitum pro-
ficiuntur. Nam eò Rex dicebatur esse venturus, ut reli-
quias belli omnes in illis locis conficerent.

MORTVO Comite Parietino Ferdinan-
dus Rex pro Magistro creatus, & Lusis
ani bellum renouant.

CAP. II.

H O tempore Regina nuncium accepit de obitu
Roderici Enrici Manriqui Comitis Parietini,
qui se Magistrum dici malebat diuī Iacobi. Nā
partem illam Magistratus, que pertinet ad
prouinciam Castelle possidebat. Accipit etiam Alphons
sum Cardenium prouincie Legionensis Commendatorium
maximum cum multis cohortibus Vclesiū properare, vt à
tredecim Commendatōrijs, qui ex instituto illius ordinis ant-
tiquo, soli habent ius novum creandi Magistrum, eodem iure
& ipse crearetur, id quod ex ordinis instituto fieri debea-
ret. At quia Regi & Reginæ omnes tres regni Hispani
magistratus Regio censui annumerar cantus erat, quod &

postea fecerunt. *Regina*, ut instantis electionis comitia
impediret, triduo Vclesium ex Valladolito venit, quo iam
suffragatores illi tredecim conuenerant, quos *Regina* ins-
bet aduocari, atq; illos in hunc modum alloquitur. Scitis
spathiferi, immo vero cruciferi milites, quod Magistratus
divi Iacobi ab initio constitutus est tuende, atq; ex occasione
ampliande religionis causa, & ad hos usus tot oppida,
tot Castella, tot Arces, tot munitiones à regibus, prælatis, &
bonis viris, & honestis sunt concessæ. Sed quoniam alio
quando ad eosdem usus hoc magistratus fuit opus, illis maxis-
me, qui cum Granatenibus Maoris bellum gerebant, autori-
tate Sedis apostolice administrationem eius inicrunt, aut cō-
cedi filijs Regum primogenitis, aut viris illustribus pros-
curarent. Nunc vero cum sit nobis in animo, postea quā
Hispaniarum bella quicquerint, omnem armorum impetum
in Mauros transferre, è re publica nostra esse duximus, vt
interim Magistratus iste collecetur in Rege, quo facilius ab
vno Imperatore viribus aucto vniuersares bellica gubernet.
Quod vero ad Commendatarium maximum at-
tinget, ego curabo, vt boni consulat, & pro fide, qua erga
me, Regemq; habet, non ægre laturus sit. Ad hoc vero
perficiendum, duas modo à vobis res peto, primum, vt sus-
fragationem istam impræsentiorum differatis, alterum, vt
ab apostolica sede per libellos supplices petatis, vt pro ma-
gistro, sine quo ordinis corpus esse non potest, det vobis Hi-
spanorum Regem, quod non modo erit vnicuiq; vestrum
vtile, sed & vniuerso ordini honorificū. Cōsiliarius sui

DECADIS PRIMAE.

Commendatarium maximum facit partipem: idq; vt eis
quo animo ferat, ab eo petit: seq; pollicetur, si de iure suo ex-
periri vellet, non obstat eam, quo minus ius suum persequi
retur. Commendarius, quod à Regina sunt iussi, facient li-
berter, nam & comitia dissimulant, & à summo Pontifice
pro administratione ordinis Regem sibi depositant. Com-
mendarius vero maximus, vt cumq; Regiae imperium
acciperit, assensus est illi. Et vultu hilari nihilo segnior ad
bellum cum Lusitanis gerendum in suam provinciam reddit.

Interim dum hec Vclesy à Regina geruntur, Rex è Bar-
tulia Taurum venit, recensitq; cohortibus, que erant in
stationibus, & praefidijs contra Castrum Invi, aliq; Castel-
la, & munitones, que pro Lusitano stabant, commendataq;
bellicæ rei summa Duci à Villa Formosa fratri Notho, &
Comiti Phario Hispanie Comes stabili, ipse Ocariam profi-
ciscitur, ubi Regina erat: & inde vterq; Toletum se con-
fert, ubi pro victoria toties parta, & periculis euasis in bel-
lo Lusitano concepta vota persoluant. Diui Francisci cen-
bium, & templum illi annexum sub nomine diui Ioannis a-
dificant, & omnia quidem magnificentissime, & pro di-
gnitate Regia absoluta. Inde Madritum profecti accipiunt
nunquam, per fines Pacis Auguste, & ciuitatis Roderici duo
bus exercitibus Lusitanos in Hispaniam rursus hostiliter
irruere, atq; omnia ferro, igniq; vastari. Scribunt itaq;
ad commendarium maximū Legionensis provincie, & ad
Laurentiū Suarini Comitem Emporitatum, quibus com-
mendant tuendorum finium custodiam cum facultate, quos

ties opus esset euocandi ad arma omnes, qui aut stipendiari
giamercabant, aut ex ea causa immunitatibus fruebantur.
Flunt utring; in aliorum finibus excusiones, agrorum po-
pulationes, mortaliū captivitatis, vulnera, cædes, captiuorū
venditiones, permutationesq;, et multo maiora facinora,
quā ab hostibus nominis Christiani fieri cōsueuerūt. Nec
segnius in ciuitatis Roderici finibus res agitur, Nā ex mu-
nitionibus, q̄ pro Lusitano stabat, erūpebat latrones, grasse
toresq; eo audacius, frequenterq;, quod audiebant Lusitanos
inter fines Hispanie versari. Negotio itaq; in regium
consilium misso, cum alij aliud sentirent, et à qualibet de
liberationis parte pericula et incommoda sequentur, pla-
cuit tandem, ut Regina in partem illam Lusitanie que ad
pacē Augustam pertinet, adiret, Rex vero traicto mōtes
Tavro contra Castrum Inui, et eiusdem factionis reliquos
pro fiscisceretur.

F E R D I N A N D V S Rex castellarū,
que pro Lusitano adhuc stas-
bant, simul obside-
ri iubet.

C A P. III.

VM primum Rex Madrito in Methymna
ad campum venit, conuocatis fratre Notho,
et Comestabili eion cohortibus, quibus illos
prefeccerat, de obsidēis castellis illis unde

DECADIS PRIMAE.

tot mala oriebantur, animum intendit, & quo modo id fieri posset commodius in consultationem mittit. Euocatisq; equitibus, peditibusq; omnis generis armaturæ, exciuitatis bus, oppidisq; finiti mis, uno die quatuor castella distributis cohortibus obsidione cingi iubet. Alfonso Fonseca Abilensi Episcopo, & altri Alfonso Fonseca Cauensian, & Alabegiorum domino, & Vasco Viuario Salmaticensis Episcopi fratri Cantapetræ negotium mandat. Septem ecclesiastum munitionem fratri Notho, Cappularū Petro Guzmanio, Castrī vero Inui Ludouico Hemerobij comitis filio, & Frederico Manriquo. Paucis post diebus Cappularum præses concessa sibi, & vita, & fortunis deditio nem fecit, præfectusq; obsidionis illius ad castrum Inui ire iubetur. Dux à Villa formosa, posteaquam Septem ecclesiastum munitionem bimestri tempore tormentis, masschinis, crebrisq; oppugnationibus afflixisset, adeo cōcūsitus, eōq; angustierem deduxit, ut tantum vita concessa coges ret obsecros in deditio nem venire. Omnes latrocinio ins famas, atq; sceleribus insignes, quos interim poterant intercipere, Rex iubet patibulo suspendi. Quo terrore perculsi, qui Cantapetram præsidio tenebant, & ipsi de diditione facienda cogitare cœperunt, quod ex factum est illis facultate libera in Lusitaniam suam rediundi. Solum restabat iam castrum Inui, in quo Rex transserri iubet totam bellum, & aliarum obsidiorum molem, insitque metari bina castra, altera ad Dorium flumen, altera in agro suburbano, que prohiberent, ne terra, aut aqua communatus in oppidum imo

portaretur. Post aliquot dies Regi videbatur oppidū debere oppugnari, quia ita erat omnibus necessarijs instru-
ctum, ut longo tempore obsidio esset duratura. Erant, qui
oppugnationem illam in aliud tempus esse differendam cen-
serent, quo ad obsecorum vires, & victui necessaria defi-
cerent, & rumor ad eos perueniret de sociorum ditione.
Ediuerso alij instantium esse oppugnationi dicebant, pro-
pterea quod in stabathyems, in qua neq; milites sub dio hye-
mare, neq; equi pasci, neq; machinæ, puluisq; mtrarius de-
fendi posset, quin corrumperetur. Captio vero oppido
posse obsidionem arcis continuari, quoad caperetur à militi-
bus facile tolerantibus sub tecllo temporis iniuriam. Huic
sententiae Rex accedit, iubetq; postridie sub primam lucem
tormenta, & machinas intendi, fossas ea parte, qua oppu-
gnatio erat in eunda rudere, atq; materia compleri, testudi-
nes, pluteos, arietes, scalasq; parare. Erumpunt, obsecrissim
hostes accedere prohibent. missilibusque submovent, pu-
gnatur aliquando cominus. Editur vir inque cedes ma-
xima, durat pugna per totum diem, quo ad nox aduentans
utrosque dirimit, postridie repetunt idem opus, atq; dein
cepsidem faciunt usque in decimum diem, quo ad & fosse
sunt oppletæ: valli, & propugnacula diruta, scalæ admou-
tur muris, quos præsidarij fessi, laboribusq; confecti deser-
runt, atq; in arcem moluntur, diu noctuq; pugnatur. Erant,
qui arcè præsidio tenebāt, plures quam quadringenti stren-
uui milites, & ex scelerū conscientia fortis, & qui nullū
periculum formidarent. Rex hoc in statu obsidionē relin-

DECADIS PRIMAE.

quens, ceteraque præfctis commendans, Melbynnam ad
campum se confert, res alias creaturus.

R E X Ferdinandus Montis Leonis muni
tionem in agro Salmanticensi
recuperat.

C A P. IIII.

 R A T Salmantice prætor maximus Garc
sias Osorius, is detulit ad Regem, Rodericū
quendam Maledonatum ordinis equestris vis
rum, eundemque Salmanticensem ciuem tenes
re præsidio arcem munitam, quæ ad ciuitatem pertineret, co
gnominatum Leonis montem, unde in finitimos agrieolas,
pastoresque, atque in viatores interdum longinquis ini
quam exerceret dominationem, quem nihil puderet iura di
uina, & humana violare, non aequo iure cum suis ciibis
viuere, non maiores obseruare, non à minorum iniuria se
abstinere. Accedebat his omnibus falsarij crimen, quod
monetam autoritate sua feriebat, veraque permisit, fugi
tiuorum deniq; receptator erat, & facinorosum omnium
asylum. Quod ubi Rex pro comperto habuit, cum pauc
is comitibus Salmanticam iter arripit: ad Prætorem clan
cidium diuertit. Vbi sit Rodericus ille Maledonatus, res
quirit. Domi sue auit, cum alijs ordinis sui, esse. Con
scendit equum Rex, prætore cum executori officiali satellis

tibusque ianum obsideri iubet. Atqui Maledonatus interclusum sibi viam, qua fugeret, cernens, persolaria, tarsulataq; perq; tectorum imbrices clapsus, in diu Francisci adem se recipie. Rex imperat monasterium obsideri, & nisi a fratribus dedatur, templi ianuas reuelli, atque si fuerit opus, effringi. Egreditur cum fratribus sacre domus custos. Regis genua complectitur, supplicat, ignoscat homini, vel ob eam causam, quod ad religiosam domum con fugerit. Atqui Rex, ut erat in genio facilis, naturaq; indulgentissimus, precibus fratrum commotus, hominem quam tumuis criminosem vita condonat, modo arcem, quam iniuriatenebat, Regi e potestate traderet. Fratres Regis in sua exequuntur, fugitiuum ex latebris produunt, cum Regis ministris in vinculis ducunt, quoad arcem tradat, ducitur ad Leonis montem. Cui Rex, quid suis dicere debeat, prescribit. Ille suos ex arce sub fide publica egredi ad se iubet, & vos inquit, o amici quo me mea traxerit fortuna videtis. Libertas mea in potestate Regis est, sed vita in vestris manibus. Nunc experiar, an quo tempore vos mihi autoravi, praestasti fidem, quam mihi dedistis, idemq; permanetis, quos fore vos estis polliciti. Dicite hæc meo nomine virori, atq; ut Regi suam arcem, quia iam me non est, sine mora tradat, nisi maule & maritum perdere, atq; omnem familiam nostram proditoris ignominia eternum notari. Ceterum illi in arcem ieepti, sine uxore volente, siue nolente, clamant, se nolle arcem tradere, nisi magis, atque insignibus donentur premys. Quod si Rex

DECADIS PRIMAE.

in præsidem sœuerit, se facturos minantur, vt ille non intul-
tus ad Manes descenderet. Nam Lusitanorum res non
vsi que adeo erant desperatae, vt non possent redintegrare
bellum in Hispania, seque non adeo parui esse momenti, vt
quo ipsi inclinarent, non et eodem statera propenderet.
H.ec et huiusmodi verba ex munitione homines perditi
blaterabant. Cumq; iam vincis mariibus, et lugubri
veste, vultuque miserando eò loci deduceretur Maledona-
ius, unde crudele spectaculum ex arce videri posset. Iam
iamq; carnifex gladium stringeret, iuguliq; partem tentas-
ret, qua ferrum immergeret, clamabat identidem, misera-
bili homo, perfidiamq; suorum exprobrabat, sed præcipue
in uxorem querelas suas referebat. H.ec est illa fides,
inquit, o Vxor, qua matrimonij sædus iniun*ct*us? hic amor,
h.ec pietas est illa, quam te mihi exhibitur am in prosperis
et in aduersis pollicebaris! Nunc demum experior, quā
ti viuum feceris, cum sic morientem parui facias. Neq;
me Rex iubet occidi, cum suam repetit, neq; carnifex hic,
qui iussus ligauit manus, mucronemq; iugulo intentat, sed
familiares, et amici mei, sed tu simul cum illis, quibus for-
tunas meas credidi. His vocibus, qui munitionem tenes-
bant commoti deditio[n]em faciunt, atq; ex pacto præsidens
suam à morte redimunt, sibi q; libertatem abeundi, quo ven-
lunt, à Rege impetrant. Arce tradita, et in Regis potestate
redacta, Rex Salmanticam, et è Salmantica Inuic-
strum regreditur obsidionis statum reuifendi causa.

CASTRORVM Iuliorum arcem,
quam Praeses adhuc pro Marchione
tenebat, Reginā tan-
dem obtinet.

C A P. V.

REGINA Madriti à Rege, quo tempore
digressa est, Fanum illud in toto orbe famige-
ratum, quod est ad amnē Lupi religiose adit,
atq; inde mittit vnum e secretariis suis ad Pe-
trum ē Bistia, qui castrorum Iuliorum arcī pro Villenatu
Marchione præsiderat, atque ut ex pacto conuento, quod
eum illo factum erat, munitionem Gonsalo ab Abila trade-
re sequestro tenendam postulat, quo ad Marchioni de certis
quibusdā rebus fieret satisfactio. Praeses per eundē secreta
rū respōdet, sc̄ viuo nunquā in Regiā potestate arcem sibi
creditā esse venturā. Non si sciat se omnia perpetuū, q̄
longo tempore obſeti perpeti cōſueverunt. Ad hoc præsidis
respōsum Reginā quid faceret dubia, ne frustra inciperet,
quod exequinon posset, arcemq; sine effectu obſideret, mit-
tit alterū, qui blādicijs, & pollicitationib⁹, præmij, & mu-
neribus illū pelliccret. At ille multo durior factus, nō mo-
do ab incepto nō mouetur, sed orat, hortaturq; Reginā, ne
ad urbem accedat, ne cogatur aliquid contra Celsitudinē
suam committere, quod tamen sui defendendi causa iure

DECADIS PRIMAE.

suo posset facere. Reginahocresponso indignata, dignas
tanta principi ira concepit: omnis armaturae milites conuo-
cari: & ex eadē prouincia, ubi res agebatur, finitimos acci-
ri, parati oīa, q̄ ad obsidionē, oppugnationēq; forēt necessa-
ria, ipsaq; ad Castra Iulia proficisciuntur. Vbi quia expectata
ueniebat, apparatu magnifico, sed maiori letitia omnīū, est
excepta. Igitur oīs, qui ē Batice, & ex prouincia, locisq;
finitumis erant euocati ad præscriptū tēpus, eō cōtinerunt.
Quibus à Calatrava Magister, qui cum Marchione patre
le suo iam in Regis & Reginæ gratiam redierat, & Al-
phonſus Monroius, qui se Magistrum à Traiani Ponte pro-
fitebatur, se agglomerant. Accesserunt præterea proces-
res alij, qui aut stipendia regia mercabant, aut qui gratuitā
operam in hoc bello natiue cupiebant. Machinarij quoq;
omnia tormentorum genera ex finitimis locis comportare
iussi, c. et r. aq; parari, quibus erat opus. Tum Reginanō
iam blanditijs, & pollicitationibus vt antea, sed comminas-
tōnibus terrorē incutiens, præfidem aggreditur, atq; nisi
pareat, se noncessatur amminatur, quoad illum proditionis,
atq; maiestatis reūmpetragat, poenasq; debitas scelerum suo-
rum pendat. Ad hæc præses Reginæ supplicat, vt iubeat
Marchionem acciri, quem non dubitat imperata facturū,
si Reginæ iuberet. Nam se, qui autoratus obnoxiusq; illi
esset, non debere, nec posse facere, neminem esse, quin fatere-
tur. Placuit Reginæ consilium, dat literas ad Marchio-
nem, vñq; ad se veniat, illum rogat, idq; quod ē re vtriusq;
negotium futurum dicit. Marchio, & si non ignorabat,
qua

qua de causa vocaretur, tantumq; præfidi suo fidebat, quod nisi suo iussu arcem træderet nemini, veritatem ne Regine indignationem in se concitaret, venit: & quod Regis na voluit exequitur, præsidiq; præcipit, ut Regine iussis obtemperet. Regina arcis potitacum potuisse illam cuius iuscung; alterius fidei committere, nihilominus tamen Gonsalo illi ab Abila, cui ex pasto cū Marchione, ut diximus, sequestro deponenda erat, credit: atq; ex conuento cū Marchione ut latissiat, certis quibusdam bonis viris facultatem concedit. Inde ad castra Cæcilia itinere unius dici proficitur, ubi paucos dies immorata est, dum in oppidanorum iniurias animaducriit, lessiq; satissimi tubet, dumq; edilitates & decurionatus, villicationq; oppidi, qui magistratus quotannis suffragatorum punctis creabantur, & in comitiis oriebantur contentiones, & ex contentionebus cedes, & vulnera: immortale odium, & non sanabile vulnus. Statuit deinceps, vt non annui, sed perpetui magistratus essent, primi autem in hunc modum creati sunt. Ex utraque factione certi quidam viri ex ipsis nominati sunt, ex his sortiri iussi quis cuque magistratu cederet, & cui sors contingret, eius officium cum vita finiretur, atq; deinde in eius locum is sufficeretur, quem Rex & Regina, atque deinceps, qui pro tempore regni culmen obtineret, sufficiendum esse decreuerint. His peractis Regina Hispanim versus molitur viam, quo eundi necessitas argebat.

DECADIS PRIMAE.

REGINA Hispalim adit, & quid illic
egerit multis verbis enumerat.

C A P. VI.

 **A**VSA tam longam viam ad cundi Regis
ne fuit, quod lumen illud non modo Baetice,
verum etiam totius Hispanie propemodum
erat extinctum bello cum finitimiis urbibus,
que aliqui sibi fuerant contributae, & quasi urbis Metros
litane, hoc est, matricis filiae, & partita membra Asindū,
Astygi, Carmonia dissensionibus duorum eiusdem civitas
tis, qui totum populum in duas partes distrahebant, à Methym
na asindica Enriqui Guzmani Duci, Roderici Pons
tij & Germanica Legione Marchionis Gadirani. Non erat
plebis à patribus dissensio illa, non ordinis equestris à sena
tu & plebe, non sacrorum à profanis, sed omnia totius cor
poris membra in factiones binas queq; partita, inter pa
trem & filium, inter virum & uxorem, inter fratres
propinquos, & affines discordie & similitates, hinc odia
& inimicitiae, que non sinebant illos esse quietos. Latius
ad hanc serpebat malum, quod se ad aliarum ciuitatum ditios
nem extendebat. Nam Cordubæ duce quoq; erant factio
nes, altera, que Alphonsum Aquilatum Montille domis
num, altera, que Iacobum à Corduba Egabrensem Comite
sequebatur. Atq; hæc duce à Methymna asindica, illa Mar-

chioni Gaditano fœderate. Igitur Regina partem illam
 Baetice, que non solum vestigalia Regibus pendere con-
 suuit ad bellum supplendas necessitates, verum etiam ad or-
 namenta pacis, extraordinariosq; sumptus sufficit, Hispas-
 lim venit. Que cinitas ex gentis illius consuetudine lus-
 dos magnificentissime parat, urbem scutis & coronis, aus-
 leis & tapetis, velis & caustis, fontibus aqua & vino
 scaturientibus ornat, magnaqq; omnium ordinum laetitia ex-
 cipitur Regina omnium votis expedita, omnium precibus
 & Deo immortali postulata. Deducitur deinde ad templū
 illud insigne virginis Deiparæ dedicatum, ex consortio cū
 diu Clémentem martyre atque Pontificem Romano, cui aedes
 illa fuerat à Ferdinando dicata, propterea quod in die illius
 festi urbem illam ex Maurorum potestate ceperait, atq; ad
 Christianam religionem restituit. Diu aigitur Dei geni-
 trice eadēq; virgine salutata, habitisq; gratijs protot tan-
 tisq; erga se coniugemq; sum Regem beneficijs, ad palatia
 Regum perducitur, que fuerant à maioribus suis pauimēs
 to vermiculato, parietibus musaicis, laquearibus cedrinitis
 in pœnorum morem arte punica constructa. Cumq; ex iu-
 nere laboris per aliquot dies quicquid set à negotijs, audiisseq;
 ciuium querelas, de ciuilibus criminalibusq; causis à multis
 temporibus non decisis, iubet institui septimum quemque
 diē Veneris, in quo ipsa pro tribunali sedēs ius diceret. Se-
 debant ex altera parte Præfules, qui ciuiam comitabantur,
 & ex altera Regij Senatores & ciuilis P̄tificesq; iuris pes-
 ritissimi: ante sc̄ subsidebant tabelliones, Scribæ, Secretarij

DECADIS PRIMAE.

¶ qui praeerant à commentarijs astabat, & qui insignia Regia praeferunt lactores, nulle dilationes, nulle nudine nisi in diem perendinū tergiuersantibus reis conceduntur, si qua lis adeo implicita, que non posset breui tempore finiri, delegabat diffiniendam dicui ex iuriis consultissimis. Mis-
rum dictu, intrabimestre tempus omnes, que impendebant,
composite lites, aut per se ipsam, aut per illos, quibus caus-
se delegabantur infelicitatos facinorosq; in depecu-
tatores, decollatoresq; in adulteros & stupratores, in grasse
tores & latrones animaduersum est, præterquam in eos, qui
vertere solū, aut in exiliū timore aufugerunt. At ciues cū
videret urbē malfactoribus plenā, & esse neminc ferē
quē non labes aliqua tangere et: si iustitia rigor in vniuersi-
tatis securit, force, ut ciuitas desolaretur, adiungunt sibi Alz-
phonsum Solisianum Episcopū Gaditanū: qui eo tempore pro
Petro Mendoza S. R. E. Cardinali atq; Archiepisco-
po Hispanensi Vicariū Provisorēq; agebat in illa ecclesia.
Is cū magna populi multitudine ex omnibus ordinibus cole-
lecta Reginā adit, proq; venia im petranda longā orationē
habet, locisq; cōmunitib; vivit in cōmendanda iustitia, &
misericordia, veritate & pace: ita tamen vt sit propensior
in pacē & misericordiā. Afferebatq; illud ex Psalmogra-
pho. Misericordia & veritas obviauerunt sibi, iustitia
& pax osculate sunt, & de Samaritano (hoc est) de Iesu
Saluatorē nostro, qui vulnerato à latronibus in quos incide-
rat, infudit vinū & oleū, sed plus olei, quod leniret dolos
rē, quam vini, quod excitaret. Itēq; illud, ut siis filij patris

qui in celis est, qui facit sole suū oriri super bonos & malos. Quodq; & si nulla hominū societas sine iustitia diu stare posset, tamē cū iā flagitia & factura crebr̄escat, iustitiae munus restringēdū est, nisi quatenus exēplo aliorū temeritas est cōcerēda. Sed quid facias cū omnes pariter in eā dēlabē trahūtur? quid cū in eodē sunt? Quid igitur facies tuus, inquies, o R egina onniū mortaliū clarissima, uq; pro inde indulgētissime. Nimirū, ut cōfugias ad sementiā illā Pœte, que iam abiit in A dagiū, quicquid multis peccatur, inultum est. Nam si iustitia (inquit) gladiū expresserit, omnia in antiquā solitudinē redigentur. Andacius aliquid dicā optima Princeps, que hanc mihi copiā dicendi concedere dignata es. Si in hoc lacrymabili bello, in quo cum Lusitanorū R ege non de gloria, sed de summa imperij deḡ certastis, inclinante iam ad vos victoria, omnia pro insuestro persequi velletis, nōne incideretis in illud prouerbium etiam vulgo comprobatum. Summum ius, summa iniuria est: an non patiū illam sequeremini sententiam Seneca Pœtetragici in Herende fecerū?

Si aeterna semper odia mortales agent.

Nec coepitus unquam cedat ex animis furor.
 Sed arma felix teneat, infelix paret,
 Nihil relinquenti bella. Tum vastis ager
 Squallebit armis, subdita teclis face
 Altis sepultas obruct gentes cinis.
 Pacem reduci velle victori expedit.

DECADIS PRIMÆ.

Victo necesse est.

Ad tandem in peroratione miserationis fermenta,
que Reginam faciente iustitiae cupidam compescuit eos
que deduxit, ut omnes donaret venia, omniq; à crimi-
ne absoluaret, præterquam eos, qui auctoritatem impie-
tate, aut eris alieni debito erant obnoxii.

DVCIS à Methymna Oratio apud Re-
ginam contra Marchionem, Ga-
ditanum, & Marchios
nis excusatio.

C A P. VII.



OSTEAQUE priuatorū lites quie-
uerunt, duo illi principes duces, omnium mas-
lorum causa, iniucum se apud Reginam crimis
nantur, altero in alterian omnem culpan rei-
ciente. Dux à Methymna A sindica occasione arrepta pri-
orem locum occupat, atque in hunc prope modum est alloqui-
tus. Quanta Guzmanorum domus obseruantia & fides
erga Hispanorum Reges decessores tuos clarissima Princ-
eps futrit, quam illustria in viaresam Hispaniam remp.
beneficia extent, neminem esse opinor, quem lateat. Nam,
ut omnium illa vetera, non est silendum, quod prodigio si-
mile videtur, unde familiariora nobilitata est. Alphon-
sus petrides Guzmanus, qui præsidio Mellariam quam exis-
timo esse, que nūc dicitur Tarifa pro Xaniko Hispanorū

huius nominis Rege quarto tuebatur, cum obfideretur anno Regis fratre exinde auxiliaribus Bellamarinorum Regis Abenizeza copijs adiuuus, admonereturq; ut munitionem traderet in Majororum hostium potestatem, nisi mactet filium suum, qui a Mauro Rege in vinculis tenebatur, ante ipsius patris oculo strucidari, non modo Arcem nostre tradidit, sed & per muros pugionem proiecxit, quo filius confederetur. Quo miracula stupratus hostis, & filium insulari iussit, & deditio[n]is spe sublata obfisionem soluit.

Illiud quoq; omnibus notum, quo pacto Enriques Guzmanus nebule Comes secundus Ioannis Alphonsi primi Comitis ersdem oppidi filius, idemque Alphonsi Petride Guzmanus nepos, cum terra marique oppugnaret Gebeltaricum alteram Ioannes filius pater meus, a maris Oceanus parte ipse pater, idemque annis mens clavigariis oppugnatoribus, astu superueniente vndis obrutus est, cumq; se in scapham receperisset, potuissetq; in columnis cuadere, dum misericordia percutiunt plures adiunxit, quan nani gium potuisset sustinere, ipse cum omnibus periret. Quid de patre meo prisimo a Methymna A sindica Duce Ioanne Guzmano dicamus qua fide, qua constantia, qua vigilantia bello plus quam ciuali, quod pater tuus gefit cum fratribus suis patruelibus Ferdinandique Terraconensium Regis patrii sui filijs, hac ipsam urbem defendit, cum reliqua omnes ciuitates finitimes ad illos defecissent. Qua felicitate, immo, qua celeritate Gebeltaricum illam familiæ nostræ fatalem post centum & triginta annos à Mauris possessionem recipit, Chri-

DECADIS PRIMAE.

stianaeq; fidei reddidit. Sed nolo Maiorum meorum obsequia in Reges suos debita commemorare, nam genus & Progenios, & quæ non facimus ipsi, vix canostra voco, sed tantum mea: quæ, quia omnibus nota sunt, paucis perstringam. Quanta labes universam Hispaniam inuasit, postea quam Enriquius frater tuus gubernationis habendas remisit, seq; totum paucorum animorum arbitrio tractandū dedit, nosti clementissima Princeps omnes ciuitates sive volentes, sive nolentes aliquem sibi ducem ex primoribus finitimi asciuerunt, maluerintq; tyranorum impotentiam pati, quam suo Regi seruire. Huic ciuitati duo imminebant, qui de priscis patribus parati erant decertare, ego(ut ingenuo fatear) & Rodericus Pontius Marchio Gaditanus, sed disspari ex eiusf; ego, ut patriam mihi clarissimam conseruarem, atq; in obsequio regis suo debito coninarem, atq; in eo statu, quo Nam a Maioribus meis accepi, persistare suaderem, ille vero ut quacunq; ratione posset, eam labefactaret. Vterq; quidem nostrum ciuis & indigenæ: sed qua pictate fuerimus in rcp. Hispalensem, non dico me & illum, qui in haec tempora in eidimus, sed mei atq; illius maiores, qui fuerant contemporanei: ciues ipsi sunt testes, cum mei semper coluerint hanc urbem quasi matrem, illius vero tractauerint quasi nouer eam. Et nunc vterque nostrum in suo studio permanet, atq; maiorum suorum instituta persequitur. Omitto Enriquo Rege, quid vterq; nostrum egerit, ego pro hac urbe, ille contra. Sed postea quam Celsitudo tua Hispanarū regnum potita es, facta Regni diuisione per Marchionē Villeg

natum, ego prior prouobis in hac urbe signa, acclamacionesq; substuli, ille vero siue scelerum suorum paenas timens, siue, quod est ingenio rerum nouarum cupido, statim aahæ sit ipsis ducibus, qui primi sumpserunt arma contra vos Reges clarissimi, atq; gubernationis vestre initia inturbarat, sunt conati: et ipse quoq; per se cum Lusitanorum Rege coepit agere, quemadmodum illi hanc urbem traduceret. Habet A sindum equis & armis nobilem ciuitatem grandipræsidio oppressam, pulsis ciuibus qui illius audacie non obtenuerantur. Habet Arcem cum Oppido Alcala ad flum iram in agro propemodum suburbano huius ciuitatis. Habet cōplures facinorum suorum adiutores & conscios, qui nibil magis spectant, quam huius orbis direptionem: at imprimis Ferdinandum Ariam metatorcm, qui Tarifam inserto gaditano Castellum munitissimum & Vtriam per gran de municipium cum Arce munitum tenet. Quid autem hoc tempore cogitet, arguento est, quod neq; per literas quie quam benignum ad Celsitudinem vestram scripscrit, quo se excusaret, neq; nunc quidem, cum sit tam prope, obseruantia sua erga vos declaratus venit. Erit igitur iustitia tue Regina clarissima bene de te, deque patria sua meritos premis afficere, male vero meritos male perdere, atq; imprimis hanc ciuitatem vobis, atq; maioribus vestris obsequiem, malis perniciofisq; ciuibus purgare, bonis autem pacisq; amatoribus quietam relinquere. Ad hanc Ducas orationem Regina comiter & benigne respondet, obsequia sua erga Regiam celsitudinem & Maiorum suorum benefacta in

DECADIS PRIMAE.

temp. Hispanā sibi esse gratissima, atq; eo nomine se habita-
ram rationem, ut non frustra fecerint ea, quae ex officio ho-
ni viri facere tenebatur. Quod vero ad Marchionem per-
tinebat, se eacūsa potissimum Hispalim venisse dixit, ut il-
lius urbis statim componeret, pacificaretq;. At Marchio
videns se eō Fortune delapsum, ut si quid anteā simulaue-
rat, iam simulare non posset, cum presertim nihil unquam pa-
lam fecerit, quod possset dici factum, in quo Regia maiestas
imminueretur. Hispalim venit vno tantum familiaris comis-
tatus, atq; à ianitoribus in conclave admissus, quo se iam Re-
gina receperat, suspicatus, longa Duci oratione, & causa, q̄
videbatur esse melior persuasam, alia via se insinuauit, bre-
viterq; illam sic alloquitus est. En tibi Regina prepotens
Marchio ille Gaditanus, quem aduersarij mei apud te crimi-
nati sunt, in manibus tuis est. Veni, non ut crimina illorum
in ipsis autores retor querem, delicatissimas aures tuas obtu-
dens, sed ut in me ab illis obiecta purgarem, atq; innocentia
meam ostenderem, que me securum facit, ut sine villa fide
publica huc venirem. Veni inquam non ut alios accusem,
sed ut me ipsum à suspicione de me concepta excusem. Di-
cant aduersarij mei, me tenere armis oppressam. A sinum
ad Alcala ad Iram flumium, ex hoc loco faciam tradi, cui Cel-
litudo tua iussit. Quod si etiam ipsi, qua mei patrimonij
sunt, opus est, hoc loco & tempore tibi trado, quando me
ipsum quoq; tibi tradidi. Quod vero ad suspicione de me
habitam attinet, si ullum fuerit repertum factum, aut dictum
in quo Celsituninem vestram leserim, ecce me paratum, ut

lese maiestatis crimen tuæ Celsitudinis arbitrio luam. Qd si fui negligenter in declarando hunc animi mei sensum, hic ipse aduersarius meus fuit in causa, qui mihi domi negotium facesset. Hac Marchionis oratione Reginam placata ad tradendas munitiones illum, omni crimine absolutum, dimisit.

DUQVOD Reginam receptis munitionibus, que ad Hispaniam pertinabant, totam regio; nem illam pacauit.

CAP. VIII.

VNQVA M putarat Dux à Methymia Asindica, Marchionē Gaditanum cōventurū, sed neq; famillares amici opinati fuerant, quod obsequiū exhiberet Reginæ, aricq; Asindicā traderet, cui Reginam tradendam esse iuberet. Nunc vero cum viderent omnia cecidisse aliter, quā existimat, omnes spes suas, inanesq; cogitationes abiecerint, siq; se paulatim ad alia studia trāstulere. Nam ante a toti a spe belli gerendi contra Marchionem pēdebat, seque locupletes facturos expectabant ex diuitijs agrestibus, quas Rustici agricolæ & Pastores illius iussibus subditū possidebant. Nunc vero alios curare mercaturā, alios prædia colere, alios rem pecuniariam exercere: & ex opificibus, turbaq; urbana suā quisq; artē repetere. Itaq; Arce Asindica à Marchione tradita loāni à Robreto & munitione Alcalā ad irā fluuiū, imperat

DECADIS PRIMAE.

Duci à Melthymna, ut Marchionis exemplo ex ipse tradidit munitiones, que ciuitatem ad Hispaniam pertinebant, idq; nō est cunctatus facere, ne videretur in execundis Reginæ ius sis segnior, quam fuerit Marchio. Fuerunt autem munitiones trans montes marianos Fraxinetum, Archium, Ara cina, Alcisuim, Constantina, citra montes Nebrisss, capita sancti Ioannis, Ponticulus, quibus præsidere bonos viros ci ues Hispanenses, qui modo fuissent alterutrius factiōis exortes. Iussit quoq; nomine suo Ferdinando Arie metatori, qui præsidio Vtriarum tenebat, ut Oppidum cum Arce Hispanis redderet. Mellariam quoq; quam iuniores in Tarifam commutarunt, restitueret Alphonso Enriquo Hispaniarum Arthithalasso, cuius præsidium hereditario iure ad illum pertinebat. Ad hec Reginæ iussa premeditatus respondet, iniuste secum agi, si quod scimel iure posset, si bi in iusto subripiatur, Arces illas ab Enriquo Rege sub se de publica Gonfalo Sazuedrae patri suo perpetuo iure tradidat, seq; illius heredem esse indubitatum, simuletiam Præfisi, qui pillo Vtrarie Arcē tenebat, iubet, ut se munit, tueaturq; polliceturq; si Regina obsidionem tentauerit, se tempestive supprias lateturum. Arcis præfes non minori animo iussa metatoris accipit, quā illi fuit imperatum: parat omnia, quibus opus erat ad se, comitesq; suos propugnandos, qui ex ipso parati erant, aut munitionem creditam tutari, aut indubitateam mortem oppere. Regina hominum pertinaciam audiens iubet illos magna cum diligentia obsidione cingi. Cohortes pretorianas, ex quā ex curialibus armari potuerat.

riant, et eos qui sponte suahuius se necessitati obtulerunt, eodemmittit tormentis & machinis muros quati præcipit, atque ita per dies circiter quadraginta nihil prætermittitur eorum, que inter obsecsores & obsecos iis obsidionibus fieri consueuerunt. Igitur Reginacum videret negotiū in dies protulari, Guterrium Cardenium Questorem suam maxime mittit, ut quo in statu sit res, inquirat, & quibus esset opus, cognoscat. Iscum primum Vtriam acceſſit, præfidem hortatur ut deditioñem faciat, antea quam Regine indignationem in se conuerat. Quod nisi faciat, atq; potius Fortunam quam rationem experiri mallet, se pro comperito habere illi breuiter esse pereundem. Ad hæc præses cum diceret nullas se deditioñis conditiones velle audire, quin potius malle omnia perpeti, que vici à victoribus perpeti consueuerunt. Questor maximus videns se nihil proponere, neq; à pericacia sua hominem posse renocari, oppositionē à quatuor partibus parari iubet, eò tormenta, machinas, flopetas, & scorpiones, arietes, & studinesq; intensi præcipit, atq; sub primi lumina solis & ortus negotiū in incipi, qd' sine illa intermissione ad vesperā usq; perdurauit. Cū ex vtrāq; parte plures cecidissent, neq; iā obsecos opergnatiū viris sublinere possent, cū recētes ex oppugnatis ribus fessis vulneratisq; succederet, neq; obsecos requies vila daretur, tādē vici succubuerunt. Cēs casis, aut ad mortē vulnerati præter duos & viginti, qui postridie Hispalim ad reginā in vinculis trāsueti suppeditio vitā finierunt. Nē præses imprimis pugnās miserabilitur & digne iā pīerat.

DECADIS PRIMAE.

¶ QVOD Regina dum cessa Hispani
Ioannem peperit, qui fuit deinceps pris-
mogenitus Princeps, atq; haes-
res designatus.

CAP. IX.

DVM hæc administratur à Regina Hispani, Rex
non cessat Castri Inni obsidionem interuscre,
atq; mittere in consultationem frequenter, si quo
modo arx illa sive dolo, sive pactione, sive quo
cunq; alio modo sine viribus capi posset. Nam cum ratios
ne sius oppugnatio foret periculosa, velletq; Rex non mul-
to sanguinis dispendio negotium confici, Recicit cohortes,
prefector instruit, stipendia militibus soluit, et ces-
tera, quibus se absente opus esset, imperat fieri: ipse ad Re-
ginam properat in Bæticis rebus occupatam. Vbi cum per
aliquot dies fuissent immorati, Regina, que ex longo tens-
poris interullo non pepererat, atque ea ex causa iam se in-
ter effectas numerabat, ex inopinato pregnans est inuen-
ta, peperitque filium suum primogenitum Principem Re-
gnorum heredem, ex parte Elisabe iam septenni, quam,
desperata virili prole, futuram Hispaniarum Principem
inventarant, atque ab alijs inorari fecerant. Natus est igit-
tur Ioannes princeps Anno à salute Christiana Millesimo
quadragesimo duo de octogesimo tertio. K.L. Italas.
Ingen ex eonincio sequuta est Leticia per omnes terras

Hispanorum Principum imperio subiectas, quoniam natus
in ille tranquillitatem, pacemque perpetuam omnibus polli-
cebatur. Illo eodem tempore Alboacen Granatensium
Rex per legatos petiit inducias à Rege & Regina, respon-
sumque legatis, induciarum conditiones placere sibi, modo
soluerent censem à Granatensium Regibus Hispaniarū Prin-
cipibus pendi solitum. Legati rursus misi eadem de re,
quod ad exactiōem census pertinebat, respondent. Reges
illos, qui soliti erant censem illum tributarum pendere, mor-
tuos esse, neque iam in monetarijs officinis cuidebatur an-
rum & argentum, nunc vero non fabricari nisi ferræ
cuspides & spicula, que præfigerent hostibus, quibus se ab
exactiōe illa tributaria liberarent. At nostri, tametsi re
 sponsū illud superbia, arrogantiaque plenum videbatur,
qui atamen inducias illæ ut isque conducebant, ex Lusitano,
rū temeritas & audacia pendebat adhuc temporarias indu-
cias concedunt. Restabat rebelliōem vteisci Metatoris Fer-
dinandi Saavedra: principio illius bona publicantur, spoliā-
tur honoribus, declaratur perduellionis rēcus, mituntur Cos-
hortes, cū Præfectis, qui illū querant, que siūmque vndeū
que ad ultimum supplicium trahant. Sed cum esset vir no-
bilis, haberetque complures propinquitatis & affinitatis in-
re coniunctos, quorum obsequia in Lusitanorum bello fuerāt
illustria, ut cumque merito venia donata, bona, honoresque
restituti, præsidium Tarifa cum Arce Alphonso Enriquo
Hispaniarum Archithalasso restitutum. Petro Godoi, qui
tres Carmonenses Arces præsidio tenebat, imperatum,

DECADIS PRIMAE.

ut illas traderet, qui aliquandiu cunctatus dum rependi sis
bi nescio quos sumptus exigit, tandem Regis & Regine
item veritus nulla conditione tradit, traditasque Gutierrez
Cardenio Questori maximo sub fide publica credunt.
Commendatarius quoque maximus Legionensis provinciae,
qui Lusitano bello, quemadmodum sepe dictum est, insignem
operam nauerat obsequiorum suorum fiducia petuit a Rege
& Regina supplicatque, velint ius suum in magistratus pe-
titione sibi seruari: se fuisse tredecim commendatoriorum
suffragans creationem, Magistratu atque totius ordinis consensu
pro magistro expeti, seque ita meritum de re publica His-
pana, ut repulsam pati non mereretur. Reginam vero & si
cupiebat dignitatem illam in Regis capite collocari, tamen
habita ratione commendatarij maximi tam praedclare de se
meriti, a Rege petit, ut illi cedat, neque ullam esse rationem,
ut in tam obsequentem amicum ingrati esse viderentur.
Iubent itaque illum i tredecim illis suffragatoribus & totius
ordinis consensu & una omnium voce magistrum creari,
mittuntque libellos supplices ad Ponificem Max. ut electio
illa apostolice sedis autoritate confirmetur, id quod est a summo
Pontifice concessum. Questor vero maximus in locum
Magistri in commendatarium maximum est suffectus.

RE X Victoriam proficiscitur, ut cum Ioane
ne patre quadam res commentaretur, & in
de Hispanim ad Reginam redit.

CAP. X.

PACATIS



ACATIS Beticæ contentionibus, munitiō-
nibusq; receptis, Rex, animo reuiscendi patrem
Tarraconensium Regē, à Reginā digressus, ad
castra Iulia venit, quorum arcem, quam Gonfa-
lus ab Abila sequestro tenebat, in Xanthion ab Aquila ciuē,
equitemq; Abilensem transferri iubet, præsidioq; & neces-
sarijs alijs rebus instruit. Inde Victoria reæla proficiscitur,
quo iam pridem constitutum erat, Tarraconensisū Regē esse
venturum, & quidem iam aduentabat, cum filius in occursu-
sum patri progrediens, cum iam congrederentur, filius pa-
tri dexteram manū prensans conatur illam exosculari, atq;
ille diu reluctatus manum subducit, seq; ad filij sinistram lo-
cat. Cumq; ad Tarraconensis diuersorium sic venissent, Hi-
spanus equo descendens patrem volebat in domū deducere.
At ille, absit, inquit, à me, atq; à dignitate tua fili charissime,
vt cum sis Rex Hispanie, unde mihi est origo, & cui oēs
ex eadem stirpe propagati obsequium, & obseruantiam de-
bent, ego sim tibi dexter, & tu mecum sinester, hoc est exte-
rior incedas, atq; ita pater filium comitatus est usq; ad illi
diuersorium, & inde ad suum redit. Ortus est deinde ser-
mo inter palatinos, vt fieri solet, an res te pater primas par-
tes filio cesserit, & filius acceperit. Nam veterq; Rex erat,
& Tarraconensis boſſes Hispani filij, atq; idcirco maiori
honore officiendus: & ihs accedebat, quod erat pater. At a-
lij dicebant recte factum esse, quod tanclsi Reges erant, sed
tamen ita diffaret, quod filius ex toto, ex parte vero pater
erat. Erat eo tempore præſens

DECADIS PRIMAE.

consulissimus, & orator satis vchemens & probatus, atq;
antiquitatem, & exemplorum memoria præclarus, qui ea de
re consultus ab hominibus ihs de rebus ignariis respondit, se
et fecisse virumq; Regem, & patrem, qui filio primas co
cesserit, & filium, qui acceperit: atq; imprimis afferebat ilo
lud, quod. Q. Fabius maximus Consul, cum pater procons
ul equo vchens illi obuiam processisset, imperavit lictor
i, ut iuberet patrem ex equo descendere, qui iussus pas
ruit, filiumq; collaudauit. Atq; hunc tenorem vterque,
in deferendis alteri honoribus, per totos illos viginti dies,
quibus Victoria sunt comorati, in sedendo, & assurgendo,
in deducendo, & reducendo, & ceteris in rebus omnibus,
in quibus vita humana prioris, & posterioris ordinem po
suit, seruant. Igitur cu primū de re cōmuni cœpissent inter
se commentari, primum de Regno Nararie constitutum est,
ut decernetur Phœbo ex filia nepoti Regis Tarraconē
sis, conseruareturq; in eo, tāquam unus familie Regū Tar
raconensis provincie, tametsi non per agnationem, sed per
cognitionem esset ex eadem familia ortus. Decreta quo
que sunt multa alia ad Regni Tarraconensis, & Siciliæ, &
Insularum nostri maris administrationem pertinentia. In
de digredi, Tarraconensis Tarraconensem suam, & Hispa
nus Castrī Inui obsidionem renuit, quam offendit ex voto
per pulchre instruita, & obsecros iam ad ditionem clamā
tes, & libenter iam de se dedendi conditionibus audientes.

Erat enim iam & numero multo pauciores, & viribus
exhausti, atq; omniū rerum, que ad virtū pertinebant eos

pia defecti. Cum enim res in eo esset statu, ut facile transfigi posset, cœptio[n]e est agi de arcis deditio[n]e, & Reges cupido ad maiora erwidi, & illis ultimum exitum timentibus sic co[u]nerunt, ut præses cum suis satellitibus, bonisq[ue] liberi abi[er]ent, quocumq[ue] vellent, arce[m]que Regis arbitrio relinques[er]ent, traditanque demoliri, atq[ue] solo æquari iussit, illi vero in Lusitaniam transmigrarunt. His peractis Rex Hispani ad Reginam proficisciuit, atq[ue] inde Cordubam ire constituant: ut quemadmodum res Hispanenses, ita & Cordubenses, que codem morbi genere laborabant, aduentu præsentiaq[ue] sua pacarent. Sed antea quam inde discederent, ut futurae ciuitatis tranquillitati prospiccerent, Marchioni postulant, ut licet sibi per regiam potestatem, & quo iure cum Duce a Methymna in patria comituni viucre, responderūt, non esse e rep. Hispanensi, ut redditus in urbē illi pateret, quod cum Marchio ægre tulisset, ut ipso exulanter, & mulus in urbe maneret, Duci quoq[ue] à Methymna idem imperarent.

Illi namq[ue] absentibus facile poterat ciuitas esse quieta, cū cause disceptandi tollerentur.

Decadis primæ & Libri septimi Finis.

Reliqui tres libri temporum initia desiderantur.

S y

ÆLII AN

TONII NEBRISSENSIS AVTORI

tate Regia Hispaniarum, atq; Hispanenſium rerū Hiſtorici in ſecundam Decadā, que eſt de bello Graſatensi Prefatio, in qua oſtenditur, neq; Princi-
pibus Hispanis fuſſe vnuquam ad bellum
inferendum vires maiores, neq; hoſ-
ſibus ad propulsans
dum auctiores.

EQ VIT VR bellum Graſa



tene, quod & temporis ſpacio,
& expeditionum apparatu, & hoſtilium robore, & locorum diſſi-
litate fuit maximum omnium, que
poſt deletas Gotthorū opes in His-
paniam vnuquam geſta ſunt. Su-
periorū nāc Regnū in Mauroſ ex-
peditiones partim tumultuarie, partim interciſſe multorū
armorum intercapdine fuerunt. At poſtequam ſemel Prin-
cipes noſtri bellum hoſſibus inſerte decreuerunt, nunquam
ceſſatum eſt, quo ad per continentē annos prope decem os-
mnia fuit conſecta. Nulla propemodum interea quies data
militibus, non in domibus ſuis, non in aſtiis, non deniq; in

bibernis, quin potius prioris cuiusq; victorie finis, principis
pum erat sequentis. Quod si te ad bellum apparatum cons-
uetas, nihil defuit, quod ad maxima potentia vives ostendit
tandas pertinet, non pedium, equitumq; cataphractorum,
non leuis armaturae numerus incredibilis, non caruciorum,
milionum suffarrancorum, non calorum, lizarum, fabuleto-
rum copiosa multitudo, non tormentorum, machinarumq; ge-
nus ullum, non commutatus usq; ad satietatem terra, mariq;
aducet. Nam quod ad hostes attinet, nuncquam ad eam
pora res Maurorum fuerunt austiores, & militum numerus
ro, robore, exercitatione armorum, aliaq; ad exercitus, stipens
diaq; persoluenda adiutores. Ad septies mille stipendiarios
equites ex publico in belli procinctu semper habebat, praeter
euocatorum, gregariorumq; innumeram multitudinem.
Nam peditionem tantus erat numerus, ut Granata ipsa in mes-
dio totius regni sita posita, neq; ad bellicos tumulus parata,
vii cerebatur, solita sit per singulas urbis portas, que
numero erant septem, ferentiorum, sagittariorumq; ternos
millenos effundere viros. Quod vero ad publica veelliga-
lia pertinet, ad stipendia militum persoluenda, arces munici-
das, machinas aptandas, aliaq; ad tantum bellum necessaria. Si
quis tractus illius angustias, & soli malignitatem, præcripta-
q; montium consideret, incredibile, quod sum dicturus, vide-
bitur, dicam tamen nihilominus, septies ceturum mille aureos
patrios Regi suo Granata regnum quotannis pendebat, qui
numerus ratione ponderis in ducales nostros aureos in des-
cias centum mille excrescit. Vnde igitur dicet quissiam

DECADIS SECUNDÆ.

Sub principibus nostris tanta fisci diminutio regni illius facta est. Quia nimirū alatributorum ratio sub illorum Regibus quondam fuit, quam nunc est sub nostris. Illorum imprimis agricole & pastores frugam, pecundumq; Regi suo pendebant septimas, quemadmodum nostri sacerdotibus, & ecclesiæ, atq; ipsi etiam tantum decimas. Illis, quib; non erant filii, necesse erat, Regem ex afferre relinquere heres dem, & quibus erant, pro virili portione cum illis cohereres deinceps instituere. Quo præterea die nouelle pecudes, aut armenta cuiusq; signo intrebantur, tertiam partem valoris quanti estimabantur, fisco annotabant. Iam vero ex portorijs, vecturis, delationibus, calumnijs, innumeris exactiōnibus, incredibile dictu est, quantum regius census augeretur. At vero apud nos nihil tale, aut siquid est, per quam modicum est. Quare nihil mirandum, si tanis copijs, tantisq; rerum omnium facultatibus hostes freti tandem potuerint principion nostrorum potentiam sustinere. Sed bene, quod tandem penes illos victoria fuit, qui erant, quæ admodum iure, ita & armis, potiores.

DE NUMERAT causas, cur iuste Hispani
principes bellum Granatenibus Mauris inten-
tlerunt. Et quemadmodum Zahoracæ
stetum in collimitio situm
in Mauris captiu-
est.

CAP. Primum.

COMPOSITIS Hispaniae rebus, quemadmodum in superioribus decem libris prescripsit, est iam Principum nostrorum fortuna laborabat in inuenientis causis, quae illos socio, ac longa pace indormientes excitarent. Et si enim iam inde ab incivitate regni sui exordio illa maxima cura eorum animis infederat, quo pacto delere possent dedecus illud Hispaniae, atque pro inde totius Christiane religionis insigne opprobrium, ingruentia tamen negotia non sinebant illos de tanti belli magnitudine cogitare, cum preferentim ex superioribus bellis, atque rerum omnium perturbatione Hispania respexit penitus labefactata. Et quamquam nulla bellum iustior poterat nideri causa, quam pro religione contra nomini Christiani hostes arma corripere, cum aliqui philosophi tradidissent, eos, qui intellectu vigenter, atque ratione suapte natura Barbarorium esse dominos, atque eodem iure bellum illis iuste inferri posse. Accedebant tamen aliæ propiores cause, que non tam patiescantur nostros tam longo tempore desiderare, atque illa imprimis, quod ab hesternis nationibus iam pridem probro nobis obiecatur, quod non modo hostes in conspectu nostro, atque ante oculos positos non submoueremus, verum etiam crebris nos iniurias ultra lacessentes vix possemus sustinere. Quis enim ab orbe nostro tam remotus, atque rem nosrum tam ignorans erat, qui nesciret agrorum populationes: armentorum, gregumque: cum suis pastoribus direptiones: vicorunt, casstellorumque expugnationes ab immanissimis hostibus illatae?

DECADIS SECUNDÆ.

Erat et altera causa, que nos propensiōri quodā modo stis mulabat, ea q̄ maiorū nostrorū socordia fuerat ab alienata, queq; ad nos hereditario quodā iure pertinebant, iusta clari gatione, ac longi postliminy iure nō repete re. Quid: quod hostes cotidie magis magisq; inualescerāt, et in dies plura minabantur, atq; præclare nobiscum agi putabamus, si equo cū illis iure Hispaniarum rerū imperio potiremūr. Superioribus his causis accessit alia propinquior adhuc, que belli hosti bus inferendi occasionem faceret iustiorem. Nam principes nostri dū student bella intestina, dissensionesq; ciuilis cōponere, atq; pirata: um, grassatorūq; latrocinia cōerce re, ac præterea leges ferre, quibus futuræ tranquillitatis, pacisq; fundamēta iacerentur, permiserāt tēporarias cum hosti bus inducias fieri. Erat ea tēpestate Maurorum Rex Has li Abenazar am vir in bellicis artibus apprime dōsus, nec minus rerum nouarū cupidus. Iscum intelligeret, nostros alijs in rebus occupatos, factus certior Zaharan, castellum id erat mediaregionē inter Asindum, Arwidang, situm, negligētius custodiri, ac præsidio esse vacū, arripit occasiōne, et contra fas, iurag, fecialia, ac induciarum pacta conuenta castellum noctu oppugnat, ac non multo negotio capit: arcis præsidem, præsidariosq; obtruncat: matres, virgines, viros, puerosq; vincitos cum armenis, et gregibus pecudum in speciem triumphi dicens, arce, castelloque validiori præsidio munitis victor se ad suos recepit. Eo tempore, Rex et Regina Methymne ad Campum agebant: qui, eorum, que ad Zahara gesta sunt acceptio nuntio, nihil cūctato

dum esserati, omnia consilia in hostes vertunt, arma parant, exercitus conscribunt, pecunias vndeunque honeste possunt, magna cum diligentia conquirunt, cum primum fieri possit bellum hostibus illaturi, illa maxime fiducia leti, quod violati foederis, iurisque gentium nefas ab hostibus primum steterit. Et ne quid interea detrimenti limitanei paterentur, scribunt ad ciuitatum praefectos, ad arcium, castellorumque praesides, & ad eos duces, quibus prouinciae Beticæ, atque Murgitani regni ex antiqua Hispanorum consuetudine finium tuendorum cura demandata est, ut excubent in armis arces, atque oppida munitant: litesque summa vigilancia tueantur. Alphonso præterea Cardenio equestris ordinis, qui sub domini Iacobi nomine dicatus est Magistro, per literas imperant, ut quem maximo possit equitatutu astygitanam Coloniam infideat. Alterius quoque militie a Calatrava Cisterciensis Magistro Roderico Tello Gironi, ut Mentesam praefidio teneat, omnibusque in commune edicunt, ut non modo hostianæ excusiones per agros compescant, verum etiam ipsorum fines populentur, ac ferro & igni vastatos reddat. Quæ omnia nihilo secius, quam illis sunt impetrata, exequuntur.

QUEM AD MODVM Alano Duce Mars
chione Gaditano, & Iacobo Merulo ciuita
tis Hispalensis praefecto expu
gnata, & capta est.

Alfama.

CAP. II.

DV M hec per utriusque partis limitaneos aguntur, Iacobus Merulus, quem Rex & Re gina ciuitatis Hispanensis prætoribus, senato ribusq; assessorum dederant, atq; impendentis belli necessitatibus præfecerant, agit per exploratores, ac scimitarum, diuerticularumq; viros peritos, ut pertinet oppidū aliquod, siue castellū hostile, si quo modo possit an ostrii intercipi. Paucis post diebus referat Malacam urbē maritimā, atq; mediterraneā segniter, Alamā negligētius ab hostibus obseruari. Merulus rem omnem ad Roderis, cum Pontium Marchionem Gaditanum referat, atq; vierque Petrum Enríquez provincie bæticae præfectum in consiliū adsciscunt. Cumq; de alterutra urbe petenda diutius con sultassent, placuit tandem Alanam debere peti, propterea quod videbatur expugnari, captuq; facilior. Omnibus vissum facinus præclarum, atque omni laude dignissimum, et in quod esset totis viribus incumbendum. Sed quia grādiori exercitu opus erat, hortantur alios proceres, arcuq; præfides, ut veniant ipsi, aut auxiliares mittant copias. Enriquum Guzmanum à Methynna à Sindica ducentibus ius consiliū non fecere participem ob antiquas similitates, que illi cum Marchione Gaditano intercesserant. Coiere ad negotium peragendum leuis armaturæ & equitum ad tria milia, peditum aliquanto numerus amplior, qui per mons

tium anfractus, perq; iuga, vallesq; depresso, nocturnis
gis quā die iter facientes non sine magna difficultate perue-
niunt tandem nocte intempesta in conualem, que aberat ab
Alama passuum circiter duo millia. T recenti ex omni nu-
mero strenui milites iubentur sequi duces itineris. Cūq;
urbem proprius accessissent, præmittit excubias, ut car-
pent, quid apud hostes agatur. Referunt, ab arcis par-
te omnia esse quieta, non circitorum exhortationes, non
vigilum acclamations, non denique vultum audiri strepi-
tum. Igitur per amicæ noctis silentium scalaris muro extre-
riori admouent scandit primus omnium Ioannes Ortega,
qui se profitebatur scalarium, vir paraus in utruq; fas-
cinus, sine rem confidere, sine certæ occumbere morti. Ses-
quebatur illum Martinus Galindus paris audacie vir ab
Astygi urbe nobilissimus eques, sed à quodam familiari
suo instantis periculi admonitus, locum cedit. Ille gradum
occupat, qui ab Scalario interrogatus, quis tu es, qui me se-
queris? Ioannes, ait ille, Toletanus. Subiicit Ortega, à Toledo
intantare aliquid boni? Perge, inquit ille, nam paulo post
experieris. Tum sequitur Martinus ipse Galindus, & post
illos cōscendunt alij triginta, qui occupato exteriori arcis po-
merio trāsiliunt murū interiorē, vigilis somno semisepul-
tos trucidant, aliosq; ex eadem arce auxilio subeuntes pari-
ratione cōficiunt. In quo Toletanus ille (quēadmodū erat pol-
lici⁹) egregie rē gesit. Capiuntur nudiculae cū pueris, pre-
fidiārū ex muro deturbantur. Noslri arce potiti seras pos-
stici in agrū spectantis frangunt, socios in arcam ad serccis

DECADIS SECUNDÆ.

piunt. Oppidani, qui in media urbis parte siti, summa in pace securi agebant nihil tale formidantes, terrore subi-
to percussi corripiunt arma, ut arcu quam primum sup-
petias ferant. Quam ab hostibus occupatum videntes mu-
rorum turres, & propugnacula, civitatis portas, & templa
præsidio muniuit, vias ad arcem spectantes vallo, & fos-
sa, beronibusq; occludunt, etq; ferreos arcus, scorpiones,
ballistas, sclopetas, & alia tormentorum genera compor-
tant, sagittas, catapultas, phalaricas, glandes plumbeas, &
fæcios orbes in arcis portam pariter intendunt, metuentes,
id quod erat futurum, ut inde hostes ad urbem diripiendā
erumperent. Augebat illis animum ad obcundos labo-
res, quod ad paucas horas expectabant suorum auxilia tun-
ca castellis, oppidisque finitimis, tum etiam à Granata ipse
equitum, peditumq; egregia altrice, que non amplius quam
triginta millia passuum aberat, & que unius diei itinere
posset longè maiorem exercitum auxilio submittere, quam
noster esset. Quod ipsum nostros vehementer angebat,
intelligebant namq; si eo die tota urbs in potestatem suam
non venisset, omnes suos labores frustra suscepitos, atq;
postridie tantam hostium multitudinem superuenturam, ut
neq; arcem tueri, neq; cum illis configere, neq; illorum im-
petus sustinere, neq; se demum (nisi maximo accepto detri-
mento) posse ad suos recipere. Interim dum quid consilij
cipient duces, exquirunt. Xanthus ab Abila Carmonens-
sis arcis præfectus, vir nobilis, atq; aximi præceps, qui &
ipse insignem equitum cohortem ductabat, est ne quisquam

ex vobis, inquit, viri fortissimi, qui me in hostes trumperet volentem sequatur? Aderat forte pari magnitudine animi vir Nicolaus Rogins, & ipse arcuensis arcis praeses, qui ait, Ego te, mi Xanthe, & si nemo alius sequeatur. Vnum & communie periculum, una salus ambobus erit. Qui alios, ut sequerentur, exhortati, vix prima portarum limina attigerant, & in medio statim eruptionis conatu hostium telis obruuntur. Eorum cæde nostri animo confertati diffidererebus, incerti quid agant, quo se consilio extantis angustijs explicent. Visum est quibusdam arcem demoliri, seq; ante, quam hostes auxilio veniant, debere ad suos recipere. Sed Marchio, & provincie Baetice praefectus, & Iacobus Merulus, & quibus erat animus praesens, ac bello viuenda virtus, arcem nullo modo deserendam esse censem. Causabantur illi imprimis difficiles in urbem aditus, hostium auxilio subeiotium in breui tempore aduentum, ac preterea rerum commeatus penuriam. Hi vero contendunt ab incepto nullo modo esse desistendum, & quando in arce capienda semel fibi bene cessit, virginose esse successus, atq; viam inueniendam, qua tota urbs capiatur, & quo alacrius rem adoriantur, ciuitas diripienda militibus proponitur, ut quod cuiq; ex præda cesserit, extra sortem possidat, neq; in manubias redigatur. Itaq; placuit demoliri partem muri, qui arcem ab urbe dirimebat. Per urbis ruinas nostri duce Marchione agmine fasto trumperet, alijs per arcis partem, alijs per muros, quæ parte erant arcis continentes. Alij domorum culmina consen-

DECADIS SECUNDÆ.

dunt, alij parietes communes suffodiunt, pars viationans
gustias obſident, pugnatur vndeque vehementer, eminus tec-
lis, communius gladijs. Hos predae atq; victorie ſpēs
alit, illos urbis amissae desperatio agit precipites, virosq;
auxiliorū aduentus acuit: noſtros, vt ante hostium aduentū
rem peragant, illos, vt partem urbis capte integrā ſer-
uent, qua ſuos opem laturos receptent: pugnatum eſt tota
die ad vespertam. Mauri deinde paratim pugnacēdere,
ſeq; in templū, quod non lange à muriſ erat, recipere. At no-
ſtri, ne quid ultra muros eſſet hostile, oppugnationem tem-
pli non diſſerunt: teſtudines, pluteosq; parietibus admouēt,
arietibus limina quauiunt, apponunt incendia, obſeffi tandem
partim capiuntur, partim trucidantur. Atq; ita noſtri
preda ingenti, et grādi captiuorum numero, et quod iam
inde ab initio petierant: florentiſima verbe potuerunt. In
Alana expugnata dannum Zahare ab hostiis illatū com-
pensauimus, pr̄eterquam quod ad futuri belli momentum
plus detrimeni in eius expugnatione intulimus, quam in il-
lius amiſſione accepimus, quod postea totius belli exitu in-
tellectū eſt, parva Zahare amissae (in limitibus pr̄eſertim)
accepta iactura, atq; ingens Alane inhostilis regni viſecō-
ribus illata, futuri euentus omen fuit, quod paruo noſtrorū
detrimento dira calamitas, atq; pernicies et a hostiis acci-
pienda. Quod et fanaticus quidā ſenex non diſſimulauit,
quicū p̄lmū de Zahare expugnata nūtius Granatā eſt alla-
tus, aut me, inquit, mea fallunt oracula, aut de regno Ma-
rorū in Hispania, quod per tot annos poſſederant, autū eſt.

QVOD Granatensium Rex ex Alame
nuncio cum ingenti exercitu venit,
atq; oppidum à nostris cas-
ptum oppugnat.

C A P. III.

GX Alame captiæ nuntio ingens trepidatio
Granatae cōsequuta est. principio nemo erat,
qui crederet nostrostantum facinus aggressus
ros, ut urbem in medys regni penetralibus
fitam, attentarent. Sed postea quam unus & item alter
rem certiorem facit, atque alius tantum arcem, alius pars
tem quoq; vrbis, alius totam urbem captam nunciat, omnes
in cōmune fortunam suam lamentari, lugere regnum, quod
tanto tēpore posse derant, brevi perituru. Rex ipse tanti ma-
li nuntio percussus, rē ad populi primores refert, quod posse
esse tante calamitatis remediu, excquirit. Placuit totis viris
bus incūbendū, ut quā primū suis laboratibus, atq; in ult-
timo periculo cōstitutis ex præsentibus copijs suppiciasfer-
rat. Deinde cum omni equitatu, peditatuq; atq; tota regni
mole laborandū, ut hostē in medij regni visceribus exuls-
tate, abigat. Misit itaq; subsidio mille armaturæ leuis equi-
tes, qui postridie ei⁹ dici quā urbē capta est sub primā lucē
visi muros bis, terq; obequitarunt, vidētesq; omnia iā in ho-
stium potestate redacta, neq; quicquā auxilijs suis præstare

DECADIS SECUNDÆ.

posse redierunt, Rex interea scribit ad omnes omnium
præfectoros, atq; arcium præsides, ut pro negotijs magnitudi-
ne cogant exercitus, quem maximos posint, atq; ad Alamans
obsidendum quatriduo conueniant. Intelligebat namque,
omnem spem vrbis recuperandæ in celeritate positam esse,
antea quam hostes se validiori præsidio muniant, & ma-
iores Christianorum copie confluant: atque tormenta, &
machinae cum grandiori commixtu eò comportentur. Qui
nibilo secius quam sunt iussi ad locum, tempusq; constitutū
omnes conueniunt. Erat equitum ingens numerus, sed pe-
ditum incredibilis multitudo, inter quos sagittatores, filios
petarj complures. Castris posuis constituerunt ab omni-
bus simul partibus urbem incessare: non diu, non noctu ab
oppugnatione desistere, ut nostri anticipi periculo distracti,
atq; vigilys, & laboribus defensi cederent. At duces nos-
tri multitudine hostium commoti nihilo segnius agunt, mili-
ties per murorum pinnas, propugnaculaq; partiuuntur: co-
hortes, que laboribus opem ferant, certis in locis diffos-
nunt. Ipsi per vrbis pomeria propugnatores hortantur,
ne intanto discrimine rē somniculose, negligenterq; agat.

At hostes, tametsi non venerant instruti machinis, suis
phorarijsq; tormentis, magno tamen animo, vel potius te-
meraria quadam desperatione muros undiq; adoriantur:
pluteos, ac studines murorian radicibus admonuent, funda-
menta suffodiunt, arictant portas, scalas admonuent, nullūq;
tempus intermitunt, in quo non hostibus obsecris negotiū
faceant. At nostri, & si numero pauciores erant, non
modo

modo superfūit arimus ad detinendū hostes, verū etiā
ausi portas erūpere, oppugnantes vltro incessabant. Cade-
bant ex illis complures propterea, quod ausi temerario, vel
potius precipiti quadam rabie concitati ad muros accede-
bant. Oppugnatū, propugnatū q; est oppidū eo die sumis-
mis vtrinq; viribus. Sed Matuci cernentes nibil se ea op-
pugnatione proficere, statim flumen, quod urbē praterla-
bitur, per inciles fossas diuertere. Nostri vero ne aquatio-
nis usus interciperetur, cū alioqui non essent in urbe fons-
tes, nō patei, nō cisternae, coactis iunt pro aqua cū hostib⁹ pa-
gnā cōscrere. Cūq; ex vtrisq; parte cōplu es cadent, non
potuit effici, quo minus hostes magnā fluminis partem aliō
diuertenter. Erat cuniculus ex urbe per iendens ad flumē,
aquaonis usui iam pridem ab oppidanis cōparatus. Sed
cum ex diuersa fluminis ripa sagittis & missilibus aquato-
res summouerentur, non potuit euitari, quia pro usu rei tā
necessarie ab vtrisq; diu noctisque pugnaretur, atque plus
res vtrinque caderent. Laborabant præterea nostri alia
rum rerum militarum inopia. Nam cum iam inde ab ini-
tio vrbis capta diriperetur, multitudo ignara consiliorum
putans urbem non eo expugnatam, vi munitionis præfis-
dio, sed vt direpta dirutaque desereretur: frumenta equis
proculcandas parvunt, dolia & serias mellis & olei trans-
gunt: atq; corrūpunt alia, quæ possent aliquando usū ssefu-
tura. Duces nostri intanta rerum omnian difficultate posi-
ti, ab verbib⁹ finitimi per literas auxilia petunt: proce-
res, primoresq; populorum ad forendas suppeditias horiantur,

DECADIS SECUNDÆ.

quanto in periculo sint exponunt. Dicem à Methymna
Asindica ob memoratas simultates veriti sunt commonere,
ne rogatum facerent detriorem sibi, implacatioremq; cian
præsertim detantare illum à principio non consenserint.
Ad Regem præterea Reginamq; scribiant, quo in statores
sit, enarrant atque, ut copias auxiliares quam primum ciuitatibus
mittendas, hortantur.

DE auxiliaribus copijs cum cōmeatu obſeffis missō,
et quod Rex è Methymna profectus ma-
gnis itineribus properat, ut
negotio interesset.

C A P. IIII.



V N T I O carum, quæ ad Alamam gerebā-
tur ad finitimas nostrorum citates allato, os-
mnes se incredibili studio ad arma capessenda
concitare, atque suis in tanto periculo positis
ad auxilia ferenda cohortari. Sed imprimis Enriquus à
Medina Sidenon Methymna Asindica Dux simultā, quæ illi cum Marchio
ne Gaditano intercesserant, aut obliuione sempiterna memo-
riam delens, aut ad tempus dissimulans, equites peditesq;
aut sue ditionis, aut sua era inerentes euocat, amicos rogar,
omnes in communione ad ferendam laborantibus opem accen-
dit. Exponit præterea publicè apud Mensarios ingentem
pecuniarū accrū, vnde stipendia gregarij militibus pers-

soluerentur. Atq; in hunc modum, quam maximo exercitu
 comparato, accedunt altere copie à Corduba, Astygi,
 Hispali, Afindo, ceterisq; Oppidis & municipijs in hostium
 collumitio positis. Conueniunt præterea eodē comes Aega
 brensis & Alphōsus Aquilarius, atq; Limitancorū Prae
 fti, qui omnes grandirerū omniū cōmeatu, & qui posset si
 bi, obcessisq; sufficere iūmētis imposito, Alama cōtendunt.
 Mirum, tam breui tēpore tantam equitū peditumq; multiu-
 dinem potuisse vnu in locum conuenire, atq; tanto omnium
 consensu, tantaq; animi alacritate ad præclarum facinus per-
 gedū, conurasse. Erat ea tempestate Rex & Regina Me-
 thymne ad campū, qui nuntio accepto de Alama à nostris
 expugnata, & deinde ab hostibus obsessa, nihil cūctandum
 esse rati, cunctis viribus opitulandum esse interclusis, decer-
 non, Ad Bæticā & prouincia ciuitates, Oppida, Castella, ar-
 ciunq; præfides, & ad limitancorum præfectos scribunt,
 ut sint in armorum procinctu. Ipse vero Rex, quo die nū
 tium accepit, à Regina digressus magnis itineribus Cordus
 bam contendit. Erant in illius comitatu Beltranus Dux
 Alburquerque, Petrus Manriquus comes à Triuñio,
 Enichus Mēdoza comes quoq; à Tendilla, quibus se deinde
 adiunxit Ioannes Silvius Cētifontanus comes ex Tolcto - ut
 ber regia progrediens in occiduum. Cumq; peruenissent
 Adamuzum, oppidum est id à Corduba distans septentrio-
 nem versus pessimum circiter millia viginti, mittit litteras
 ad ducem Methymneum, ad comitem Aegabrensem, ad
 Alphonsum Aquilarianum: & ad alios eabrum præfectos,

DECADIS SECUNDÆ.

imperans illis, ne properent, seqꝫ expectent, velle se dicit, ferendo subsidio interesse. Atqui duces, qui iam intrabo stium fines exercitum duabant, cum grandi armorum com meatusq; impedimento putantes iam non esse integrum, sed neq; iutum retrocedere, tum quod obfusi laborabant in summa marcerunt omnium inopia, tum etiam quod tantus exercitus non poterat diutius cōtinciri, propterea quod ad paucos dies erat conductus, et paucorum dierum cibaria comportabantur, et scribunt ad Celsitudinem suam, sc̄ voluisse illissi iubitis obtemperare, sed rem eō loci deductam, vt iam non sit in ipsorum potestate, vt saluis rebus possent repedare. Oabant, obtestabantur q; illum, quando aliud fieri non poterat, id quod fecissent, boni consuleret. At Rex nihilo segnius institutum iter paragit, quo ad ventum est ad locum, quem accolæ Pontonem magistri vocant. Vbi certior factus exercitum procedere, neq; posse illum ob memoratas causas expectare, properabat tamen, vicopias consequeretur, nisi periculi à finiimis hostibus imminentis admonitus fuisset. Itaque statuit, Ramble, rei euentum expectans, immorari. Vbi vero postridie nuncium accepit de hostium fuga, deg; Alama obsidione solita Cordubam rediit, quo venturam esse Reginam convenerat, cum qua de futuri belli ratione consultaretur. Constatbat namque Granatenses Mauros, dum haberent hostem in agro prope modum suburbanum, nūs quam quieturos, sed neque cessaturos ab obsidione repetendis, quo ad urbem amissam recuperarent. Ex quo alterum è duobus erat necessarium, aut urbem relinquendam,

aut bellum esse continenter gerendum. Nam quod erat tertium alternis mensibus tam grandem exercitum cogere, qui sufficeret ad commecatus importandos, infiniti cuiusdam erat sumptus, & unde multo maius detrimentum nostri, quam hostes, acciperent.

SOLVITVR Alame obſidio: commecatus in
urbem importatur, Dux à Methymna cum
Marchione ex antiqua ſimulta
te in gratiam redit.

C A P. V.

A V R V S deserta obſidione, cum ſe Gra-
natam recepiffet, noſtri iſummarerum omnium
in opia laborantes, ſpem, metumq; inter dubiū pē-
debant, cum ſpeculatores nunciant auxiliareſ
noſtrorum copias aduentare. Eruunt per tis bipaten-
tibus omnes, atque in occiuſum venientium bilares proce-
dunt. Runt utriq; in amplexu, & oſcula dicunt, acci-
piuntq; ſalutem. Hi percentari, illi narrare pericula ges-
ſtunt. Hosiunt, beneficia in tam bene meritos collocasse,
hi conſervatores, atq; vīta, ſalutisq; ſuāe autores veneran-
tur. Iam Gaditanus Marchio accepert, quanta animi ala-
critate Dux à Methymna ſe gemit principem in contrahen-
dis auxilijs, quantaq; liberalitate in ſtipendio militibus per-
ſolnendo fuerit uſus, quantos pratrealabores in diuīdo

DECADIS SECUNDÆ.

exercitu subierit, cum alioqui potuissent iure suo in aduersarij calamitate, aut letari, aut saltē dissimilare. Ipse prior ducem adit, atq; post arctissimos amplexus dista, acceptaq; salute huiusmodi verbis est. *Vsus.* Hic dies clarissime Dux, mihiq; imprimis obseruide controvrsys, simultatis busq; nostris finem imposuit, idemq; spero initium dabit necessitudinis, amorisque inter nos sempiterni. Nam & ego semper meminero beneficij à te hodie accepti, atq; salutis, quam tibi vni acceptam refcro, & tu è diu ero cum de me cogitabis, de tua erga me benignitate memineris, & te meæ salutis autorem fuisse lætabere. Sed quando neque fortunata desiderat, ut tu in me beneficij gratia referas, neq; pro tua animi magnitudine id à me exigis, reliquæ est, ut Deus immortalis, & mens fibi consciarecti præmia digna ferant. Ad que breviter Melhymnus Dux, missa, inquit, isthac fat perquam illustris Marchio. Neq; enim decet in causa maximæ religionis Christianæ bonos viros priuarum simultatum meminisse, quin potius omnes offensas, si que hinc inde, aut illate, aut accepte sunt, condonemus parie, atq; nomini Christiano, eternaque obliuione sepietiamus. Nunc quando bene virisq; cessit, genialis agatur iste dies, sicutq; inter nos gratiae reconciliatio et testis sempiternus. Iungunturq; hospitia, & quæadmodum est in adagio illo veteri, pares cum paribus facillime congregatur. Sed quid uō mortalia peccatora cogit atri sacra fames? Cernens auxiliaris miles hospitē suū seruis, ancillis, & mis, omni que precciosa supellecili adatsum, cœpit inuidere, atque aliis.

alium missans extimulare, cui non inquiens, et nos quoq;
 ex predā pro virili portionem petimus, qui non minus in
 ferendo auxilio, quā isti in capienda urbe laborauimus?
 Itaque cum postridie de relinquendo in urbe præsidio, deq;
 reducēdo exercitu à ductoribus ageretur, cœptum est non
 iam obscurē, sed palam, atque pro concione publica discepia
 ri de præda inter præsidarios, sudſidariosque diuidenda.
 Hi namque dicebant, deberi sibi nō modo partem spoliorū,
 sed & omnem prædam quando, ut ait pœta, non minor eſt
 labor, quam querere, partaturi. An qui in summare
 rum omnium difficultate, atque angustia positi iam iam in
 hostium potestatem venturi erant, aut cedent misericordiam
 subitari, non dederent ſectionis ſuis omnibus bonis, vite, fa
 lutisque ſue autoribus? pelle, inquit, ſcriptura ſacra, propellē
 dabit homo pro anima ſua. Illud insuper addebat ex li
 mitaneorum iure, legibusque iam inde ab ipſa hominū origi
 ne obſeruatis, qui in hostium potestatem deuenient, ſui iu
 ris omniumque bonorū ſuorum facultatem amiferunt, atque
 ſui ipſorum dominium in viciore tranſulere. At vos,
 inquiunt, omniaque bona vestra, tam ea, quae ante iure pos
 ſidebatis, quam ea, quae nunc ex belli huius manubijſ obuene
 runt, vestri iuris eſſe defiere, cum iam in hostium po
 testatē vētura eſſent, niſi nos auxiliū tulifſem⁹. Que igitur
 inuidia eſt, nō cōcedere partē illis, qui uobis oīare dideſerūt,
 vitam, libertatē, fortunasque omnes, tā iure ante a poſſeffas,
 quā nūc ex bello aduertiſtas? Illi vero cōtra, immo inquiunt,
 que aequitas, quod iure noſtrum ſemel eſſe cœpit, quodq;

DECADIS SECUNDÆ.

vigilijs, & laboribus, atq; insuper vita periculo nobis ac
cessit, atq; in censum nostrum iuste numerari debet, nobis
inutis velle præripere. At liberas tis obſidione deten-
tos, aperiuſtis viam, qua ciuibus vestris in pariam redi-
tus patcret feciſtis, quod ex iure diuino, & humano facere
debiuſtis. Nunc vero pro eo mercedem exigere, quod ul-
tro bene feciſtis, quaē humanitas est! immo quis pudor, atq;
incivilitas, beneficium ſemel bene collocatum exprobrare? His
ſeſtimuliſ, atq; iurgiſ in rixa, & ex rixaſ in pugna pro-
uocant̄. Dux à Methymna ſic alloquitur. Quo pergitis
dō cōmilitones mei, quiſ furor, iraq; mentem precipitat? hoc
tantum obſecto prohibete nefas, ne velitis pro parua bono
rū fortune accessione, tantā rei bene geſtae gloriā cōmacu-
lare. Et quid aliud hofteſ noſtri contranos facerent, quam
quod vos facere incipiatis? Nunquid ea ex cauſa huic veni-
mus, ut cum ciuibus noſtriſ pugnam conſeremus? an poſ-
tius ut ex periculo, & obſidionis anguſtia explicaremus?
Sinit igitur, rogo vos, habeant illi parua, atq; minata for-
tunę bona, que ſibi forte ſua obtigerint, duam modo vos
beneficētie veſtra cōſcientia fruſmini, que ſola bonis, atq;
ſapientib⁹ viris p̄miū recte factorum ſemper fuit iudica-
ta. Hoc elatissimi, deq; omnibus benemeriti Duciſ ſer-
mone miiores facti milites auxiliari, eſſerunt: pudiuitque
illós incepisse, quod non fuerunt conſequuti. Tum exercei-
tus parte cum omni commatu, quem importauerant, in uro
bis p̄ſidio relict⁹, ceteri cum Duco, & Marchione in dor-
mos quiſq; ſuas leti redicrunt.

BVM A V R V S Alame obsidionem repetit.
Regina Cordubam venit, Bellum Maus
ris apparatu maiori decernitur.

C A P. VI.

RANATENSIVM Rex andito Ducus
& Marchionis ex Alama dicensu, obsidionem
maiore belli apparatu repetit, atq; die noctuq;
omni ex parte oppugnari iubet. At Iacobus
Merul⁹ Hispaniæ civitatis præfeci⁹, & Martinus a Coro
duba ex familia comitis Aegabrensis, & Ferdinandus Caril
lus vir nobilis, qui relicti fuerant urbis tuendæ causa pres
fecti, stationes distribuunt, vigiles, circatoresq; partiuntur,
& qua parte murus erat infirmior, strenuissimus quisq; mis
les collocatur. Cumq; per aliquot dies continuos omne tēs
pus mutatis opugnatibus, nostros ad latitudinem usq; op
pugnando defatigassent, statuant in matutino quodam diei
crepusculo, qua parte munitionis nulla erat suspicio, scalas
admonere. Iamque vigilibus trucidatis, ad septuaginta in
tra urbem recepti erant, atq; ascendentium numerus magis
magisq; augēbatur. Ad clamorem tesserae nostri excitati, &
macorripiunt, admissosq; intra mœnia hostes cœdunt, fugāt,
atq; impulsos ex muris deturbant. Actum erat de retinens
da urbe, deg⁹ omnibus, qui illam præsidio tenebant, actionem
quog; de omni sp^e regni illius recuperandi, quod per sepius

DECADIS SECUNDÆ.

gentes annos hostes possederant, si non Hispanæ recip. fortus
na vniue ex militibus potiendi, atq; aptandi spicula sagittis
per uigilem seruasset, qui, hostium sciens strepitū, socios dor-
mientes ad arma capienda excitauit. Euit nobis tam fatalis
sagittarū ille politor, quam Romanis anser ille Capitolinus,
qui Senones nivaria sub euntēs, iamq; pinnas mūorū pren-
sentes primus omnium sensit, atq; clangore suo vigile, pros-
pugnatoresq; excitauit. Maurus cernens se ea oppugnatōs
ne nihil proficere, obsidionem intermittit in aliud tempus,
quo machinis, & oppugnatoribus, atq; tota illius regni mo-
le aeulus urbem amissam recuperet. Regina interea, quā
Rex Methymnæ reliquerat, cum ad bellum, quod cum Matris
ris gerebatur, in Baeticam proficeretur, ad príncipes res-
gni, ad ciuitates, & municipia, unde poterat exercitus com-
parari, & ad cuscatos, qui regia stipendia merebant, literas
dat: quibus oēs hortatur, ut ad certum diem sint in armorum
procinctu, & se cum Rege agglomerent, ut quā maximo fie-
ri posset exercitu, hostium fines adoriantur. Comestabilem
quoq; Hispaniarū accersiri iubet, vt superioris Hispaniæ ci-
tra Taurum montem pro se, & pro Rege gubernationē cō-
mendet. Qui venicus, & qua ex causa iussus sit venire, fa-
cto certior, hac vna in re dicit se cogi nō posse, neq; debere,
vt Rege suo militante, atq; cū hostibus rem gerente, Comesta-
bilis in pace quietus & extra fortunam belli positus vitam
agit. Non potuit Regina illius ad obsequium pronam volū-
tati cm non laudare, laudatumq; vt suam in bello munus exes-
queretur: seq; vt ad Regem, quam primum fieri posuit, con-

serfet, hortatur. Provincie deinde administrativem in Archibalassium Regis transfert, quem regi consiliu uore consultis preficit, atq; prætoribus maximis, quibus in locis opus erat constitutis, quam magnis potest itineribus Cordubam ad Regem proficisciur, nisi quatius paucos dies dominice resurrectioni dedicatos Toleti immoratur. Quo tempore Regina Cordubam venit, nihil aliud ferè ad regium senatum versabatur, quam de Alama capta quid esset decreendum. Erant complures ex ordine equestris, atq; senatus viri iri militaris periti, quibus natura regionis, & loci situs erat notus, qui Regi et regina suadebant, ut demos lirentur urbem: quæ, nisi magno totius Hispanie difficultate, retineri non posset. Nam cum essent in medijs hostium penetratis sita, esse opus quotannis quater, aut quinquies contumaciam importari, quod tuto fieri non poterat, nisi toties equitatus ingens cogeretur. Quare belli gerendi rati potior videbatur, ut euersa funditus Alama, consilia verterentur omnia, quicquammodum Loxa posset capi, que minori sumptu captare retineri posset. Sed quaevictus illa grandior erat, & quæ, ut ob sideretur, maiore belli aparatu insidiebat, quam pro tempore illo esset in promptu, in aliud tempus obsidionem esse differendam, cum præsertim illa tempestate Bætica rei frumentarie penuria laboraret: satis que esset, quod Rex cum præsenti exercitu committatum importaret Alanam, siue placaret urbem dirui, siue muniri, præfidiarios milites omnium rerum egestate laborantes perficereandos. At Regina, quæ propagandi fines Hispaniæ

DECADIS SECUNDÆ.

nie ingenti cupiditate flagrabat, non probauit illorum sententiam, qui dicebant Alamanus esse diruendam, nec villa ex causa cessandum agerendendo bello, quod sc̄mel inchoaverant, & causas causas, quo tempore alijs rebus essent impliciti, ipsacum Rege illuc venerant. Et quando illud oppidum fuit primum, quod ex hostium potestate in suam dicionē venierat, & unde totius belli futuri auspicia erant capienda, nullo modo esse deferendum, sed potius in eo laborandum, quemadmodum Castella, & oppida, munitioneq; finitimae caperentur, unde hostibus damna inferrentur, & Almæ noscere quies tranquillitasq; perueniret. Huic Reginae tam pie, honestæq; voluntati Rex accessit. Tum regni processus, & qui aderant, & qui absentes postea aduerterunt, assēfi sunt: seq; ad bellum, quod impendebat, paravit: atq; alacri animo se ad arma accingunt. Rex cum proceribus, qui aderant, & cum presenti exercitu Astygitanam Coloniam pessit. Fuerunt in illius comitatu ordinis Ecclesiastici Petrus Mendoza Cardinalis Hispanus, qui postea ex Archiepiscopo Hispanensi, fuit Toletanus Antistes: Ex eadem familia Iacobus Furtatus ex Episcopo Pallantino Archiepiscopus Hispanensis, & Alxandrinus Patriarcha. & S. R. E. Cardinalis. Ordinis equestris Magistri Alphonsus Cardenius milicie dei Iacobi: Rodericus Tellius Cisterciensis militiae à Calatrava: A ponte Traiani, hoc est ab Alcantara Magister Ioannes Stanicanus adfuit, quia estate pupillari sub patre Plac. nini Ducis erat positus. Ex seculari militia Dux à Villa formosa Regis frater Notbus, Ludovicus Cincinna

lus à Methymnaceli Dux: Aenicus Lupides Cardinalis Hispani frater Infantatus Dux: Beltranus à Canea Albus quer querus Dux: Petrus Verascus Hispaniarum Comes stabilius: Rodericus Pontius à legione Gaditanus Marchio: Iacobus Lupides Patiequus Villenatum Marchio: Alphonsus Telli? Vrennatum Comes: Iacobus à Corduba Aegabrensis Comes: Petrus Marriquus à Triuuiio comes: Aenicus Lupides Mendoza Tendillanus comes: Ioannes Silvius Centifontanus comes: Guterius à Septo maiori Caetanus comes: Alphonsus à Corduba domus Aquilariae dominus. Alii quoq; ex equestri ordine viri principes, qui partim accisi à Regis na, partim rogati, partim sponte, partim ultro venerunt.

Nec defuerunt duo questores maximi, Ioannes Chaconius, & Rodericus Vlloa. Regis praetor et census, & fisci procuratores, domusq; regiae Villicus maximus Enriquus Enris quidet. Tum lustrato exercitu censi sunt equites ad octo millia, peditum vero numerus amplior: ordinatisq; cohortibus ex Astygi Colonia cum ingenti conmilitu Alamam petit. Iacobum Merulum, aliosq; Duces, & milites, quicun illo erant, laudat, laudatosq; à presenti militia soluit. In Meruli locum Ludowician Ferdinandum comitem à Palma sufficit, & quadringentorum equitum cum suis ducibus praesidium illi relinquit: urbem, quib; in locis erat opus, munivit, atq; omnium rerum copia, que sunt ad victimam necessaria, in trimestre tempus instruit. Erant in ea urbe tria Mauros, rum fana, mez quitas illi vocant, quas ex profano ritu expiatas Cardindis Hispanus Regis & Reginae in Iu Christianae

DECADIS SECUNDÆ.

religioni dedicauit. Primam Dominice incarnationis nōmine. Alteram diui Iacobi Hispanorum patroni. Terciam Michaelis archangeli. Has Regina vasis aureis, oris gentilisq; vestibus & audeis, libris, cymbalis, tintinnabulis, & omnibus, que ad cultum diuinum necessaria sunt, adornauit. Ipsa quoq; religionis ardore commota suis digitis textilia quedam velamina laborauit, quæ adhuc in templo illo primo manu suarum monumenta extant.

STREX Granatensem agros populauit. Loxam obsidet, atq; obfisidionē intermitit.

CAP. VII.

IS ad Alaman peractis, Rex antea quam Cor dubam rediret, campos Granatæ adiacentes obequitat, agrorum fruges in herba mictit, arbores succidit, & omnia vasta reddit. Interea Reginan non cessat, alios principes, qui R̄gem non facrare sequuti, iteris conuocare: urbes, oppida, municipia, & populos, ut se futuro bello, quod in Loxam parabatur, accigant bortati. Ex omnibus quoq; locis unde cuncti fieri poterat, commodius frumenta, vina, succidia, & reliquumq; omnem cōmactum in certum tempus, locumq; cōportari: machinas quoq; & tormenta, ceteraq; omnia, quibus ad obfisionem operat, aptari iubet. Interea Mauri cion intelligent nos

stros omni bellico apparatu in illorum perniciem conterentur; et ipsi vires, et consilia, quibus se tucantur, arceantur; nostros, exco gitant: aggeribus, fossis, vallis, et propugna-
culis, maris, et pinnis, urbes, oppida, et castella manuant.
In quanto sunt periculo transmarinos Mauros faciunt certio-
res, atque auxiliares ab illis copias, et ad victimum necessaria
implorant. At Principes nostri illorum consilia praeter-
tunt, nam ingenti omnis generis nautigiorum classe, in fres-
to Gaditano comparata utriusque Mauritaniae littora, portus,
et stationes lustrari iubent, ne quisquam ex illis ad suos
inundos transire, aut aliqua in re opitulari posset. Regi-
tur Rex cum exercitu, quem Reginam parauerat, dum ipse Al-
mam instruit, Granatensiumque agros populatur, cumque omni
commeatu, quem unum in locum comportari iusserrat, ad abs-
teriam exercitum proficisciatur: atque utriusque exercitus or-
dinatis cohortibus Loxam petit, atque inter oliueta subiescas-
ta, que in vallibus, et collibus confita Singulis annis pre-
terlabitur, castrametari iubet. Erat prope urbem clivus
ex Loxensem religione sancto Alboaceni suo dicatus, qui
propitera, quod urbi impendebat, et stationes in eo dispo-
site videbantur posse hostium eruptiones compescere, et
castra reddere tulora, inbet Rex considerare Rodericum Tel-
lium militiae a Calatrava Magistrum, et Vrenatum Co-
mitem illius fratrem: Gaditanum, quoque, Villenalemque,
Marchiones: et Alphonsum domum Aquilariae dñm, strenuos
duces, et qui pulcherrimum equitatum, peditatumque du-
elabant. Ceteros, pro commode quemque suo, atque, ob-

DECADIS SECUNDÆ

fidionis, que parabatur, tabernacula figere, & tentoria collocare iubet. Erant in urbe ad tria millia armatorum ex omni Maurorum numero delecta sub ducem, & militaris exercituum perientissimo, Alatari, hoc est armatopolam, illi vocabat.

Hi eruptionibus & cibris lacescebant nostros, multaque illis damna inficerbant. Et quia castra erant distractibus, præruptisque montium intercisa, non poterant sibi in uitium auxilia mittere. Quarto die postea quam Mauri sunt obsecuti, bolum armatorum partem in infidijs collocauit, partem in eos mittunt, qui sancti Albocenii cluam infederant. Commititutus pugnacum stationarijs, atque his militibus, qui erant in praesidio positi contra subitas Maurorum eruptiones: accusaruntur subsidiarij, hostesque subeuntes in fugam compellunt, fugientesque persequuntur immemores castrorum, que sine defensoribus, & deserta reliquerant. Inter ea ex infidijs Mauri prodeuntes ex altera parte cliuam descendunt, castra oppugnant, capiuntque. Quod cum nostris esset nunciatum, in castra iam capta redewit, eos hostes ex urbe inseguuntur, nostri amiciti pugna distracti, & cum illis, qui castra diripiuerant, ad horam integrum pugnauit, quo ad ex alijs castris auxiliaribus copijs subeuntibus hostes fundiunt, fugant, atque intra sua mœnia includunt. In ea pugna complures primarij viri ceciderunt, sed imprimis Rodericus Tellius à Calatra et Magister duabus sagittis cofixus interiit. Cuius mors non modo Regi & Regine, sed quia ciuilium iuuenium erat Princeps, vniuersitate iuuentuti fribilis fuit. Rex vero rationem intelligeret, quanto in periculo essent, non modo iij, qui Albocenii

Alboaceni clivum, sed etiam illi, qui alia loca infederant, non
neutri possent in hostium superuentu alijs auxiliū ferre, stas-
tuit castra in locum tutiorem procul ab urbe reducere, quod
geminatis copijs bina, nauterna castra possit urbi admoveare.

Neque enim aliter poterat obsidio courclari, quo minus
obseSSI socios auxiliares possent admittere: & ea, que ad vi-
ctum necessaria erant, in urbem importari: itaq; statuit pos-
tridie eius dici castra mutare. Sed ante aquam praeconis
voce condamari vassali uerentur, plebei, & turba, & gre-
garij milites, & qui sub nullo certo duce militabant, cum vi-
derent procerum tentoria reuelli, sarcinas, & impedimenta
in uebes aptari, clivumq; Alboaceni ab inseSSoribus deseriri,
atq; ab hostib; occupari, suspicati auxiliares copias nocte he-
sterna intra urbem admissas hostium mancrum auxisse, or-
mensem spem sue salutis in fuga posuerunt. Non illos pu-
dor retinuit, non desertorum, castrorumq; ignominia, non
timor, qui plerumq; de generes animos arguit, quemadmo-
dum generosos fiducia ex periculo explicat. Supererat
hosti animus ad persequendos fugientes, nisi Rex equum
conscendens procerum cohortes lustrasset, acies trepidantum
stetisset, labentesq; animos in pugnam renouasset. In eo con-
flietu Comes stabilitria vulnera in facie accepit. Dux à me-
thymna coeli equo deciesatus ab ijs, qui illum obseruabant, pu-
gne restitutus est. Comes Tendillanus, qui stationem habuit
urbis munitionibus proximan, prætermodum telis hostium
impetus cessisset in interitum, nisi Franciscus Stanica, qui
paris sui Placettini Ducis cohortes ducebatur, accorriisset, atq;

DECADIS SECUNDÆ

in summo periculo possum vita pugnare, reddidisset. Gauditanus Marchio illa die insignem operam natavit, qui cum suis pugnans non solum hostes represit, verum etiam cœdē in eos ingentem edidit, atq; in urbis muros impegit. In huc itaq; modum milionibus, & lyxis, calonibusq; spaciū, atq; tempus datum colligendi sarcinas, & impedimenta iumentisq; & carris imponendi, nisi quatenus vehicularum defec-
tu magna rei frumentariæ copia est relicta. Regina exiū rerum, que ad Loxam non satis feliciter gesta sunt, facta certior, indoluit plusquam pro materia decuit, sed premens al-
tum corde dolorem, spem vultu simulat, seq; maiori animo erigit ad ea, quæ cretabant peragenda.

DOMAVRVS Alaman iterum obsidet, no-
ster obsidionem soluit, urbemq;
comictatu instruit.

CAP. VIII.

VI Alansē presidio cum Palensi Comite,
alijsq; ducib; à Rege sunt relikti, cum audissent
Lex obfidionem solutā, Regemq; copias in
demouisse, ex eius captiuitate sperabant sibi
faciliorem futuram militiam, nunc ex liberatione difficulter,
periculofant, quod pro comperto habebant, hostes non quie-
tueros, quo ad Alaman in suam redigerent potestatem, missi
santes, inter se dicebant, non esse expectandum, donec hostes

venirent, eosq; obsidione cingerent, quin potius urbem esse
diruendam, ipsos cum spolijs, atq; omni præda debere se ad
suos, tuior aq; loca recipere. At comes, & qui cum eo duces
in urbis præfido erant intelligentes, quam ignominio-
sum, ac turpe facinus esset, urbem suæ fidei creditam desere
re, dissident, hortantur q; ne tale aliquid cogitarēt, nūc pre
cibus orant, nūc minis deterrent, nūc admonent, ut Regis
aduentum rem integrum reseruent, neq; quicquam interca-
dere statuant. His rationibus milites confirmati, obser-
vant animos ad se, urbemq; sibi commissam tuendā, aut mor-
tem pulchrā sibi oppetendam. Et ecce Maurus cernens Lo-
xam obsidione liberatam, Regemq; nostrum cum exercitu se
Cordubā receperisse, cum duobus equitum millibus, & ingen-
ti peditum numero Alamam invadit, diu, noctuq; oppugnat,
nostrī propugnant, in eoz dies aliquot insistitur. Sed obse-
sos alimenta, vir esq; deficere, atq; in dies propugnantium nu-
merus minū, vigiliū, laborū, viciſſitudo crescerē.

Ilos tamē recrebat, reficiebatq; una, & ea quidem cer-
teſima ſpes, quod breui Rex ſuppetias eſſet allatus, cum in
genti rerum omniam commeatu: neq; illos ſua opinio fecellit,
nam & ad conſtitutum diem venit, obſeffores impugnantq;
fugauit, urbem alimentis, & aliarum rerū copia instruxit:
duces, militesq; fessos recentioribus permittavit. Nam Pal-
mensis Comitis in locum, Ludovicum Osorium Eccleſie A-
ſturiensis Archidiaconum, qui poſtra mentes anus Præſul
fuit, virum probum ſuffecit. Hisq; rebus peractis altera-
ram per Granatenſium agros excursionem facit, prædiorū

DECADIS SECUNDÆ.

villas, sp̄eculatorumq; turres diriāt: frumenta, frugesq; in
herba corrumpit pecora, armentaq; abigit: pastores, agrorum
q; cultores in speciem trimphi ante se captiuos agit, atq; sic
cum integro exercitu Cordubam Victor redit. Quanta
es̄set principum nostrorum potētia, quantaq; animi magnis
tudine bellum hoc inchoarūt, vel ex eo animaduerti potest,
quod hoc eodē anno quater cōegerunt exercitū, quā maxim⁹
poterat ex vniuersa Hispania comparari: quater hostium si-
nes hostiliter ingressi, omnia illius Regni penetralia procul
eauerūt: unde sequuta est tatarerum penuria, que ad victum
pertinent, vi n̄isi gens illa cibi parcifima, vini abstentia, fri-
goris, calorisq; patiens, propositiq; tenax fuisset, vel solabu-
ius anni diligentia potuisset illos in sui, ycrumq; omnionis sua-
rum deditio[n]em cogere. Sed neque in aduersis deerat illis
animus, non solum ad impetus nostrorum sustinendos, ves-
trum etiam cum magis afflitti esse viderentur, ad hostes la-
cessendos supererat audacia. Ostenderunt hoc in obsidiōe
Canneti, quod erat castellum nostrorum in collimitio vtriusq;
regni positiū, namq; dum hostes intra ipsorum fines o-
mnia vastant, populanturq; illi intra nostros Cannentum op-
pugnant, capiunt, diripiuntq; et cum pr̄eda vtriusq; sexus,
atq; omnis etatis, conditionisq; mortalibus, in patriam victo-
res redeunt. Quid: quod eodem ipso tempore, cum inter
patrem et filium de summa regni certamen es̄set, omnesq; ci-
vium, populorumq; vires in duas factiones es̄sent diuersae,
quarum altera patrem, altera filium sequebatur, neutra tas-
men à nobis in perniciem alterius auxiliū m̄ petiit, sed ipsi

inter se priuatas inimicitias, nobiscum vero uno omnium consensu, confilioq; bellū publice gerebant. Nam cum pater in regni sui primores quosdam nobiles scūciam exerceret, proximi, & affines non ausi alium sibi Regem creare, filiū loco patris delegerunt, statueruntq; in regni culmine, Gras nata urbe Metropoli cum suis munitionibus illi tradita, Pater regno pulsus Bastam urbem amicam se contulit, inde simul tates inter patrem & filium ortae, atque inde cæs des, mortesq;, & odia consequata. Interea pater per temporis occasionem Alambram orbis arcem, que pro filio stahat, admotis scalis interceptis, præsidioq; munit, inde per vias publicas erumpit: ciues, suas quisq; partes sequuntur, urbe in media vbiq; pugnant. Sed factio, que filium sequebatur, superior euadit, aduersariosq; tota ex urbe fugat, Alambrā captam recepit, suoque Regi restituit. Et quamquam concordia illa discors hostium inter se victoriam nostram ex ille lis per aliquot annos remorata est, sicut tamen eis tandem exitio ultimo, quo sine multo sanguinis diffendio, minoriq; negotio se, omniaque sua tam sacra, quam profana nobis tradiderunt. Sed quia iam tempus erat, ut Rex & Regina alijs quoque rebus prospicerent, quam illis, que ad insequētis anni bellum pertinebant, antequam eis Corduba discederent, limitaneos, ducesq; limitancorum certis in locis disponunt. Petrum Comitem à Triunio, quem paulo ante Anas garenfium ducem creaverant, Mentesanis finibus præesse voluerunt. Alphonsum Cardenium duci Iacobi militia Magistrum in Astigitaniis considere. His duabus maximis

DECADIS SECUNDÆ.

imperatoribus iubent ceteros duces, Comites, Marchiones,
et prefectos, ciuitatum, oppidorumq; prætores, et arcium
castellarum præsides obtemperare. Commendantq; non so-
lum, ut fines ab hostiis incursu tuerantur, sed etiam ut pro
temporis opportunitate hostem adoriantur, atq; omnia fer-
ro, et igni populentur. His rebus ita compositis cum Regi
na coniunctus est e partu, quo Ioannam regnorum postea here-
dem succestricem fuerat enixa, cum Rego Madritum pros-
ficiuntur.

HÆREX & Regina Madriti Hispanas societas
tes reformant, pecunias unde cuncte honeste-
ste possunt eruscant, Nauariæ res
nouas inchoant.

C A P . I X .

DRIMA nostrorum Principum, postea quam
vener Madritu, cura fuit reformandi, atq; in
pristinum statum redigendi societas, siue ut
Hispanoru vulgus nuncloquitur, fraternitates:
que pro viatorum securitate fuerant in matricalenſi Pan-
bispinio constituta. Legum autem illarum, quibus societa-
tes ille fuerunt sanctæ, transgressores, violatoresque mul-
tandos, aut repetitardrum damnatos cum ignominia ejicien-
dos imprimis esse iusserunt. Procuratores deinde illarum
fraternitatum ex omnibus provincijs iufi in unum locum
conuenire, iis fuit Pintum, quod est oppidulum dioceſeos To-

letane. Si detulerunt querelas earum rerum, que usquam
in Hispania perpetratae sunt, quod facinus mansit impunito-
rum in eos vero prætermodum est animaduersum, qui ma-
gistratus fraternitatis aerarium depeccati sunt, cui partem
administrationis sibi commissa negligenter exercuerunt.

Dati quoque indices, qui repetundarum accusatos, aut
damnarent, aut absolucent. Eisdem quoque data facul-
tas rogandi nouas leges, atque abrogandi veteres, prout
republicæ utilitas exigere videretur. Et quia recondi-
tum erarium, neque fiscus regiusque census erat satis ad tam
magistralis molem sustinendam statuunt, undecimq; ho-
neste possent pecunias eruscere. Ab Hispanæ societatis
procuratoribus petunt sedecim millia inmentorium, atque
mulionum octo milia, qui iumenta omni generc commi-
tus onusta agerent, quo Alama instrucretur. A sede quo
que apostolica auxilium imploravere ad stipendia militibus
persoluenda, tan ijs, qui contra nominis Christiani hostes
in limitibus gerebant bellum, quam ijs, qui in certis His-
paniarum partibus, que nondum satis erant pacate, in
præsidij agebant, quam ijs etiam, quibus erat opus ad
custodiā Principum, & quicquid detrahebant extictioni
mandandū. Ad supplendos hos sumptus missa est à
Pontifice summo cum senatus apostolici assensu facultas
distribuendi centum millia ducaliaꝝ auctorium per ecclesi-
galium Ecclesiasticorum classes, vi in redditibus oneran-
dis ex iustitia distributina nemini fieret iniuria. Ex eis
clericis quoque thesauro bullas mittit, q; cruciferis in Christia-

DECADIS SECUNDÆ.

norum hostes euntibus, concedi solent, ea lege ut si p[ro]p[ri]etates ex fidelibus remendatae, non alia in re, quam in ipso bello cum hostibus gerendo insumerentur. Ad extraordinarios vero sumptus & mercatorib[us], opiteccensibusq[ue], & assiduis ciibus mutuo accipiunt, quod ad certum tempus effet reddendum. Et quia Regiae domus inopia omnibus erat nota, ea contributio nemini visa est iniqua, cum praesertim illud mutuum, quod impræsentiarum dabatur, suo tempore ad dominos effet reditum. Per ea tempora nuntius Regi & Reginæ allatus est Phœbum Phœbi Nauariensis Regis filium, atq[ue] Foxani Comitis pronepotem, ad quem regni successio pertinebat, in etatis flore diem suum obiisse, ex cuius morte in Catharinā sororem regni hereditas est translata. Ea in matris erat tutela. Cumq[ue] ad eas simultates, que inter Gallos, & Hispanos oriebantur, magnum effet momentum, in quas partes Nauarie regnum cederet, quod dotis nomine tradidum erat ei, quem Catharina maritum sortiretur, exceptum est in secc[on]tiori curie senatus agi, quemadmodum inter Ioannem Hispanorum Principem, & Catharinam Nauarie Reginam spōfalia fieren. Decretumq[ue], ut ad hoc per agendum, mittentur legati ad Reginæ matrem, qui illam de recenti obitu filij consolarentur, & de filie matrimonio cum illa ageant. Mittendas quoq[ue] censuerunt copias, que Nauarie urbes, oppida, castella, munitionesque occuparet, firmq[ue] præsidij, ut pro nobis starent, si quod de matrimonio coespi[er]t effet, transigeretur. Missus itaq[ue] ex senatu regio Rosericus Maledonatus à Talabriga iuris consultissimus, qui le

gationis summam Nauarie Principi exponit. Quot, & quantainde commoda sequentur, enumratis narrat pres terca, quanta honoris accessio Nauarie Reginae sicut, si Hispaniarū Principi nuptia daretur. Ad q̄ Nauarie Prin ceps, tam si affectu Gallis, quā Hispanis erat propensior, comiter tamen oratori respondet, se eo nomine posse felicem appellari, si contigeret sibi Hispaniarum Principem sortiri generum, atque parentes illius Regem & Reginam tot, tantarumque rerum dominos inter affines numerare.

Sed ea de re inconsulto Rege fratre suo, quicquam certi responderet, non esse honestum. Illo tamen consulo, se missuram Regi & Reginae responsum ad ea, que proposita legatio continet, atque ita legatus re infecta rediit. Interea Ioannes Riparius, qui Hispaniarum cohortium praefectus erat, missus in Nauarium, ut se iungeret Lerinas tium Comiti, cui Regis affilia soror nupta erat, Pompeion polimque, & magnam illius regni partem affectu, praesidioque obtinebat, vtq; cōmuni viri usq; cōsilio rem gereret, seq; ad excipiendos Gallorū impetus pararet, si forte alii quid interea molirentur. Et ne inchoatum in Mautros bellū refrigesceret, & res in Nauaria inchoate cessarent, Rex & Regina provincias inter se diuiserunt. Hæc superiorē Hispaniae partem, quæ Nauarie finitima est. Ille Bæticam est sortitus.

REX in Gallican proficiscitur, contentiones inter Comites, Lernian, & Bencuentanian componit.

DECADIS SECUNDÆ.

CAP. X.

ANTEA quam Rex in Bæticam proficiseretur, res noue in Gallicia orte illius iter remorata sunt. Nam cum Ferdinandus Acacia, cui Rex & Regina illius regni gubernationem commisserant, inter cetera oppida, & castella, que superioribus annis à coronare regia fuerant ab alienata, in censum regalem redes gisset, arcem quoq; Augusti Luco impositam, que cum opido ad Lucensem ecclesiam pertinebat, siue iure, siue iniuria dicioni regiae subegit. Erat Episcopi frater Petrus Alzuarus Oforius Lemni Comes, Pontisq; Ferrati dominus, atq; illius regni totius omnium facile princeps. Qui spolia fratris (dolore cōmotus) arcem obfidet, tametsi Regis & Regina præsidio teneretur. Quorum iussibus, vt ab int̄cepto desistret, cion excusationes quasdam ineptas afferēs non obtemparet, ne illius audacia relinqueretur impunita, Rex magnis itineribus, in Galliciam contendit. Et quamvis inter ciudum accepisset numlum de arcis obfidence soluta, nihilominus ire pergit: sed anteā quam Asturicam urbem accessisset, de Comitis morte certior factus est, ibi⁹ per diquot dies substitit, quoad tuncultus quosdam sedaret, qui ex illius obitu oriebantur. Comiti Lemnio virili sexus non fuerant liberi, præterquā unus, qui viuo patre vnum tantum procreauit nomine Rodericum, et cum quidem spusrita, quem avus heredem instituit. Isq; viuens, in bonoru-

possessionem misit, cai oppida, castella, arces, munitionesque tradidit. Mortuo igitur Comite Lemnio, Rodericus nepos cuius titulum assumit, boxorum possessionem continuat, quem propinquos & affines, domestici & familiares, soci & amici, quos autem habebat quamplurimos, atq; universa propemodum Gallicorum iumentus sequitur. Eret altera ex parte Rodericus Pimentellus Bencuenti Comes, cuius filio ex Comitis Lemni filiabus una erat desponsata, & quia filia erat legitima, Rodericus autem nepos spoliatus, & ex spurio filio natus, eodem iure asseuerabat omnia defuncti Comitis bona ad suorum suam pertinere. Idq; se non solum iure, sed etiam (si opus foret) armis persequitur. Comes Lemnius se iure potiori esse, & quod bona ex aucta testamento possideret, & quod natalium defecilius per apostolicas Sedis literas iam esset supplicius. Itaq; cum alter iam posset deret, alter de peritura banda possessione certaret, non expetriri legibus, sed armis potius decernere, maluerunt. Vicer que suos conuocat, ad arma omnia spectant. Atqui Rex, quod ad bellum in Baetica gerendum properabat, ne inter duos illustres viros pugnandi occasionem relinquaret, paucos dies alios Asturice immoratus est. Iubet imprimis, ut Comites veteres suos, quos habebant in armis, domum quicq; suam remitterent: deinde, ut ad se veniant, iusq; coram ipso persequantur: interponit inducias in tempus, quo lis tota coponi posset, se redditum cuiq; quod suum esset, pollicetur. Comites non secus, ac iusti sunt, faciunt, nam & quicq;

DECADIS SECUNDÆ.

que copias dimittit, ad Regem venit, causamq; suam apud illum defendit, aduersarij rationes impugnat. Rex item arbitrio iudicium disjudicandam remittit, alijsq; rebus ordi-
natis Madritum se ad Reginam confert, ut quod antea de-
creuerant, alter ad bellum cum Mauris in Baeticam, alter ad
id quod in Nauaria incepérant exequendum, profici-
tur. Et ecce interim ab Italia negotium aliud exortum est,
quod tameisi honeste poterant dissimulare, noluerunt tas-
men, quibus in rebus auxilio esse possent, operam suam nō
interponere. Erat in armis vniuersa Italia, propter ignos-
cium osm Martem Archiepiscopo Pisano à Florentinis illa-
tum. Erant præterea due factiones, altera Pontificis, &
Venetorum: Florentinorum, & Ferdinandi Regis Neapo-
litaniorum altera. His accedebant reliqui omnes Italie
principes, & ciuitates, que sub reipublicæ forma guber-
nantur. Ferdinandi, Florentinorumque copie in agro
Romano castra metantur, ciuitatem eò angustiae deducunt,
quam obsecsi perpeti consueuerunt. Superuenit deinde Pons-
tificis, Venetianique exercitus, hostesque ex improviso
adortus fundit, fugat, castraque diripit. Ferdinandus co-
pias suas recipit, belluq; istaurat. Hinc cedes, agrorū popu-
latōnes, villarū incēdia per totā Italiam fūt; neq; erat vnde tā
tis malis remediu afferri posset, nisi Principes nostri partim
obseruantia erga Pontificem, partim Ferdinandi Regis co-
gnatione, partim etiam populorion omnium misericordia
permoti, componenda discordie curam suscepissent. Mit-
tunt itaque oratores ad Pontificem Maximum, ad Venetos,

& Florentinos, & ad alios principes, & ciuitates, quae illos
 sequebantur: rogantes, ut relictis armis concordiae pos-
 tius, & paci acquiescant, se velle, inter utrosq; de pacis co-
 ditionibus agere. Misit igitur legati Ioannes Gerundens-
 sis Episcopus, & Bartholomeus Berrius iuris, legumq; pes-
 ritus. Qui ab omnibus, ad quos misit fuerant, comiter
 excepti, hos, & illos ambiendo Principum nostrorum nomine
 nunc exhortationibus & moritis, nunc precibus & pro-
 missis, ita omniorum animos flexerunt, ut non solum concor-
 die, paciq; facienda sint assensi, verum etiam Regi &
 Regine e nomine per literas gratias egerint, quod illos
 extantis molestijs, curisq; liberauerint. Missæ hac de re
 literæ breues à Pontifice, missæ & ab apostolico Senatu,
 missæ quoq; à populi Romani gubernatoribus ex urbe Ro-
 ma postridie Calendarum Iuniarij date. Anno à salute
 Christiana Tertio & Octogesimo super Millesimum Qua-
 dringentesimum. Paucis diebus postea quam negotium
 peractum est in hunc modum, procuratoribus principum no-
 strarum in senaculum, Pontifex pacē, pacisq; conditiones pro-
 nuntiare facit, Regis & Reginae legatos ceteris omnibus
 nudis capitibus, genibusq; flexis, sendentes pileatosque lau-
 dat: principibusque, à quibus missi sunt, pro tam benigna
 opera gratias agit. Inter pacis conditiones una fuit, ut
 bello spoliatis ablata bona redderentur. Venetorum pro-
 curator neq; venit vocatus, neq; conditionibus acquieuit,
 ex quibus Ferraria Venetorum armis occupata. Marchio-
 ni erat reddenda. Cæteri omnes in venitos armamorū,

DECADIS SECUNDÆ.

quā timentes in ipsorum excidium omnes Italiæ principes coniurasse, Turcarum societatem intrare incipiunt, ut eorum auxilio, & se tutentur, & reliqui omnibus (nō modo Italis, sed etiam Christi nomine signatis) bellum inferant. Eosdem Turcas Neapolitanorum Rex in Venetorum pernicie allucere tentat. Ad Regem & Reginam Trecentinum Comitem mittit, qui pro suscepto labore gratias agat, certioresq; faciat, quemadmodum Veneti concordiam totius Italiæ auersati, cum turcis societatem intrare parant, ut Italie bellum inferant, atq; imprimis Siciliæ, insulisq; adiacenti bus, quæ pericolo maiori essent expositæ. Quare huicmo di homines pro publicis hostibus habendos, quippe qui ex aliorum iactura viuant, atq; cum aliorum detrimento vires suas augere conentur. Adhanc Trecentini Comitis legationem Rex & Reginam respondent, se Venetos, Venetorumq; Ducem inter amicos numerare, neq; illos adhuc fecisse quicquam, cur essent ex amicitia semel inita submouendi, se tamen missiros ad Venetorum civitatem legatos, qui suaderent, ut modestius agerent, seq; intra fines suos continentur. Quod si nolent assentiri, atq; in meliorem viam redire, tunc se, non modo illorum amicitiam abdicaturos, verum etiam illos pro hostibus habituros, atque ita orator dimissus, ad Regem suum reuersus est.

ÆLII AN
TONII NEBRISSEN
SIS HISPANARVM ATQVE

Hispaniensium rerum historici Decadis Secunda

Liber secundus, De Canaria insula

Regis & Reginæ auspicijs

Petro vtra duce ex

pugnata.

Caput Primum.



V A S I decessent Principibus noſ
ſtris domesticane negotia, quibus intende
rent, ita nulli parcentes labori animi
ſuum huc atq; illuc diuidunt, in partefq;
rapiunt varias, perq; omnia versant.

Nam cum effet in manibus, atq; inter
oculos haberent Granatense bellum, in quo tan de gloria,
quam de summa imperij certandum erat, haberentq; res in
Navaria inchoatas, que cum Gallorum Rege prepotenti
erant implicitæ, cito astamen suas in alterum orbem mittunt,
non modo ſeculi nostri hominibus, verum etiam (quantum
ſufpiciamur) antiquias omnibus incognitum. Et quemadmo

DECADIS SECUNDÆ.

dum in historie huius apparatu diximus, in oceano Atlantico, qui Europe, atq; Africæ latera occidentalia ablit, cō plures sunt insule partim adiacentes continenti, partim in altum remote, atq; rursus, adiacentes duplices sunt, alteræ ad Europam, alteræ ad Africam pertinentes, de remotis Hispaniae adiacentibus alias diximus, & fortasse dicturi sumus, nunc de adiacentibus Africæ littori occidentali, inter quas numerantur Canariæ, de quibus hoc in loco scripturi sumus, pauca dicenda sunt. Canarias à Canum magnitudine dictas fuisse, Plinius in historia naturali autor est, ex quibus Iuba Rex duos perduxit huiusmodi Canes. A Græcis fortunatæ sunt cognominatæ, de quibus tam poëte, quæ historici multa fabulantur ad hunc locum minime pertinentia. Earum nomina Ptolomæus, Martianus, Plinius, atq; alij autores, tam Græci, quam Latini explicant, sed quibus non possumus nomina reddere, quibus nostro tempore non cuperunt. Nam & antiqui eas nouerunt, carumq; ambitus, & incolarum mores descriptos reliquerint. Sed que ex causa illarum celebritas ex memoria hominum obliterata est, ignoratur, navigationis defectu id esse factum credibile est. Illud certe constat, illarum notitiam ad nos pervenisse abhinc annos circiter Viginti supra Centum, sub initium regni Ioannis huius nominis secundi, qui sub Catharina matre, & Ferdinando patruo tutoribus regnare orsus est. Anno à salute Christiana Millefimo quadringentesimo quinto. Eo tempore Bethancor quidam Gallus, ut aiunt, natione, infantis Registretores adit, ab illis impetrat facultatem

tatem explorandi maris Atlantici partem illam adhuc incognitam, que occiduum Aphrice latus abluit. Si igitur siue quod ab ijs, qui ante illum navigarunt, aliquid audierat, siue quod fortunam suam experiri voluit, paratis nautibus eò navigare cœpit, atq; in primam incidit, quam nostrorū tempore Lanzarotam corrupte, pro eo quod est lauccam rusticam, siue fractam, aut ipse ex facto vocavit, aut ab alijs sic antea vocatam accepérat, deinde illi proximam expugnauit Fortem fortunam. Nam inter cognomina fortunæ unum est fortis, de qua Columella in horto. Et celebres fortis fortunæ dicite landes. Varro quoq; de lingua Latina. Dies, inquit, fortis fortunæ dicti à Servio Tullo Rege, quodis fanum fortis fortunæ secundum Tiberim extra urbem Romanam dedicauerat. Has duas insulas Bethancorus in cultum vite melioris, Christianamq; religionem conuertit. Huius Bethancori heredes Hispanisibus quibusdam ciuibns precio manciparunt, ex his deinde in alios, & ex alijs in alios, dominium in Ferdinandum Perazam, & Ferdinandum Arium denolutum est. Horum maiores Gomeram, & Ferream non magnone negotio expugnarunt, in eumdemq; cultum, religionemq; reducerunt, nunc Guillelmus Peraza illas sub comitis titulo possidet. Restabant adhuc ex septem insulae tres, Canaria magna, Teneriphion, & Palmia, barbarorum quidem situ, & inertiâ turpes, sed ingenio loci, & bonorum naturalium copia opulentæ. Has Rex & Regina cum vellent quasi prædia suburbana Hispanis iungere, classem parari, armis, commendauit instrua in,

DECADIS SECUNDÆ.

bent. Petrum à Vera, & Alphonsum Moixicam viros
strenuos, atq; terrestris, nauticalisque pugnæ expertissimos
præficiunt. Insulam de repente invadunt. Barbari se
more suo præparant, non hastilibus ferro prætentis, sed su-
dibus præustis: non saxis, & lapidibus ex fundis, & fustis
bulis, sed lacertorum viribus, quasi ex ballista, aut tormento
aliquo sulfurario contortis. Nullum oculis signum desis-
gnabant, quod non telo contingenter. Iam vero ad excis
piendos, evitandosq; illustanta erat dexteritas, ut teli ves-
nientis plagā sola corporis declinatione eluderent. Vidi
ego Hispali, id quod mihi fuit miraculo, non ita ceteris,
qui illud fieri sape viderant. Erat quidam ex ea insula
Canarius, qui in eodem vestigio simili pedis insistens, ab
octo passibus volentibus illum saxo petere, se exponebat,
fugiens plagam, nunc facta in alterutrius latus parua admo-
du capitis declinatione, nunc totius corporis subtractione,
nunc alterna crurum permutatione veniente ictum fugies-
bat, tantoq; periculo se toties percussori exponebat, quoties
illi æreum quadrantem porrexisset. Quod ad virtutē, ves-
titumq; pertinet, tanta cibi, potisq; parsimonia, tanta om-
nium membrorum nuditas, ut facile & in promptu habere
possent omnia, quibus ad propulsandas naturæ iniurias hos
minū fragilitas indiget. Cū huiusmodi hominū genere du-
cibus nostris habendum erat negotium. Quibus accedes-
bat altera difficultas ex inopia commeatus, qui longa nau-
gatione ex Hispania usq; adducendus erat, & quod bellū
non collatis signis gerendum erat, ut ex uno prælio brevi

tempore vicitoria in alterutram partem declinaret, sed quod expectandum erat, quo ad hostis pugnare vellet, ita se in cryptas, & cuniculos, in cavernas, & serarum latibula abdidarent, ut nulla arte, nullis viribus elici inde possent. Sed principum nostrorum fortuna, quorum auspicijs res gerebatur, occasionem attulit, qua negotium compendio finitur. Erant in ea insula Reguli duo, ex multis cædibus, & iniurijs ultrocitroq; illatis ita discordes, ut nulla satis factio posset illos in concordiam reducere. Ex his, alterum nostri duces sibi conciliant, eiusque opera vtuntur ad alterum Regem profligandum, atq; ita paucis diebus tota insula in Regis & Reginae potestatem venit. Civitas quae lisciunq; tunc erat, in metropolim omnium septem insularum erigitur, in eamq; ex Rubicone, quod erat Lanceæ rus pte promontorium cum oppidulo, Episcopij sedes transferitur. Rex, cuius ope nostri Duces usi sunt, cum uxore Regina ad Principes nostros Madritum missi. Adhuc due aliae restabant insule debellandæ Teneriphion, & Palma, de quibus suo in loco dicemus, & quo pacto Alphœ so ab Augusti luca rem gerente aliarum quinque numero, & cultu, & religione accesserunt.

STRAGES nostrorum in præruptis ad
Malacam iugis accepta Magistro di
ui Iacobi & Marchiœ Gæ
ditano ducibus.

DECADIS SECUNDÆ.

C A P. II.

REDEM & Reginam ex tot, tantisq; victorijs exultantes, ne ex continua successibus arrogantiores fierent, fortunam, vel potius diuinam quaedam prouidentia, dignata est admonere illos, ut meminissent se mortales esse, atque iuxta illud Psalmographi, non in curribus, non in equis, sed in nomine Domini esse fidendum, hoc Reginam admonuit, cum ad locum castra metatus obsidionem urbis parabat, & perturbatio exercitu re inchoata reliquit. Hoc iterum in memoriam illis reduxit illa calamitas, quam ad Malacam suis in ducibus experti sunt: Erat, quemadmodum in libro superiori dictum est, in Astigitana colonia Alphonsus Cardenius, dini Iacobi militiae Magister, quem Rex & Reginam limitibus illis tuendis praefecerant. Erat præterea finitimus in locis Rodericus Pontius à Germanica legione Marchio Gadianus. Hi ab exploratoribus facti sunt certiores, esse montes non procul à Malaca mari nostro impendentes, Axu quia Maori sua lingua vocant, qui in colerentur ab agricolis, & pastoribus, unde magna preda ex hostibus auchi posset. Esset præterea Malacan equitibus exhaustam, & loca, per que noster exercitus permeare, & remare sine ullo impedimento posset. Et quia ad loca pene tranda exercitu gradiori opus erat, rem ad finitimos duces, & prefectos rei militaris deferunt, hortanturq; ut ad tam

in signe negotiū peragendum, omnes cōcānt. Hi fuerunt
Ioannes Silvius Centifontanus comes, qui prætoribus, decu-
rionibusq; populi Hispalensis assistebat, Alphonſus à Core
dubæ domus Aquilarie dominus, Petrus Enriquæ prouinc-
iae Bæticae præfectus, Garsias Mariquæ Corabæ, & Ioa-
nes Roboreus Afundi prætores maximi, arcium quoq; pre-
fides, & regy exercitus duces. Qui omnes cum suis, &
cum ciuitatum, & oppidorum populis, quibus praefidebant,
exocomposito ad diem certum Antiquariæ, que ciuitas est
in hostiū collimitio, conuenient, partim armati, partim iner-
mes. Neq; enim omnes bellū hostibus inferendi causas co-
ierant, sc̄a alios res nouas videndi studium, alios semēdi, vē-
decudique, aut merces permutandi causas deduxerat, paucos
Chr̄istianæ religionis amor, aut ex re bellica honoris ampli-
ficandi cupiditas exciuit. Erat itaq; non tam exercitus ad tu-
gnā paratus, in qua plerūq; perei supererant milles, quam
hominum quedam multitudo inordinata numerositas, &
frequentia, que impedimento sibi esse solet, & quāquā iam
deceucrant, Axarquiā esse petendam, denuo cœpiū est
consultari, in quas potissimum partes copie ducerentur.
Nam erant, qui dicrent, Axarquiā esse consregosam, atq;
præruptis montium anfractibus intercessam, tandem pla-
cuit ire, quo illos fortuna sua trahebat, hoc est, quo illes ex-
ploratorior error impegerat. Ordinatis igitur colcri-
bus prime partes obiigerunt Alphonſo domus Aquilarie
domino, & prouinciae Bæticae præfecto, qui exploratores
sequerbatur, postremo stuebatur militiæ duci Iacobi Magis-

DECADIS SECUNDÆ.

ster, media comiti Centifontano, quem Hispanenses multi
 ciues nobilissimi conitabantur, Marchioniq; Gaditano cui
 Afundenses accedebant. Cæteri omnes internas has co-
 piæ distributi, ab Antiquaria in aëspicatis aëibus profecti,
 die insequenti ad vesperam locum destinatum attingunt, &
 quia tanta hominum turba in tam longo temporis intervallo
 non potuit hostes latere, iam receperant se cum pecoris
 bus, & armentis in loca tutiora. Pylas, faucesq; mons-
 tum, & senitarum dictricula occupant: armatisque mu-
 niunt: copiarum nostrarum primi in finitimos locos spar-
 guunt: villas, vicosq; cultoribus vacuos incendunt: sal-
 tus ab armentarijs, pastoribusq; desertos reperiunt. Extre-
 morum equites, quos Magister dñi Iacobi ductabat, cum
 inconfragosa quedam loca incidissent, neq; se fatis expli-
 care possent, ex castello proximo, quod Moclinetum appels-
 lant, crumpentes hostes innundauit: turbatos, atq; quose ver-
 tant incertos, cedunt cominus, & saxis, sagittisq; & telis
 eminus petunt. Magister ab anterioribus auxilium im-
 plorat. Accurrit Marchio cum equitatu, quem habebat
 paratissimum, illosque ex angustijs, in quibus herebant, in
 patentiores expedit compos. Superueniunt etiam, qui
 omnem exercitum ductabant principes. Quid consilicas
 plant in commune consulunt: inter omnes conuenit, se ab
 exploratoribus, & itinerum mensoribus fuisse deceptos,
 qui in loca illa deduxissent, unde plus detrimenti, quam
 emolumenti essent reportaturi: relinquendam esse pres-
 dam, quam pertenueam & exiguum collegerant: deniq; con-

Integra.

Moclin.

salendum esse saluti, quocumq; modo possent, nam honeste
 iam non poterant, cum illis tanquam in viuaria conclusis
 hostium arbitrio esset pereundum. Nam quid facerent bis
 dum inedia consepti? dici, noctisq; laboribus & vigilijs de-
 fessi ab hostibus vndiq; circumuenientibus interclusi? Su-
 peruenit aliud malum, quod fuit omnium perniciöissimum,
 quod intenebris res esset gerenda, & in locis, quos ipfi
 ignorabant, hostibus erant noti. Itinerum duces iusseri, ut
 exercitum, qua melius ratione fieri posset, ex illis angustijs
 in apertos campos perducent, ubi aut collatis signis cum
 hostibus sit pugnandum, aut vndereductibus in domū eaq;
 suam esset redeundum. At illi contra: siue quod iter igno-
 rabant, siue quod illis Dei voluntas omnem mentem absolu-
 lit, incipiunt ducere per arduum, & faxis, dumq; diuum
 inaequalem, quā non pediti, ne dum equili patetbat iter. Iamq;
 oborichantur tenebræ, cum sentiunt iugamontium, quā illis
 cundum erat, ab hostibus occupata. Regredioriut itaq;,
 & in vallem, quam median torrens quidam prærupiis se-
 cabat, inopes consilijs descendunt. Erant à iesco præterea
 mōtes in precipiti stantes, atq; vallibus impēdentes, quos
 iam hostes occupauerat. Nostri ancipites, & quō se potis-
 simū verteret dubij, stabat attoniti: expectantes quid hostes
 facerent. At illi perpetem nostram clamoribus more suo
 montes, & valles implet, crebros excitant ignes, saxa
 rotatilia, rupesque in hostes deturbant: atque interim ausi
 cominus accedere in illos, tanquam in signum positos, scorpio-
 num sagittas, stropetarum glandes, fundarian, & sustibus

DECADIS SECUNDÆ.

Ierū saxa dirigūt, neq; veniebat telum, quod in cassum nile
terctur, atq; ita ad mediā vñq; noctem nulla quicq; data. Cū
Magister, quousq; degeneres patiemur pro hostium libidinē,
quasi pecudes ad lanienam vinclæ, necari? At si de
sunt vires oī viri, non desit animus ad aperiendam viam,
qua nobis aut saltem salutem consequamur, aut honestā mor
tem appetamus. Et simul hoc dicens, clivum ascendere cœ
pit, quem signis prætentis reliqui omnes, qui sub illo meres
bant, sequuti sunt, quo ad ventum est ad montis iuga, que
iam hostes insederant: ibi pugnatū est acriter, compluresq;
vtrig; ceciderunt. In ea pugna cæsus signifer, signumq;
cum eo amissum, cæsus quoq; Iohannes Osorius ipsi Magis
tro arcta sanguinis propinquitate coniunctus, cæsus & Ioā
nes Barzanus, & alijs equestris ordinis complures viri nobis
lissimi. Marchio Gaditanus Magistri exemplum sequit⁹
duce itinerum altero, atq; dia ex parte eiudem clivum cons
fendit, atq; in columnis in alterum montis declive latus euas
dit, in eog; locum eligit, in quo subsidiariam disponit aciē,
qua & se tueretur, & eos qui sequebātur palantes, sparsosq;
ad se recipere. Magister vero ex montium iugis repul
sus ad eos duces, qui se à tergo sequebantur, ad glomes
rat, & quod reliquum erat noctis, in excipiendis hostium
telis consumunt. Neque illis profuit in alteram se val
lem recipere: nam & in eisdem iugis hostesse medios inter
posuerunt, ne se Marchioni coniungerent. Qui tametsi
iuga montium evaserat, ociosus non erat. Dum enim ex
pectat illos, qui à tergo sequebantur, non potuit effici, quo

minus cum hostibus esset pugnandum. Sed quæ potuit esse pugna, in qua ex altera parte vegeti, & recentes ex altera defatigati, & lassi erant? Alteri alacres ex præsenti victoria, alteri ex accepta calamitate animo deiecti. In ea pugna Marchio tres fratres emissit, Iacobum, Lupum, atq; Beltrannum, duos quoq; ex fratribus nepotes Laurentium, & Emanuelum, quibus vero superfuerant vires, non illas ad pugnam, sed ad fugam collegerunt. Reliqui omnes aut cœsi, aut capti sunt. Magister militiæ sancti Iacobi, & Alphonsus domus Aquilarie dominus, & Bætica provinciæ prefectus nati prius quisq; suos itinerum dues per locatesqua, & iniua, & quaneq; hostes quidem sequi poterant, incolamus evadere. Centifontanus Comes in angusto quo dam loco deprehensus cum diquandiu paucis comitatus pugnasset, viatoribus tandem se dedidit, captusq; cum Petro Silvio fratre suo in urbem Granam in vinculis est ductus. Capti quoq; sunt praesides arcium Antiquarie, Moronis, & Assindi, Bernardinus Manriquius, Ioannes à Pineto, & Ioannes Montisalvius, & ali complures viri nobiles, quos erat infinitum numerare. Illud quoq; non omittendum, quod superat omnem fidem, binos, aut ternos ex hostibus ante se duxisse in vinculis captos senos, aut octonos.

Quid memoro viros? Mulieres quoq; ex urbe Malaca egressæ ante se captiuos agebant, ut liqueat illud non hominum fuisse opus, sed Dei, cuius officium est deponere potentes de sede, & exaltare humiles. Id quod Lacerdes monius Chilon sciscitanti Aesopo quid Iupiter faceret, yes-

DECADIS SECUNDÆ.

Sp̄ondit, extollit mites, atque superbos deprimit. Hic est Iuppiter noster, id est, iuuans pater, hic & sol iusticie: qui, ut ait Macrobius, fulgentia obscurat, & que sunt in obscuro illuminat. Idē est Nemesis, hoc est indignatio, qui virinus effigie contra superbiam colitur.

DOMA V R O R V M Rex iunior ab Aega
brense Comite, & regij ministerij prae
fecto in pugna capitur.

CAP: III.

 X tanto moerore, & luctu recreauit, refecitq;
gentem Hispanam Dei benignitas, ne accessio
ptæ calamitatis desperatione languescens, ad in
choatum bellum fieret remissior, castigauit nā
q; Hispanorum superbiam, non vt animos ad pugnam remit
terent, sed ne per insolentiam hostes contemnerent. Nam
& pro nobis diuinum stare fauorem, vel his duobus argu
mentis demonstratum est: quod, vt paulo ante diximus, ex
uno, atq; simplici regno duos Reges excitauit, quodq; nūc
dictiori summus, alter illorum in nostrorum principum venit
potestatem. Quis enim non uidet, ex discordia illa patris cū
filio factum esse dissidium, vnde victoria nostra de hostib;
originem duxit? Saluatore nostro prædicete. Omne regnū
in seipsum divisum desoladitut. Quæres in hūc modum est
gesta. Ex duobus Majorū Regibus iunior, qui patre poten-

tior erat, cernens se apud suos, vel ex ea causa maiorem in modum amari, quod Christianorum nomini esset infensor, atq; bellum gerandi cupidior, quam maximum potest equitas sum, peditatumq; tam ex sua, quam ex patris factione comparat. Neque ita enim desidebant animis, ut non maius odium in Christianos, quam ipsorum inter se esset. Itaq; parato exercitu, quos potissimum sues hostiū inuederent cōfultantibus, placuit in Cordubenses, & Astygitanos irruere, propterea quod ex superiori strage ad Malacam accedit, totus ille trallus erat equitum, peditumque numero exhaustus. Lucenam itaque, & Aquilare, castellaque finiti maperierunt, agros populariuntur, erbores frugesque succidunt.

Nuntius ad Aegabrensem Comitem venit, qui ex Vacina oppido suo pergrandi equitum, peditumque semper habebat cohortes ad huiusmodi repentinae casus paratas.

Isumgit se ministerij regij prefecto, qui Lucene oppidi erat dominus, qui duo comparato, nolo dicere exercitu, sed exercitus specie, in hostes eunt. Non credet posteritas, quod ego nunc scripturus sum, sed neque presentes credent, si qui sicut, ad quos scripta mea peruenient, sed neq; ego credere, si quis alius mibi narraret, sed habeo mille testes, qui mihi attestabuntur, quorum aliqui interfuerunt, alijs ab iis, qui interfuerunt, audi erūt, aut si adeo sunt curiosi ab ipsis audi possint. Si acie iusta, signisq; collatis fuisset dimicādū, cuq; nostrū cū denis, decē cum cētenis, & centū cū milienis res fuisset peragenda. Matri cum audissent nostros aduenire, castratollūt, equos conseruant, pedites, Rex iubet, ex-


DECADIS SECUNDÆ.

armentis pecoribus, & captiuis collectam prædam agere. Lo-
rem versus, ipse cum suis copijs expectat, an se hostes perfe-
quatur, interdum diu pedites, quos præmisserat, subsecui-
tur. Iamque transierat locum, quem indigenæ Martini Cōs
disali torrentem appellant, qui sex passuum millibus à Luce-
na distat, cum se hostes inicem conspicunt, subsistunt utris-
que, Mauri, quid nostri auderent, nam contemnebant illos,
quia multo pauciores erant, nostri, quo ad se pedites, qui ses-
quebantur, sibi adiungerent. Equites auxilio peditum
aucti ex utrisq; agmine facto signis infestis inuadūt hostes,
qui ex tribus equitum turmis unam faciunt, que à tribus du-
cibus ordinaretur. Primus erat Rex ipse, alter exequendi
iudicij prætor maximus, tertius quem Mauri lingua sua vo-
abant Alatar, hoc est Aromatorum. Qui barbarian
illud more suo inclinantes, quo etiam nos clamore cum ho-
stium vires extenuare volumus, ut solemus, excipiunt nos
stros ex aduerso venientes tanto conatu, tantisq; viribus ir-
ruentes, ut neq; primos quidem incorsus subfluvre potues-
rint. Hoc est illud grande miraculum, & quod alijs incre-
dibile visum iri præfatus sum, versi deinde omnes in fu-
gam dimissi præda vni tantum saluti profficientes. Ast
alia ex parte Alphonsus à Corduba domus Aquilarie domi-
nus, qui eo ipso tempore Antiquariæ morabatur, ad hunc nū-
tium cum præsenti equitatu superuenit, hostesque fugientes
anteuerit, seque venientibus opponit in angusto quodam lo-
co. Quos ipse à fronte, comes Aegeabrensis, atq; regij mi-
nisterij præfetus ait ergo ferientes, magnam in illos stragē

adūnt. In eodem loco inuenta sunt postea mille hostium cadavera, preter illos, qui paſſim fugientes occiderant. Rex ipſe capi⁹, Alatas & duces alij hostium cœſi, atq; ita viatores nostri ex eo conficti redierunt in morem triumphi cum captiuis, & præda, quam ex hostibus auerterant, que in manubias redacta in commilitonibus distributa est. Rex ipſe captiuius extra sortem Comiti donatus, apud quē honoriſce, atq; pro dignitate regi tractatus est. Et ne tantæ rei geſtæ monumentum aboleretur à Rege & Regina Comitis in signibus additum est coronatum regis caput catenis vinctū, & in oracipei vexilla nouem, que in prælio fuerant ex hostibus capta. Et quia eiusdem victorie ministerij Regis prefectus fuerat particeps, eadem insigniorum ornamenta ab eisdem Principibus, & ob eandem causam, illi communis erant.

BELLI apparatus, census illorum, qui
cum Rege ad Granatensis regni po
populationem profecturi
erant.

CAP. IIII.



INTER cetera negotia, que ad senatum regium cotidie refrebantur, nihil erat frequenterius, quam quemadmodum in Matros bellum inchoatum ordine procederet, & quæ belli ge

DECADIS SECUNDÆ.

rendi ratio imprimis esset incunda. Cumq; ea de re se-
pe consultaretur, nulla potior inuenta est, quam ut oramen-
tina numerosa classe ob sideretur, ne quid auxiliij, aut comita-
tus à Mauritania inueheretur, atq; in finibus ad liberen-
tibus custodes, ne à terra aliquid alimenti ad hostes perueniret, aut
per commercium, aut captiuorum redemptionem, aut fur-
tim, aut alio quo quis modo. Tertium restabat, vt per os-
mnia regni hostilis penetralia fierent agrorum populatio-
nes, villarum, vicorumq; incendia: arborum, frugumq; suc-
cissiones, vt qui sine multa Christiani sanguinis effusione
expugnari armis non possent, fane co gerentur in deditio-
ne venire. Dispositis itaq; à terra, mariq; custodibus conuo-
cantur omnes Hispanie principes, trium ordinum Magistri,
Duces, Comites, Marchiones, Comes stabiliis, Metati, prouin-
ciarum, orbiu[m]q; præfecti, arcu[m]q; præsides, vtq; veniat
cum suis cohortibus, regia autoritate monetur, atq; in dictu[m],
locumq; certum, ubi Rex esset, omnes conuenire iussi. Coie-
runt itaq; in loco, qui ab incolis appellatur Carectum, ubi
facto censu, inuenta sunt equitum cataphractorum, atq; leuis
armaturæ decim millia penditum armatorum ad pugnare:
ad succidendas arbores, frugesq; instrumentis rusticis arma-
torian triginta millia: fabrorum, & machinariorum ingens
numerus: milionum, agasorumq; & carucariorum, qui ins-
menta, asinos, bouesq; agerent quadraginta millia, præter ly-
xerian, calonum, pabulatorum, frumentatorum, pistorian, co-
quorū, dulciorum numerosam multitatem, mercericū
prostibularumque, & eorum, qui exercitu nulli sunt usui, sed

magno potius impedimento magnam turbam. Exercitus vero à Rege in huic modum est distributus. Magistro militie domini Iacobi, & Marchioni Gaditano, & Alfonso domus Aquilarie domino, & Ludowico Ferranti, qui postea fuit Comes à Palma, priores sunt commissæ partes.

Posteriores vero Hemerocalio Comiti, & Ioanni Septo maiori Conchelli domino, & cohortiam à Duce Infanta missarum, & quas Dux à Methymna cœli misit præfes Elis, & Martino Alphonso Montis maioris domino. Mezdiarum partium cohertes hunc in modum dispositæ. Primum ducebat Garsias Lupides Patellanus Cisterciensis milites à Calatrava Magister. Secundam à Monte regio Comes. Tertiam Franciscus à Stanica prefectus copiarum, quas Dux placentinus pater, & quas eiusdem Ducis filius Cisterciensis Militie à Ponte Traiani Magister.

Quartam Guterius à Septo maiori Caetanus Comes, & Fredericus Ducas Albanorum filius. Quintam Dux Triciensis, cum ijs qui sub illo merchant, & qui à Mentes sa, & Vbeta, & Biacia venerat. Sextam Dux Alburquerque, & Ioannes à Methymna Aßindica Ducas filius, qui ducebat copias ab Enriquo patre missas. In subsidiaria cohorte, que alijs omnibus maior, atq; firmior erat, Rex ipse medius ibat stipatus mille equitibus, quingentis catas phalallis, totidemq; leuis armatoræ, qui ex cohorte præatoria Regis & Reginæ fuerant delecti: hanc ducebat Iacobus Lupides Patiequis Vilenatinn Marchio. Signū viroregii præferebat Alphoncus Silvius, nam Ioannes Silvius cuius ha-

DECADIS SECUNDÆ.

reditario iure illud erat munus, Granatae in vinculis adser-
tabatur, ex clade, quam ad Malacam accepimus, quemadmodum in superiori parte dictum est, captus. Ex alia quoque parte pedites cum suis centurionibus in cohortes distributi locos opportunosteneri insi, ballistas, et tormenta, aliasq; machinas obseruabant equites, peditesq; ab Hispali, et Corduba, atq; Astygitana colonia, et reliqua omni Baetica missi. Copijs hunc in modum ordinatis ventum est in locum, quem indigenæ equitati Colcm appellant, ubi ea nocte subfiterunt. Postridie eius diei hostium fines ingressi prope Illoram oppidum arte, et ingenio loci munitissimum casstramentari sunt: oppidani ex munitionibus erumpunt, et cum primis ex cohortibus nostris tumultuari, in pugnam praeterant. Sed nostrorum viribus impulsi, cedunt, inseguuntur nostri, atq; viriq; simul oppidi suburbia intrat. Inde quoq; hostes repulsi in castellum, reemq; se recipiunt, unde sagittis, telisq; petebant eos, qui frumenti areas mœnibus propinquas incendeabant: inde quoq; tormentorum saxeis orbibus, et stropetorum glandibus, misilibusq; fugantur, atq; ita incendium peractum est. Et quia oppidum expugnari non potuit, incensa quoque suburbia, nisi quoq; a Rege Comes Aegabrensis, et dominus Aquilariæ dominus, qui cum parte exercitus Montis frigidi, castellarumq; agros vassarent. Atq; ita nou modo Illora et Illoreæ finitima prædia igni, ferroq; corrupta sunt, sed et omnia, que intra quatuor milia passuum erant, in cinques, faciliusq; abierunt.

Tagara

~~AGARA~~ oppidum capit. Alama com
meatu instruitur. Tendillanus Comes
præsidio sufficitur.

C A P. V.

IS rebus ad illoram, Montemq; frigidum pe
ractis castra mutantur in locos, unde possent
maiora detinente hostibus inferri. Nam
quacunq; tantus exercitus procedebat, non so
lum pedites ad hoc minus designati, ut runcinis, falcibusq;
messoribus, & scenarijs, atq; rusticis securibus omnia arbo
rum genera, frugesq; vastarent, sed & ipse castrorum trax
et us omnia sternebat: & milites e castris egredi villas, vicos
& finitimos, & molas aquerias, molendinaq; dolabris demo
liebantur. Erat Tagara oppidum non minus, quam superi
ora munitum, quod inter Alamam, & Loxam positum nos
firis perniciosum, hostibus vero accommodum. Hoc iubet
Rex oppugnari, fabri lignarij, & ferrarij operi se accingunt.
Testudines, arietesq; pluteos, vincas, turreosq; ligne
as aptant, oppugnatores ab omni parte machinas muris ad
mouent, atq; murorum fundamenta rutabulis. & bidentib;
subruere tentant. Extra muros, & intra moenia vehemēs
ter laboratur, neq; ullum interea telorum cessat genus: oppu
gnatores ballistis, & tormentis: propugnatores cæmenticij
lepidibus, & ollis sulfate, ac pice plenis, & admoto igne ar

DECADIS SECUNDÆ.

dentibus rem suam agunt. Obsessi tandem nostris instantibus cedunt, atque desertam murorum defensione in castellum arcemque recipiunt, oppidum hostibus diripiendum relinquunt. Captio oppido cœptum est deliberari de arce oppugnanda.

Erant, qui dicere abstinendum esse ab oppugnatione, propter terra, quod muri erant crassiores, atque signino opere ex calce, et arcua compacti, neque aderant sulphurarie machine ita grandes, quibus tam solida materia dirigi posset. Alij dicebant admouendas esse machine, atque tentandum prius ne essent muri: An ita firmi, ut presentes machine non possent illos demoliri: Placuit Regi arcem debere oppugnari, propter terra, quod tanta erat viriusque sexus et etatis multitudo, que re se conceperat, ut deficientibus alimentis brevia coegerentur se dedere. Inbet itaque arcem a quatuor partibus oppugnari: Magistro militie domini Iacobi, et Marchiono Gadiano, et domino Aquilarie domino primari commendat: Triciensi Duci, et Ludouico Ferranti Palmæ Comiti alterum: Gasilio Ferranti Martino cum copijs Cordubensibus terram. Ferdinando Verasco, qui Dux Infantatus copias ducebat, alteram ex turribus, que pro arcis porta stabant, oppugnandam committit. Quisque illorum, quibus cura demandata est, eodem temporis momento negotium rapit, pugnat, propugnaturque pro viribus ab virisque durat ea pugna ad horam diei nonam. Vulnerati ex veraque parte copioses viri nobiles inter quos Enriquus Enriqui Regiae dominum maximus Oeconomus. Intermissa est ea oppugnatio, quod virique erant defatigati, ut amplius durare non possent.

sent. Postero die repetita est oppugnatio tam acri, & ve
 hementi conatu, ac tam frequenti grandine telorum, ut Mai
 ri non valentes impetum sustinere, cœperint cum oppugna
 toribus de ditione agere. Inducia in paucas horas date,
 quoad negotium cum Rege transigeretur, & sub fide publicis
 camissus illorum sacerdos, Alfaqui vocant illi, qui ipsorum
 nomine Regi arcem tradiceret, si vellet misericordia vitam, atq; li
 bertatem cum honorum rectione concedere: vitam Rex fa
 cile concedebat, libertatem & bona condonare noluit pro
 pterea, quod ausi sunt bis oppugnationem expectare. Et
 erant Mauri, qui dicebent mortem potius appetendum, quam
 vite sine villa conditione dederent. Alij nihil excepient
 es, & Regis misericordiam spectantes, volebant se dedes
 re. Interea nostrum intellexissent hoc dissidio vires ho
 stium, atque animos defecisse, instant oppugnationi, irrump
 unt in arcem, repugnantem trucidant, nihil resistentes capis
 unt, bona diripiunt: preda Regis arbitrio pro cuiusq; digni
 tate, & rei bene gestæ merito distributa, arcem cum castello,
 & oppido placuit dirui, atq; solo adæquari. Inde Rex
 cum exercitu Alamam proficiscitur, quam triginta mille iument
 torum vehibus instruit, quibus communitus importabatur, at
 que urbis praefidio milites mille partim equites, partim pe
 dites reliquit, quibus praefecit Enicum Lapidem Tendillas
 num Comitem, commendatq; vt non modo arcem tueratur,
 sed & pro temporum occasione hostibus etiam bellum ins
 ferat.

DECADIS SECUNDÆ.

DE GRANATENSIVM agrorum vas
statio, atq; Regis in Cordubensem
coloniâ redditus.

CAP. VI.

INSTRVCTO Alama penario, et urbis munitionibus refectis, omnis cura Regis in vastandos Granatae agros traducitur. Illa enim fuit causa cur tanto exercitu, tantoque rem omnium apparatu hostium fines ingressus est, ut urbe, que erat totius hostilis regni caput, et ciuitatem metropolis limes ad alimentorum præcipue inopiam redigeret. Erat Granata quemadmodum in Decadis huius prefatione diximus, tanta equitum, peditumque; armatorum multitudine res ferta, ut nisi per grandi nostrorum exercitu illa vastatio agrorum sine magno periculo fieri non posset. Ex Alama igitur profecti, non modo sternunt obiter omnia, que in via, aut viae proxima erant, sed etiam longinquiora, que à dextris, sinistrisque; intra quatuor milia passuum ab usque latere continebantur, ut erant vici, villa, armentorum stabula, magalia pecorum speculae, et turres, quo se paratores, et agricola temporibus dubijs, atque suspectis recipiebant. Die tertia postea quam ab Alama discesserunt, in oppidulo Alendino, quod à Granata quatuor milia passuum distat, castra figunt. Est illud oppidum ad radices Orospes

de montis posuon contra collēm niuosum, ab eo sic dictum,
quod niib[us] sc̄mper obrutus est. Ager illius in circuatu op-
linis, & vitibus, atq[ue] omnium generum arboreis consitus:
vbi non sunt arbores, sata omni frumentorum genere, atq[ue]
leguminum & panici culta sunt. Hec omnia R ex iubet suc-
cidi, & sterni, atq[ue] lumaris & messoris falcibus meti.

Dum hec à peditibus sunt, equites, ut illos à quocumq[ue] su-
pernentu securos reddat, certis in locis dispositi, tumultuari as
pugnas cum hostiobus exercent, qui deinde armatorum pe-
ditum auxilio aucti oppidam irriuant, diripiuntq[ue], & fru-
menti arcas oppido propinquas igni corrumpunt. Die in
sequenti R ex cōm omni exercitu cohortibus ordine suo dispo-
sitū suburbanos Granate agros populabundus innadit, atq[ue]
proximē urbem cum subsidiaria cohorte tota die ad vespe-
ram usque consistit, dum arboi um, mesiumq[ue] strages con-
ficeretur. Et qui aetus ager ille fossis incilibus, atq[ue] vora
ginis aquae ductibus intercisus est, quorū diverticula nos-
tris incognita, hostibus explorata erant, certis in locis pre-
sidariās cohortes exponit, que uni succidendarum arborū,
mesiumq[ue] studio intentis pericula prohibeant, securitatemq[ue]
præsent. Populatione itaque agrorum peracta, hostes cū
vidarent, se nulla ex parte calamitatem illam prohibere po-
tuisse, ad alias se vertunt artes: aquarum incilia perturbant,
fontes veneno corrumpunt: pontones, & omnia, que nos-
tris usui esse poterant, intercipiunt. Peracta igitur agro-
rum vastatione ex voto, atque Regis sententia iubet mu-
tari castra. Et cum adhuc tempus superesset, in quo ali-

Sierrane...

DECADIS SECUNDÆ.

quid fieri posset, quod ad bellum inchoatione nostris cōduces
ret, hostibus nōcumento foret, deficiente tamen committau-
earum maximē erum, que ad victum pertainent, coacti sus-
mus domum quisque suam repedare. Rexigitur Cordu-
bam petit, ubi stipendia militibus; atq; arboriam, mesiumq;
successoribus pac̄am mercedem per solui iubet. Maori cum
vidarent se omni ex parte circumuentos à mari clavis inge-
ti, à terra crebris pr̄sidijs, regni penetralia ferro, igniq; de-
solata, mittuunt ad Regem legatos, qui pollicerentur suo, atq;
regis ipsorum nomine, se reddituros quotannis vim maximā
Granatensiam aurorum, atq; in eius tribui pignus impre-
sentiarum se datus obsides nobilium filios, atq; ex regio
sanguine procreatos. Rex negotium, in quo de re twitaas
gebatur, ad Reginam refert, quae eo tempore in Cantabris
Victoris morabatur int̄tarebus, quas in Nauaria inchoas-
rat, et que ad provincię illius administrationem pertinebat.
At Reginam, tametsi nihil magis optabat, atq; ab immorta-
li Deo preocabatur, quam ut videret diem, in quo urbe Gra-
nata, et Granaterram potiretur, ad Regis consultationem
respondet, non placere sibi villas hostibus inducias concedi.

Sed quia multa simul restabant per agenda non modo in
Hispania, sed cum finitimis Nauariensis, et Gallis, cum
quibus de Ceretania, deq; Ruscinonis Comitatu iam pridem
lis pendebat, atque de Nauaria quoque spectabatur, non de-
spliceret tamen temporarias hostibus inducias concedi, dum
modo sequestro deponerent arces, et Castella, quo pigno-
re tributum illud, quod se reddituros quotannis pollicebans

tur, esset certum, neque dubia fide solvendum. Nam qd' de obsidibus dicebant, apud illos, qui non multi obsides faciunt, nihil certi offerbat. De castellis, & oppidis se- questro deponendis non placuit hostibus, sed neq; Regi & Reginæ de dandis obsidibus conditio. Res itaq; infecta mansit, & Reginæ iussu, quæ in huusmodi rebus erat scrupulosior imperatum, ut fines diligentius utique obseruaren- tur, & quod in redimendis captiuis nullum fieret commer- cium, unde aliquid alimenti hostibus accederet, quin potius ipsa patiebatur, ex re sua pecuniarum partem contribui, quā huusmodi in rebus collusionem aliquam cum hostibus fieri.

DE reddenda libertate Maurorum Regi
iuniori deliberatur, & primo quod
non surreddenda.

CAP. VII.

CVM adhuc Rex Cordubæ, et Reginæ in Cor-
tabris Victoriae moraretur, Maurorum Regis
iunioris mater, et qui factionem illius sectaban-
tur, miserunt legatos, qui agerent cum Rege
nostro, quemadmodum Rex, qui apud Aegabrensis Comis-
tem in vinculis erat, donaretur libertate, quam non gratis,
sed ingenti precio dicebant se velle redimere. Impri-
mis perpetuo obsequio sui ipsius, & illorum, qui se in
Y iij

DECADIS SECUNDÆ

Granate regno sequebantur. Deinde certo aureorum ve-
tigalium numero, qui tributi nomine quotannis Hispanorū
Regibus penderetur. Tum Christianorum, qui in Gran-
nate regno captivi erant, certo quoq; numero eorum, quos
Rex ipse nominaret. Rex audita legationis summa, dat
literas ad Aegabrensem Comitem: vtq; ducat, aut mittat ad
se Maurorum Regem, petit. At ille nō grauate iussis Re-
gis obsequitus, Regem captiuū deducit. Laudatur Comes,
atque honorifice ab Hispanorum Rege accepitur, gratiasq;
illi agit, quod tam impigrē illius voluntati obtemperarit, Re-
gem captiuū Martino Alarconi Ponentatis arcis præfidi
adseruandum tradit: ipsum regem afflictum videre noluit,
quoad decernerecū quid de illo statuendum esset, sed bene
sit de se, deg; Regina coniuge speraret, illi nunciari iussit,
vtq; interim hac vna spē captiuū tantem suam cōsolaretur.
Ad hęctā benigna regiae voluntatis oracula Maurus respō-
det, se non posse sub tantis, actam beneficis Principibns in
luctu, atq; mōrōre esse, & quod vna tantum res in calamita-
te sua dolebat illi, quod videretur nunc necessitate cōpulsus
facere id, qd' cū esset liber summopere concupierat, hoc est,
subjicerē se illorū potestati, vt ab illis accepert regnū Gras-
natense, quē admodū avus patern⁹ su⁹ illud accepert ab imor-
talis memorie viro Ioanne Hispanorū Regesecūdo socero
suo, atq; Reginæ sue cōsortis patre fortunatissimo. Et quia
Regis præsentia alijs cōpluribus in locis desiderabat, non
modo in rebus, quas Regina in Nauarie finibus inchoauer-
rat, sed etiam in ijs, quæ in prouincia Tarragonensi per ur-

biuum præfectorum, atque ciuitatum gubernatores administras-
bantur: ante aquam Rex ex Baeticis proficisci eretur, prospic-
iens bello, quod cum Mairis acceptum, atque deinceps ge-
rendian erat, disposuit, quibus in locis opportebat, Limitas
neorum militiam cohortes, quibus præfecit & duces, qui fit-
nes ab hostiis incursum sustinuerunt, & quoties illis videre-
tur bellum inuicem inferrent. Quod vero ad Regem
Maurorion iuriorem attinebat, retulit ad senatum, qui tunc
frequens erat, non solum ex togatis ciuibus, atque ciuilis, &
Pontificij iuris consultissimis, sed ecclesiariam etiam præla-
tis, & totius Hispanie principibus viris. Mauri Regis
procuratores pro libertate illius iudicanda offerebant, quem
admodum paulo ante diximus perpetem Hispanorum Regi-
bus subjectionem, & aureoru[m] quotannis duodecim milia,
& ex captiuis Christianis, qui in Granaten si regno inueni-
rentur, tercentum eorum, quos Rex noster nominasset.
Daturos quoq[ue] se impræsentiarum pollicebantur obsides, si
litterum unicum Regis legitimum cum alijs Maurorum illuo-
strum filijs, eorum scilicet, qui essent factionis eiusdem fuis-
diosi. Postulabant etiam captiuum Regis nomine auxilium
ad ea expugnanda oppida, & castella, q[uod] post captiuitatem
suam ab illo desciuerant ad Regem seniorem patrem suum,
idq[ue] nisi maturè fieret, alios ex desperatione sue libertatis
illorum exempla sequunturos. Sententiae procerum, atq[ue] ins-
simatum etiam ea de re fuerint variae. Alij diccebant mul-
ta conditione reddendum esse, qui semel in vinculis tenebre-
tur. Alij contra, non modo reddendum esse libertati, veri-

DECADIS SECUNDÆ.

etiam auxilium premijs, & honoribus dimittendum, afferebantq; utriq; rationes, quibus sententiam suam tuerentur. Eorum, qui priorem defendebant, princeps erat diuī Iacob Magister, qui post lōgam in senatu regio disceptationem huiusmodi apud R̄egem habuit orationem. Tria, inquit, sunt clarissime Rex, que veniunt in dubitationem, quoties de bello hostiis inferendo deliberatur. Primum de genere belli. Alterum, quibus modijs conatus nostri victoriam consequantur. Tertium, quo pacto ea, que victoria nobis peperit, quam diutissime consuetari possint. Genus belli est ita iustū, & honestum, vt nullum magis esse posse: ita utile & necessarium, vt nullo modo sit disimulandum. Nam quid honestius ex cogitari potest, quam pro Christiana religione cōtranominis Christiani hostes arma inducere? Quid iustius, quam repetere armis ea, que iniuste nobis fuerunt creptas? Quid magis necessarium, quam aduersarios nostros iugulis intentos funditus perdere? Quid vilius, quam fines nostros propagare, atq; hostium limites compescere? Sed hac de re nulla mihi controversia est cum ijs, qui huic meae sententiae refragantur: idem sentimus, in eodē statu cause sumus, de hoc omnis contentio est, si ne reddendus libertati R̄ex captus, an potius eternam in vinculis restinendus. Ex his duobus virum sit impendenti bello cōducibilius, nunc disceptamus. Est autem hoc bellum, cui nūc insistimus, non ita difficile, vt sit extimescendum: non ita facile, vt sit contemendum. Quare pro belli magnitudine non omnia, n:q; ab omnibus auxilia sunt querenda, sed ea

tantum, quæ nos banc st̄ īuare possunt. Nunc autē pensita
 tis viri⁹sq; partis viribus. omnia sunt nobis potiora, milis-
 tum numerus copiosior corporis, atq; armi vires multo al-
 triores, belli gerendi duces præstantiores, machine, &
 quibus hostes petantur, & quibus nos ab hostibus tucamur,
 magnitudinis, & multititudinis incredibilis apparatus. De
 exitu vero huius belli quid illi timeant, & quid nos sper-
 mus, vel hoc est argumentū maximū, quod s̄pē tentarunt
 emere pacē, vel saltē inducias, pollicentes maria, & mon-
 tes atri, atq; tributi nomine perpetuā seruitutē. Qā obla-
 tā conditionē quasit orpē reūscistis, quia vobis erat in ani-
 mo non per partes, sed totā simili extingue re gentē Malus-
 meticā ex Hispania. Et quid prodest, postea quā hoc bello
 lum inchoatū est, tot fecisse belli apparatus, tot expeditiōes,
 toties congregasse populos, tot adūsse labores, & pericula,
 si nunc in mediocritū conatu negotiū infectum relinquitur?
 Qnod si hunc Regem, quem in vinculis habetis, iuri suores
 st̄tititis, omnia hæc per didim⁹, ut de nobis dici possit illud,
 quod est in Gr̄corum proverbio: oleum perdit, & impen-
 sam, qui bonē mittit ad ceroma. Atqui, inquiunt isti, pro li-
 bertates sua offert duodecim millia aurorū annua, dicāt mihi
 obsecro, quāt̄ portio est hæc ex summa illorū millionū, quæ
 in hoc superiori biēnio exhausta sunt in huius belli sumptus?
 nō dico ex vestigalibus regis & fisco: ex mutuis & exas-
 etionib⁹: ex impositionib⁹ & tributi: ex cruciatis & apos-
 tolicæ Sedis subsidib⁹, sed ex uiolēta cōuccatiōe, & delectu
 ciuitatū, oppidorū: ex coactiōe angariarū, & perangaria-

DECADIS SECUNDÆ.

rum, per omnes totius regni populos. Atq; ut iam vno
niam ad ultimum ex tribus illis, que proposui me dicturū,
quomodo possint, que in bello pars sunt, quam diutissime
retincri, quero ab istis, si captivo Regi libertas redditur?
an cum libertate etiam pars illa regni, quam nunc posse
bat, condonanda est? & altera pars, cōtra quam gesturus est
bellum, cui cessura est, illi ne? an vobis, à quibus in auxiliū
belli copias petit? Respondebitis, opinor, quod viraq;
pars vobis est cessura, quoniam semel scrupulo suo libera
tem emit, & ut irris consulti dicunt, quicquid seruus acqui
rit, domino suo acquirit. Itene o cæci fidendum est liber
tati alicuius, quam necessitas dedit? Omnis seruitus vio
lenta est, nihil autem est violentum, quod diutius permane
re possit. Cum viderit se liberum, dicet se non tenerire
dere, quæ necessitate coactus pollicitus est se daturum. Est
igitur vero quam simillimum, quod libertus hic vester nō
nobis, sed sibi ipsi militabit. Quid? quod neutra Mauros
rum factio isti obtemperabit. Non quæ patrem sequitur
obscurantia sue religionis, & obsequi, quod illi debent,
non quæ ipsum sequitur, cum eum viderine deuinctum regi
bus, qui alienam religionem sequuntur. Atq; ut uno ver
bo sententiam meam tibi o clarissime Rex ostendam, ita sen
tio, bellum hoc prosequendum esse, Regem captiuum reti
nendum esse in vinculis, ne ex hoste uno, & eo quidem se
necta ætate confectum, nobis faciamus duos integros, &
geminatis viribus robustiores, neq; in libertate nomine tri
buti pendant vobis quantum, & quandiu ipsi volent, sed in

seruitute, & sub munitiōnibus vestro p̄fūdīo iūstūtis
redant quā annis, quantum Celsitudo vestra redendū
esse statuerit.

MARCHIONIS Gaditanū oratio,
quod Rex Maoriorū iūmōr sit
reddendus libertati.

CAP. VIII.

ORVM, qui in senatu regio partem alteram
tuebantur, sentiebantq; captiuum Regem libe-
tate donandum esse, princeps erat Rodericus Pō-
tius à Germanica legione Marchio Gaditanus,
qui has de re iussus à Rege sententiam dicere, huicmodi
habuit orationem. Ex tribus rebus, quas Magister milis
tie dini Iacobi vir per quam illustris, dixit, de primanu-
lum est mihi cum illo certamen, nam de bello hoc prosequēs-
do quid ego in secretiori senatu vestro, atq; hoc in loco publi-
ce, & alijs in locis cum familiaribus meis, & amicis priua-
tim dixerim, tu es mihi testis clarissime Rex, & illi, quibus
cum hac de re sēpe sum loquetus. De quo nunc discepta-
mus, videndum, atq; imprimis discernendum, an ex misera-
di huius Regis captiuitate Celsitudini Regiae, si detineas-
tur in vinculis, aliquid honoris accesserit, magis quam glo-
riæ: & vere laudis accederet, si libertate donaretur. Fuit
quidem Regie maiestatis vestra ab uno, atq; altero ex sub-

DECADIS SECUNDÆ.

ditis Regem hostium prælio superari, captiuum in pompa triumphi duci, sed in vinculis detineri, per Deum immoratalem obsecro, quid habet honoris? Quid? quod apud genitum hoc hominum non est ita sanctum, ac venerabile nomē regium, quem admodum apud nos, itaq; prohibidine, atque leui ex causa Reges abdicant, proscribunt, occidunt, atque in eorum locum alios sufficiunt. Quid si in viros, & inscolares, atque in sua potestate constitutos hoc vident, quid non in captiuos faciente? Et ut ex eis exempla petamus, ab eo, quod saeculo nostro fecerint hoc ipso Rege capto, quem nunc in vinculis habemus, plerique omnes sue factionis ad Regem patrem desinuerūt oblitii, & nominis, & fidei, quam suo Regi obstrinxerant: ut Celsitudo vestra existimet, se non habere captiuum Regem, sed ex media plebe obscurū hominem. Sed videmus nunc, & æqualance perpendas mus, quid virilitatis ex hac Regis captiuitate nobis accrescat, aut ē diuerso quid detrimenti ex eius libertate. Dux inter se pater, & filius dissidebant, atque de principatu beligerabant, uterq; negotium nostrum agebat, uterq; nobis militabat. Nec enim erant tantæ illorum vires, ut & nobis resistere, & inter se decertare possent. Nunc vero posteaquam iunior hic Rex captus est, & in vinculis teneatur, ex duobus ad monarchiam res est redacta, maius negotium nobis accessit, quam prius era, quoniam duplices illorum vires in unum corpus coierunt. Quidigitur, inquies optimus Rex, tu faciendum censes? nimirum, ut redintegretur discordia inter patrem, & filium Reges, & se mutuis

vulneribus conficiant, ut non sit nobis cum uno duplice bellum gerendum, sed cum altero ex duobus, quorum alter pro nobis militans, faciat aduersarij nostri partem debiliorē. Restat nunc suspicio illa & timor, ne pater, & filius nomina pietatis, & naturae pignora inter se redeant in gratiam. Hoc inter priuatos paſſim fieri solet, inter Reges vero nūquam, si semel regnandi dulcedine inescati sunt. Quoties legimus, non solum apud poētas, sed etiam apud historicos, partim externos, partim domesticos, patres à filiis res quo cieccos in exilio vixisse? Nam fratres à fratribus vulgare est, usq; adeo, ut, quod ait poēta. Nulla unquam potestas consortem patiatur. Quare pater, & filius nunquam cessabunt inter se certare, ille de regni possessione tueri, hic de patre ex regni culmine disturbando. Alenda est igitur inter eos discordia, atq; non solum hic dimittendus, sed etiā, si potest fieri, tertius aliquis submittendus, ut si unum e tribus fors interceperit, nunquam defint regnicos petidores. Neq; multifaciendum est, quod de rebellione isti formidant, si non permanserit in officionam & ingratitudinem crumen apud illum manebit, si fidem violauerit: apud te vero beneficentiae, atq; magni animi opus immortale, cuius nunquam penitebit. Simul etiam ex eodem facto apud omnēs gentes potentiae magnitudinem ostendes, cum audirent, Regi, cum quo bellum gesseris, dedisse libertatem, & in regni partem restituisse. Duabus igitur in rebus uno opere te ceteris præstare monstrabis, quas antiquitas loci tribuebat, quas et nos Deo nostro vult, & vero tribuimus,

DECADIS SECUNDÆ.

optimum, & maximum appellantes, optimum propter beneficentiam, qua erga cunctos mortales utilitur, & maximum propter omnipotentiam, quæ non per partes, ut cetera, sed per omnia se extendit. Per beneficentiam igitur captiuum donabis libertate, per potentiam non timebis rebellionem. Dicant igitur nunc isti, quis huic meæ sententia aduersatur, utræ sit favorabilior, & magis ad pulchritudinem, hos nestasemq; accedens mea, in qua dico Regem captiuum libertate donandum, an sua, in qua dicunt in vinculis, ac seruitute detinendum? Cumq; tria sint genera honorum, propter quæ omnes omnia faciunt, vtile, iucundum, & honestum, quæ utilitas prouenit ex unius non Regisiam, sed hominis in servitute, & vinculis posui captiuitatem, cuius neq; tu possis uti opera, neq; sui precio redimere? Quæ voluntas ex eius vinculis? an stridor ille catenarum, & manecarum, compediumq; strepitus delecat? Quæ pulchritus do, & honestas, vete iuvet beneficisse, & benefactorum frui conscientia, atq; unde spectare possis gloriam immortalem? Hæc Marchionis sententia plerosq; mouit, non solum ex partis sue studiosis, sed ex ijs etiam, qui antea refragabantur, atq; imprimis Rex ipse visus est propensior in eandem sententiam. Sed quia Magistro aliud videbatur, & plures quoq; illi assentiebant, placuit rem integrâ ad Reginam referri. Quæ respondit, non displicere sibi, que Marchio sentiebat, præsertim cum de captiuorum redemptione agerentur, & quod maiorum suorum exemplo multi Maurorum Reges olim illi fuerint subditi, atq; tributarij.

Ius

Iussus itaq; Rex intior venire Cordubam, Regis nostri ad genua supplex cu dextram manū auersam exosculari vellet, eamq; ut porrigeret, ab astantibus admoneretur, propterea quod subditus, & tributarius, faciem, inquit Rex noster, si in illius regno mibi faciendum esset, nunc vero in nostro, quia hospes est, & libertate donatus, comiter, atq; honorifice tractari oportet. Factus igitur ex seruo libertus conceptis verbis iuravit se statum pactis conuentis rerum omnium, que transacta fuerant, atque intra certum tempus omnia exequitur: atq; ita liber, & multa supelle chili, & vescuum ornamentis donatus, in regnum suum redit, excohors te pretoria adhibitis custodibus, qui illum in patriam prosequerentur, incolamq; reducerent.

M A V R O R V M Regis senioris cos
picie à Palmensi Comite ad
Lupariam turrim
delecta,

C A P. I X.



A V R O R V M Rēge iuniore dimisso, or
dinatisq; rebus, que ad limites Bæticæ tuēdos,
& ad bellum hostibus inferendum pertinebat,
Rex è Corduba profectus iter suum ad Regi-
nam tendit, que per id tempus Victoriae in cantabris mora-
batur, atq; obiter illustrauit fanum illud per omnes Hispanias.

DECADIS SECUNDÆ.

nias celebre, quod ad amnem Lupi diuine matri Deiparae dedicatum est, in quo novendialibus vigilijs ex nostro religiosis more operatus est. Interea Mauri, qui Regem seniores rem sequebantur, cum audissent iuniorum impetrasse à Regen nostro non modo inducias, & pacem, sed etiam copias in auxilium contrapartes illas, que patrem sequebantur, ad odium, quod ante illius habebant ex publica simultate, ac cessit aliud ex religione dicentes, illum rem impianam, atque nefariam, & contra Mahometile gem fecisse, quod cū Christianis fœdus percutserit in perniciem sue gentis. Sed & plerique illorum, qui eum antea sequebantur, sue religionis amore ducti, ab illo ad seniorem Regem defecerunt. Cumq; audissent Regem nostrum ad superiores Hispanie partes profectum, cōegerunt totas Granatensis regni vires, & uno omnium consensu ex equitibus, & peditibus facto pergrandi exercitu, statuunt Beticæ nostra fines innadere, populari agros, & ferro, atq; igni omnia vastare. Erat genus hominum tam ex Christianis, quam ex Maoris, qui prædandi, atq; homines capiendi studio semitas obsidebant, atq; inde in viatores, & pecudum, armentorumq; pastores, & rusticos agrorum cultores grassabantur, Almogavares lingua punica utriq; vocant: ex his Christiani septem fines hostiles transgredi, dum ex vertice quodam montis interdui seculantur, quo in loco noctu grassarentur, ex specula prospicunt Maurorum copias agminatim procedentes cōtra limites, qui ad Hispaniam, & Afghandum pertinent. Hi omisso speculatione, cui erant intēti, partiti inter se locos,

quo quisq; illorum esset iturus, vt nostros certiores ficeret de hostium supercruentu, alius ad Ludovicū Portucarrerium Palmæ ad Singilim dominum eo tempore, ac postea comitem, alius ad Astygitanā coloniā, alius ad Afindum, alijs ad arcuū præsides, & cohortiū præfectos eunt, illosq; monent, quō proficiuntur, & quid essent facturi. Palmenfis comes eiusdem rei finitimos duces facit certiores, vt cum præsentibus copijs in certum locum cōeant, ipse cum amicis, & familiari bus, atq; domesticis suis, & alijs, qui se illi agglomera rāt, pergit in occiduum eō, quō suspicio erat hostes esse ven tuos. Qui tripartito exercitu pylas, faucesq; montium peditum præsidio munierūt, ne postea occupatas à nostris cōfecto negotio, redditus in patriā intercluderetur. Equites in partes diuisi duas, altera ad agrorum excursiones, popu lationesq; missa; altera, que firmior erat, in insidiis collocata est. Excursiones in Vtrarie agros faciūt, per cāposq; ppter si prædas agūt. In eos Portucarreriū cū socijs, & cōmilito nibus exercitū mouet, in eosq; palates irruit, ipsi se ad insidiass recipiūt. Nostri cedētibus instant, quoad ventū est ad insidias. Et quia in partes duas erāt diuisi, in anteriore Moroni, & Visineoppidorū præsides, & cohortiū Magistri à ponte Traiani, & Hispan. e societatis præfecti, in hos insidiarū subcessores crumpunt. Pugnatur aequo Marte ab utrisque, fratrisque hastis iancominus gladijs, & pugio nibus res agebatur, superuenit Portucarrerius cum recentiis bus copijs, & non magno negotio hostes in fugam versit, atque in duas partes diuisos, alteram persequitur,

DE CADIS SECUNDÆ.

altera in Marchionis Gaditani copias casu incidit, cum ad
huc nuntian auxilio veniret Asidensibus, et suis comitas
tus. Cessisunt complures ex hostiis principibus, et cas
pta signa quindecim, que Portucarrerius cum huius victo
ri, et nuntio misit ad Reginam, que eo tempore in Cantabris
agebat. Fuit tanta omnium letitia ex eo nuntio, ut publi
cè sint decreta supplicationes, candelæ, et funalia per vrs
bis viros accensa. Reginam vero tantum facinoris autorem,
eiusq; victoriae socios collaudat. Vxorem Palmensis comis
tis ueste auro intertexta donat, qua in festo Magorum, quos
vulgaris appellat Reges, quotannis vteretur, ut illius diei,
in quo tantares gesta est, scmpiternum aliquod monumen
tum relinqueretur. Nec multos post dies Marchio Gadis
tanus cum ab exploratoribus accepisset Zaharam castellum,
quod in belli huius initio diximus à Mauris captionem, exhaust
um esse incolis, et negligentius obseruari, atq; non diffis
culter capi posse, Portucarreriu evidem acciscit, et ex Aſin
do, atq; finitimis vnde cunq; potuit equitatum sibi adiungit,
perq; mediæ noctis silentium Zaharam proficisciatur. Lux
tis muros secreto quodam loco armatos decem ponit, et post
illos proxime alios septuaginta, ipse autem cum reliqua ma
nu non longe in insidijs latet. Sub primam lucem dimis
tit aliquot ex pedibus, qui per campos griffarentur. Ex
castello erumpunt equites ad septuaginta, neq; enim plures
erant, quos sequuntur vigiles, et circutores, et qui nocte
hesterna in stationibus fuerant: murorumq; custodiam desce
runt, non enim putabant interdiu castellum oppugnari posse,

Interea ex militibus nostris unus scalas munitionibus adsumet, murum scandit, quem decem illi sequuntur, quos dimicant, partemq; muri occupant, pugnareq; cum Castellanis conseruant. Acciorti sunt reliqui septuaginta, atq; unam ex portis capiunt. Qui ex castello eruperant, cum audissent hostes intra munitiones admissos, ad mecenias recipiunt, quos insequeuntur, qui latebant in insidiis, et cum fugientibus simul Castelli portas intrant. Castellani in arcem eos evites obsidentur, et quia plures erant, deficientibus aliis mentis diu in obsidione durare non poterant, ex pacto arcē Marchioni tradidit, ipsis autem abeundi (quō vellent) permissa libertas. Atque ita castellum nuper amissum Marchionis industriareceptum est.

TENDILLANI Comitis in urbe
Alama Stratagemma insigne, atq;
alie res ibidem gestæ.

CAP. X.

 **C** in loco restat nobis narrandum Stratagemma illud insigne, quod non solum per omnē Hispaniā celebratur, sed per universum nominis Christiani orbem circumfertur. auctor illius, atq; inventor fuit Enicus Lupides Comes Tendillanus, quem Rex et Reginaprefecerant cohortium praefidio, quas ad Alamam tutandam reliquerant. Is eum pri-

DECADIS SECUNDÆ.

man huius negoti administrationem suscepit, milites nisi
mia solutos licentia cōcruerat, atq; imprimis Scipionis Aemili
ani, & Q. Metelli exempla sequutus aleatores & scorta,
popinas & cauponas, & cetera exercitus impedimenta ē
castris sustulit, ipsos milites in studiis equestribus, pedestribus
busq; exercuit, in Granatenses agros, quoties dabatur oca
casio, excusores, atq; exploratores mittebat, neq; unquam
ipse qui cōcebat, neq; hostes quietos esse patiebatur. Tan
tumque terrorē Mauri sinitimis incūsserat, ut neq; subur
bana prædia excolēdū tempus loeumq; daret: neq; saltem in
tra cubiculum somnos perpetes ducere, liceret. Hyems
illa, que præcesserat, fuit pluviosa, mirique putres ebibes
bant imbre ex stūlīciūs cadentes, cum subito compagibus
sexorum solutis corruerunt, magnamq; urbis partem nūdā
reliquere. Quod si casus tantæ calamitatis ad hostium aus
res peruenisset, actum erat iterum de Alama, multosq; per
annos regni illius excidium immoratum fuisset. Ex illa mu
rorum rainatantus terror milites præsidarios omnes innas
sic, ut ex desperatione nihil iam nisi de fuga, & de urbe
deserenda cogitarent. Sed bene, quod Dei benignitas du
cis mentē excitauit: atq; ut ait Poëta, duris vrgens in rebus
egestas: & illud. Ingenium mala sēpe mouent: & illud
quoq;, & labor ingenii miseris dedit. Lubet itaq; comes
Tendillanus, qua parte murus ingentem fenestrā patefecce
rat, consutis lintheis prætendi muris specim, tam similem ue
ro, ut procul aspicientibus nulla videretur esse differentia
inter verum, & assimilatum. Et ne qui strassugaprodex

ret hostibus, quid intra urbem accidisset, iubet diligenter portas, & posticos custodiri: ne quispiam temere intraret, & egredieretur, aut moenia transiliret. Iubet interea portum murum apsam substrui non opere tumultuario, sed ex calce, & cementicij lapidibus multo firmius, quam antea fuerat. Sæpe hostium exploratores venerant captantes ex occulto, quid apud nos ageretur, sæpe itia excusores equites urbem obequitabant, nunquam tamē senserunt quicquam in ea parte murorum fuisse immutatum, non colorem, non speciem, non quicquam aliud unde ruina illa posset percipi.

Cionq; rei pecuniarie inter milites maxima esset difficultas, propter ea quod stipendia suo tempore non solueretur, neq; de futura solutione certam haberent fidem, convocatis omnibus dixit se habere pro certo, quod pecuniae ad stipendiis solueda iam essent à Celsitudine regia decreta, seq; nō modo in dies, sed in horas singulas spectare illas: quare, ut bono animo forent, hortatur: pollicetur q; se daturū interea non veras, sed imaginarias pecunias, quibus inter seruum venalium commercia exercebent, fidemq; suam interponit, vñbratiles illas pecunias veris seredempturum. Ex chartaigitur panacea facit schedulas sua manu, atq; subscriptio ne signatas, quibus imponit nomina præcium, quantitatem queq; sit valitura: quasdam vocans nummos auricos, quasdam argenteos, quasdam electros, & in uno quoque genere plures differentiae, puta asse, semisses, trientes, quadrantes.

Iubet, vt nemo suppositicias illas pecunias recusat. Ex illis ficticijs pecuniis stipendia militibus persoluta sunt, &

DECADIS SECUNDÆ.

per illas emptiones, venditionesque factæ, tanta fuit Comitis autoritas, atque reverentia. Idem quoque sumptu suo in Alcala regia vrbe Pharon erexit, constituitque ut per noctem perpetem funeralia arderent, quò captivi ex vrbis Granata elapsi fugam erigerent. Hoc anno Ludovicus huius nominis undecimus Gallorum Rex Ambasie diem suum obiit. Cui succedit Carolus octavus. Hoc eodem anno Ioannes Lusitanorum Rex animaduertii iusit in *

* Vergancensem Ducem, de quo suspicio erat cum alijs ex eiusdem regni nobilibus in Regis necem coniurasse. Tres illius fratres in exilium missi, Lusitanorum Comestabilis, & * * Comes Pharius, & Aluarus à Lusitania, qui postea fuit Hispaniarum Regis & Reginæ senatus princeps.

fol. 144. ~~pe~~ regis Elfin plausum oratione appulit, et episcopij sedactu suffici
1 primox tur Rex, cuius ope nostri Ducos sibi sunt, cum amore
deinde. Regina ad Principes nostros Madritum missi. Inde
fol. 144. due die regnante insula lobulari Teneriphione, reg
Palma, de quibus suis inter dictis, ex quo nra. 5. aplo
fabi Auguſtus cum parente aliis, et aliis
et ceteris, ex religione recesserunt.

S.T.R.A.G.E.S naſtorian in præceptis ad
Madras in iugis accepta Magistris
ut socii et Magistri
ditem ducibus.

ÆLII AN TONII NEBRISSEN, SIS HISPANARVM ATQVE HIS

Spanicium rerum historici Decadis Secundæ
liber Tertius. De Ruscinonis & Ces
retaniæ comitatu reddendo, &
legationibus hinc inde ea
de re missis.

Ruscellon
&
Cerdanis

Caput Primum.



VDOVICVS, de quo in fine libri superioris diximus, cum moreretur, testamento suo iussit, Ruscinonis, & Ceretaniæ comitatus Ioannis Tarraconensium Regis heredibus restituī, & qui vivens Ioanni viuenti, neque illo vita functo Ferdinando filio heredi reddendum curauit, idem morti proximus conscientia teste coactus legitimis dominis reddi iubet. Fidemque publicam solvens, mittit literas ad eos, qui arcis præsidio tenebant, ut transferrent possessionem in illos, quos Rex & Re-

DECADIS SECUNDÆ.

gina Hispanorum Principes nominassent. Interim Ludo nicus moritur: quibus negotium demandatum erat, accepto nuntio de Regis morte executionem diffirunt, quo ad Carolus Rex Ludouici successor consuleretur, an quicquam nouum ea de re vellet decernere, qui per literas iubet, executionem testamenti, et restitutionem illam debere protelari, quoad de integro eadem de re deliberaretur, quid fieri iure debe ret. Mittitq; oratores ad Regem et Reginam, qui patris obitum, et suam in regnum Galliae successionem nuntiarent: dicentq; sibi gratum fore societatem, atq; amicitiam maiorum suorum cum Hispanorum Regibus ab antiquis temporibus obseruatam, et utipse quoq;, si ipsis videretur, truila biliter obseruarent. Cui legationia Rege et Reginares sponsum est, se dolere, atq; e gre ferre obitum clarissimi Regis patris sui, tum quod erat amicus, atq; fœdere sibi coniūctus, tum etiam quod erat vir bonus, atq; sociorum, et amicorum socius, et amicus: et quod magis in Rege laudandum est, iustus, ac timens Deum. Quod tamen cum relinque ret filium, qui patris mores imitaretur, amicosq; et socios cōseruaret, atq; in officio retineret, eo nomine se gaudere dixerunt, sequi breui missuros legationem oratorum, qui partim de obitu patris Regem consolarentur, partim congratulare tor illi de noua regni successione, simul etiam, ut antiquum sedus cum illo renouaretur: et ut, quod pater moriens de Ruscinonis, et Ceretaniæ comitatibus legauerat, executioni mandaret. In hac verba oratores dimisi redierunt. Nec multo post miseri legati duo, Ioannes Riparius vir domi, et

militiae insignis, et cum eo Ioannes Arius unus ex regis senatoribus, et qui postea fuit Episcopus Segoviensis, qui cum literis, et mandatis, simul etiam, et publicis instrumentis, atque facultate facienda omnia, que Regis & Regiae nomine facienda essent. Erat eo tempore Gallorum Rex Turoni, quas nostro tempore vocant Turres in Turonia, quo cum venissent, publice legatio exposita est, atque omnia peracta, que in mandatis habuerant. Ad quam legationem Rex ex scripto responderi iubet, sibi omnia esse grata, que Regis & Regiae Hispaniarum nomine fuerint exposita.

Quod vero ad Ruscinonis, & Ceretaniæ comitatus attinebat, quia inde videbatur influentia societatis, & amicitiae fundamentum pendere, respondet sine villa conditione sibi placere fœdus cum Hispanorum Regibus, quemadmodum à maioribus suis semper fuerat percussum. De comitatis bus vero Ruscinonis, & Ceretaniæ reddendis sibi, non constare, quo iure possideret: atque si è possessione cedendum sibi foret, aliam rationem futuram cum Hispanorum Regibus, corum scilicet, qui Castellæ appellantur, atq; alijs ac cum Tarragonensium Rege, qui per Reginam coniugē Hispaniæ dotalis regno successit. Quare ea de causa discessit se missarum legatos viros bonos, & legum, iurisq; peritos, qui causam omnem cum Hispanorum iure consultis disputatione, atq; decidant, quid utriq; parti sit faciendum, quo minus antiquum fœdus inter Hispanos, Gallosq; violetur.

Hoc responso nostris oratoribus dato, quia videbant negotium, cuius causa veneravit, in longum tempus differri,

DECADIS SECUNDÆ.

neq; unquam habiturum esse finem, statuunt contestari Regem ipsum, regiumq; senatum, atq; illius regni triplicem virorum ordinem, ut quoniam per ipsos staret, quo minus antiquum foedus, & Hispanorum Gallorumq; societas instauraretur, neq; iustum esse causam, cur rei effectus impeditetur, immo praetextum non reddendi commitatus illos, quos iure diuino, & humano reddere tenebantur. Igitur coram omnibus populo, atq; imprimis ipsius Regis procuratoribus obtestati sunt ipsum caeli numen, & si usquam iustitia est, & mens sibi conscientia recti, deinde ipsum Regem, atq; alios omnes, qui partem aliquam publicæ gubernationis ab illo accepérant, ut quicquid detrimenti ex ea causa alterutri Regno accidisset, in caput illorum recideret, qui tantorum malorum occasionem dederint. Simul etiam obtestati sunt rem fore mulctarum, quæ sunt fœderis violatoribus impotite, præter iuris iurandi contemptam religionem, que solum Deum habet ultorem. Ad hanc oratorum contestationem Gallorum Rex iubet responderi illud idem, quod ante responderat, cum primum eadere fuerat postulatus, se velle, & quidem libentissime, stare pactis conuentis, & antiquo fœderi, quod maiores sui pepigerant cum Hispanorum Regibus, illis tamen quos appellant Castellanos: Rusci nonem vero, & Cretaniam, que Gothalanis prouincie erant contributa, non pertinere ad Castellam, cum qua fœdus ab antiquo percussum erat. Nihilominus tamen emissurum legatos pollicetur, qui in ipsius Regis & Regi necuria questionem illam disceptent, decidantq;, atq; deinceps

de fœdus sanciant, atq; confirmant. Atq; ita oratores in
facto negotio, cuius causa venerant, dimisi sunt, atq; à
Rege digredi, redierunt.

**O R A T O R E S à Gallorum Rege
dimisi, cum responso dubio de
confirmando fœdere.**

CAP: II.

GALLORVM Rex reputans secum ex responso, quod Hispaniorum Principum oratores b⁹ dederant, nihil aliud sequi, quā inter duos potentissimos Reges disfidium in utriusque regni perniciem, sentauit oratores placare muneribus, atq; imprimis mis Ioannem Riparium, qui legationis erat Princeps. Nā cum illa fœderis antiqui renouatio favorabilior esset Gallo rum Regi, propterea quod in Regni nouitate non dum res gnandi fundamenta iecerat, multaq; restabant illi peragenda, vt tuto regnare posset, rogabat illum, vt apud Regem & Reginam, suum illud responsum, quod dederat, leniret, interpretareturq;, vt qui nihil aliud magis cuperet, quam illorian benevolentiam, societatemq;. Et quod de Ruscino ne, & Ceretania responderat, in bonam partem acciperent.

Et quoniam cum Rege & Reginā gratia, & autoritate tantum valeret, laboraret, quemadmodū fœdus illud instauraretur, atq; pro virili sua parte inter utrosq; Principes au-

DECADIS SECUNDÆ.

tor esset pacis. Et quo magis illum oppigneraret, mittit laborati argenti tot vasa, quibus abaci plures instrui possent.

Et per structorem suum, qui argentum illud detulerat rogabat, ut munifica sua non sperneret, sed tanquam pignus & monumentum amoris sui erga illum seruaret, datum us multo plura sicutem inchoata perficeret. Ioannes Ripari⁹ reputans secundū id, quod futurum erat, nunquam fecerat illud bona fide percutiendū esse, remq; eō venturam, ut nō bono & aequo, sed armis decernenda foret, noluit Regis munera accipere, non superbia, aut quod Regem contemneret, sed ne nullū beneficium apud se maneret ab illo profectum, cum quo publicas inimiciatas paulo post exercitioris esset. Hoc Gallo rū Rex agerrimē tulit, neq; potuit vincere oratoris contumaciam, quamquam iterum, atq; identidē missus etrogatum, ne munera sua sperneret. Rex & Regina cum ex responso Gallorū Regis intellexissent, rem omnem ad arma spectas re, mittunt cohortes ad Gothalarie & Ruscinonis, & Ceterantiae fines, inciperetq; iubent, ex ea parte bellū inferre Gallis. Pendebant adhuc ex alia parte inimicitarum causae, qd⁹ Gallorum Regis ex sorore Nauarie Regina neptis, quā Hispaniarū Regina cupiebat Matrimonio iungere Ioanni pr̄mogenito suo Principi, causata etatū disperilitatem, nupsit Ioanni Labritensem domini filio, natione & animi affectu Gallus erat, neq; dubium, quin bello Gallico inchoato Gallū sequoretur, atq; per Nauarie fines daret Gallis aditum in Hispaniā hostiliter penetrandā, vistum est Regi & Reginæ, atq; belli gerendi consilio praefectis occupare, presidioq; muniri

re in ipso Nauaria regno castella, & munitiones aliquas, q̄ pro illis starent. Munierunt itaq; Tutelam castellum arte, et natura strinsum, atq; finibus custodiendis praesidiadisso fuerunt, ne dum Ruscinonense Ceretanumq; bellum gereres tia, aliquid detrimenti ex ea parte Hispania acciperet.

DYREGE & Regina absentibus, bellum cum
Mauris per Hispanos proceres
continuat.

CAP. III.

VA Mquam Rex & regina cum eodem hos, ste duobus maximis bellis essent impliciti, altero Ruscinonensi pro vendicando comitatu, quē amiserant, & altero Nauariensi, quod putabat creptam sibi partem illam Hispaniae, quam ex corpore aulis san dotis nomine, pro certo habebant, in suum corpus regedituram, magis tamen stimulabat illos, quod bellum cum Ma uris inchoatum intermittebatur, atq; refrigerescet. Et ne ducas per quos bellum postea erat gerendum, longa desidiorum pescerent, scribunt, atq; per literas hortantur illos, ut aliquid agant interea quod ad bellum postea gerendum conducat. Ut q; agrorum populationibus, ex incendijs intendant, neq; hostes in pace quietos esse sinant. Proceres itaq; Hispani se ipsos inuicem hortati, cū quan maximis possunt copijs Cordubam conuenient, atq; inde profecti Antiquarie capos petūt.

DECADIS SECUNDÆ.

Vbi exercitu lustrato censa sunt equitum sex millia, pedis
tum vero ad millia duodecim. Qui omnes uno omnium
consensu belli gerendi maximos duces deligunt Magistrum
militiae dini Iacobi, & Marchionem Gaditanum, & Alphō
sum domus Aquilariae dominum. Qui tres exercitus in co
hortes distribuntur, & quid cuicq; sit agendum, ordinant, cas
stra nebulonibus & scortis, alijsq; impedimentis purgant:
partes exercitus priores sortiuntur domus Aquilariae domis
nus, & regi ministeriū praefectus, & Portucorrerius Palmē
sis comes, & pretorianarum cohortium praefecti Ioannes
Almaraz, & Ioannes Merulus. Postiores vero Com
mendatarius maximus à Calatrava militiae cum Asindenfiū,
& Astygitanorum, & Carmonensium ducibus. Medias
vero partes obtinebant Magister militiae dini Iacobi, &
Marchio Gaditanus, & Martinus à Corduba, & Ferdinan
dus Carrillus. Hi tres cohortium pretorianarum Duces,
exercitibus hunc in modum ordinatis, campos Malacitanos
populabundi inuadunt. Ex equitibus certis in locis prae
sidia disponunt: ne pedites, dum sata, segetesq;, & messes
sternunt, dum vineta, oliueta, atq; aliorum generum arbores
ta succidunt, aliquid detrimenti patarentur. Hoc imprimis
factum est in agris ad Aloram adiacentibus. Hoc deinde
ad Choini, & Cazarabonelle, & Sabeti, & Cartimetal
ibus, quibus in locis non defuerunt equitum, peditumq; pu
gnat multuarie, ad Cartimam precipue: unde pro horto
rum suburbanorum defensione, equites cum peditibus ex ca
stello erumpentes, cum priori exercitu nostro ausi sunt pus
gnam

gnem conserere, sed tandem repressi, castelliq; maris impasse
et hortorum defensionem, suburbanaq; aedificia hostibus di-
ripienda relinquerunt. Inde in Pupiane agros, arboretaq;
pergentes paria fecerunt ad Alauendinum usq;, cuius incole-
cum ducibus pacis ecbavitur se datus captiuos omnes Chris-
tianos, quos in vincidi habebant, dum modo arboribus par-
ceretur: fecissentq; duces, nisi quod arborum succisores per a-
gros sparsum prope omnia corruerant, in humumq; deie-
cerant. Pars quoq; exercitus trans Cartimiltanos montes tra-
iecta in Pupiane, et Churiana, et Tympanitidis torris as-
gris quicquid frugiferum inventum est, ferro, igniq; vastas
uit. Dum hec in traregni Granatensis viscera gerebantur,
clavis ex Hispani, et Afindo e regione ad Malacam ad nostri
maris oram maritimam accesserat omni genere commeatus
onusta, unde refocillatis exercitibus tota belli moles in Ma-
lacitinos campos incubat: omnia disturbat, nihil relinquit in
tactum ex his, que agri procreant, que boues erant, que hos-
mines edificant: omnia, inquam, humi strata iacent, totumq;
negotium intra dies quadraginta peractum est. Inde in An-
tiquarie prata redierunt intra dies illos quadraginta, atque
inde domum quisq; suam repetit: admoniti tamē prius omnes,
ut ad certum tempus, locumq; conueniret: ut, cum Rege, quā
breui venturum esse expectabant, Granatenses agros popu-
laturi redirent: simul etiam, ut Alanae penarum, quod iam
exhaustum esse putabantur, omni commeatus genere instrue-
rent.

DECADIS SECUNDÆ.

DV REX & Regina Turiassonam ad Tarraconensium conuentum per agens dum proficiuntur.

CAP: IIII.

DVM hac in partibus diuersis aguntur, Rex ex Bætica, & Regina e Barcudorion finibus profecti Victorianam eodem tempore conuenerint: Et quia instabat dies, qua Turiassone celebrâ duxerat Tarraconësum cōuentus iam pridē institutus, Rex & Regina simul cōdē peruenierūt. Cōueniūt præterea oēs regni primores, ciuitatumq; & municipiorum procuratores partim sponte sua, partim euocationibus admoniti. Pro Rege & Regina fisci procuratores in conuentu proposuerunt aerarium regiū, & pecunias regijs sumptibus decretas exhaustas esse, impendere quoque multa, quibus opus esset ad bella, que necessario gerenda erant cum Gallorum Rege pro Ruscinonis, & Ceretaniæ comitatibus: cum Mauris pro Granata regno vendicando, & unde stipendia solū possent prætorianis cohortibus, sine quibus regni summa constare non potest. Procuratores quoque ciuitatem, & populorum detulerunt querelas ex iniurijs à potentioribus ilatis, & legibus in iudicio non seruatis, & fori consuetudine obsoleta. Succreseebanq; in dies negotia, que non videbantur finem habitura, & bellum cum Mauris inchoatum ex

populationem intermissione redintegrabatur, que superioribus annis per Aprilē mensē fieri consuevāt, qui id maiori ex parte lapsus erat. Statim itaque curialia illa negotia, quae suboribantur, in aliud tempus differre, conuens tumq; illum tantopere expeditum incipiunt soluere. Cumq; duo maxima bella iam inchoata essent, alterum cū Gallis, & cū Mauris alterū: captū est in senatus regio deliberari, utrum potius exequētur: nā, duo maxima bella simili administrati posse, nō videbatur. Reginā, que nihil magis pre oculis habebat, quā Mahumeticā nomen ex universa Hispania tolles re, Bæticāq; prouinciam ex limitanea media facere, hinc bello intendēdū esse dicebat. Rex vero pro Ruscinonis, & Ceteranie Comitatu retinēdo potius laboradū esse, quanto insti⁹ videbatur suarepetere, quam inuadere aliena. Simil etiā dicebat, semper fore occasionem Mauros bello laccessendi, at Gallos, nulla vñquā fuit maior, cum Rex puer, & sub tutioribus esset, multisq; in regni nouitate negotijs implicitus.

Pro vtracq; parte non decrant rationes, virum bellū forēt prosequendum, sed cum omnes cernerent Reginam tāto bellici contra Mauros gerendi ardore inflammatam, pleriq; illius sententiae acquiescebant. Sed ne omnino videretur voluntati Regis aduersari, hanc rationem excogitauit. Quid? inquit, o coniunx dulcissime si Deo iuvante verumq; potest fieri, partiamus copias, tu cum tuis Tarraconensibus, & Valentiniis, & Gathalanis, & Hispanorum, Castellorumq; aliquot cohortibus Gallicum bellum procurato, ergo bellum cum Mauris tanto sumptu, & impensis, & la-

DECADIS SECUNDÆ.

boribus inchoatione prosequor. In hanc Reginæ sententiam
vtræq; pars pedibus, manib;sq; abierant. Rex ad peragen-
dum Turiaffone conuentum misit. Regina vero Baetican
versus iter tendit, quam Petrus Mendoza Cardinalis Hispanus est prosequutus: qui cum Toletum aduentassent, Tolosanus Clerus Cardinali obiam processit, atq; illam admo-
nuit, ut consuetudinem ab antiquis temporibus obseruatam
non perturbaret. Eacrat, ut cū primū illius Ecclesiæ Anti-
stes urbem ingrederetur, senatores, & equites, & ex ciui-
bus nobilissimi, & legū, iudicijq; administrari illū equo, aut mu-
la, aut alio vehiculo insedentem pedites stiparent, atq; in tēs-
plum usq; deducerent, ubi stipite crucis adorato in templi
adyta penetraret. Regina intelligens negotium, quod ages-
batur, Cardinalem pompā illam recusantem rogat, ut munus
suum exequatur, atq; per ipsam non sect, quo minus consuetum
morem non perturbet. Absit à me, inquit ille, o Regina op-
erum, queq; futuri, clarissima, ut aliquis honor sit mihi
alius potior, quam, ut liceat Celsitudini tuae præstare obsec-
quium debitum, & à tuis subditis exhiberi consuetum. Et
que potest esse pernicioseior consuetudo, quam faciat me mi-
nus obsequientem illi, cuius munere mihi constat, quicquid ha-
beo, quicquid possum video! frangatur itaq; potius incepta hæc con-
suetudo, que iubet me ingratis dirius crimen incire, quā,
ut quispiam possit dicere, quod Cardinalis Hispanus vel uno
temporis articulo fuerit Regina sui honoris autore uno
gradu superior. Quod si opus est, in huicmodi rebus co-
suetum morem obseruari, aliud tempus erit, in quo sine mea

ignominia, & pudore possit haec ciuitatis consuetudo retinere, & simul (hoc dicens) regalis mulæ habenas prensat, atq; in urbis portas agit. Tres igitur dies, quibus resurrectio nis dominice Pascha celebratur, Toleti feriatos ducunt.

Quarto deinde die iter in Beticam continuatur, in Oretas niamq; tandem perueniunt. Lustratisq; Mentesq; Blacia, Vbeta, Castulone, & Andugaro, urbibus, deprauatos illarum ciuitatum mores emendauit: talos & taxillos, tesseras, pyrgos, torriculas, fritillos, atq; huiusmodi fortunæ ludicra, aleatoresq; omnium generum suslilit, atq; in alea se exercentes a Praetoribus, & iustitiæ administris animaduerti graui ter iussit. Mirum dictu, quod breui tempore vix reperies batier, qui, se vidisse talis quempiam ludere, diceret, cum antea in casponis, in popinis, in tabernis, in cellarijs vinarijs nullus esset ludus frequentior. Inde Cordubam Regina proficiuntur, quo iusserat conuocari omnes, qui superioribus annis ad bellum hoc gerendum vocari consueuerant, & postea nomina sua dederunt.

RE X Turiassone in conuentu manet, & Regita Cordubam proficiuntur,
& Alora capitul.

C A P. V.

REX, qui Turiassone ad conuentum peragendum manserat, cum videret se nihil proficere in eo, quod postulauerat suppeditias ad bellum pro Ruscinonis, & Cretaniæ comitatu vèdicando,

AA iiij

DECADIS SECUNDÆ

intelligens in bellum, quod Mauris inferendum erat, præsentiam suam desiderari, deserto conuentu Cordubam ad Regiam proficiuntur, quo iam Hispanie proceres conuocarant.

Machinas quoq; oppugnatorias, & sulphuraria tormenta parari iussert à Gallia vñq;, & Germania machinorū ac cereris. Erat præterea vehiculorum tanta multitudo para ta, quanta opus erat ad onera importanda, tum commicatus, tum machinarum: & quia Rex non putabatur esse ventitus, Regina Cardinali rei militaris summam cōmendat, ducēq; maximum crebat. Sed cum Rex superuenisset, omnia consilia sunt immutata, coeptumq; deinceps consultari, quod belli genitus inchoandum esset. Alij dicebant insistendum esse in eo, quod semel inceperant, in agrorum scilicet populacione, pa scuorum direptione, vicoru, villarumq; vastatione: que iam hostes ad summam prope inopiam rede gerant, atq; adhibita maris acriori custodia, & à finibus prouiso ne quid alimensi ti ad eos perueniret, vt res breui conficeretur, nihil aliud opus erat, quam vt interiores agri vastarentur. Alij dicebant genus illud hominum non esse, qualis cæteri sunt mortales. sed tenui victu, nullo vini vsu inediae, & sitis, frigoris, & caloris, & diuinam naturæ iniuriarum pacientissimi, & qui huiusmodi essent, longan obsidionem passuros cum longo obsecrorum dispendio. Rex et Regina rationibus, que pro vtracq; p. rite referebantur per specias, Aloram im primis debere obsideri censem, propriequa quod inde plura no cumenta nostris finibus ingruerant, & capto oppido tutius inde poterant regni illius interiora vastari. Posse autem fas

cille capi, non erat dubium, considerata Magorum, et mani-
tionis fragilitate, & machinarum numero, & magnitudine.

Et ne consilium hoc Aloram petendi ad hostes perueniret,
secreto pacis communicatum est, atq; rumor in uulgo sparagi-
iussus, quod tota belli moles in Loxam parabatur, neq; enim
putabant Aloram posse vallis viribus expugnari. Igitur
cohortes more solito ordinatae, simulantes, atq; predicantes
se Loxam petere, subito in subiurbanis Aleræ confederant.

Oppidani trepidantes nihil omittunt, quod ad se tuendos
pertineret. Rex machinas certis in locis disponi iubet, pars
res, et muros saxeis orbibus tundi, neq; cessatum est a tormē
torum lusu, quo ad turres due cum parte muri intercepta res
pente corrunt. Interea Mauri citra murum, qui eccliserat,
tentarunt alterum ducere, sed sagittis, et flospetis, et mino-
rum machinarum istib; repulsi, non potuerunt opus perfis-
cere. Sed attoniti, et amentes defensione deserita præsi-
dem suam hortantur, contestanturq; ut se, atq; oppidum
quam meliori posse conditione Regis misericordia dedes-
ret. Iamq; parabatur oppugnatio ea parte, qua muri, tur-
resq; eccliserant: iam plucri, et scidae: iam arietes, et tristudi-
nes: iam turres lignae, eiconaeq; muri admouebantur, cu
tres Mauri perfugere ad Regem viciunt, quo in statu sint ho-
stes narrant: si vita, et bonis mobilibus donentior nullam esse
mor: ut, quin se, atq; oppidum dedant, pollicentur. Rex per
interpretem iubet oppidatis conditione se decendit illi præ-
sidem velit, nolit, deditioinem facere compellunt. Cas-
pium est oppidū. X.L.KL. Iulias. Anno Christianæ salutis

DECADIS SECUNDÆ.

M.CCCC.LXXXIIII. Christiani captivi, qui erat
in oppido à Reges sunt redempti. Fanum, quod erat hostium
Mezquita, in honorem, atq; nomen diue Matris Dei incar-
nationi dominice dedicatum. Præsidium oppidi cum du-
centis equitibus, potidemq; peditibus armatis Ludowico Por-
tucarroio Comiti Palmensi commendatum est. Murorum,
turriuumq; ruinæ instauratae. Mauri sub fide publica iussi
si abire, quò vellent.

CARTIMITANAE vallis populatioēs,
et ad Cazarabonellam clades accepta, et
Caicitani Comitis occissio.

CAP. VI.

A P T A Alora Rex iubet inde castra moueri
in vallem Cartimitanam, præmittitq; Gaditas
nam Marchionem cum parte exercitus, in qua
fuerunt equitum duo millia, peditum vero par
numerus. Cui vallem ingresso incole oppidi Alozaine
occurrint: se, atq; omnia sua bona profitentur velle Regi
dedere, modo recipiat eos in fidem, atque tutelam suam.

Marchio negotium ad Regem refert, Rex respondet,
ut illos suscipiat, fidemq; publicam nomine suo cum illis in-
terponat, modo stet promissis de fidelitate, et obsequio Re-
gi præstando. Rex cuan uniuerso exercitu in eiusdem val-
lis oppidū muritissimum Cazarabonellā tendit, quā obsidiōe,

quam potest artissime, cingit. Equites ex oppido erum
penes inter prædiorum rusticorum macerias, & diueriicu
lanota, cum nostris locorū ignarīs, tumultarias pugnas cōse
riuit. Cadunt ex nostris complures non magno hostium
detrimento. Cohortium præfecti videntes suis extra or
dinem palantes, fusosq; imprudenter ruere, iubent cancre
receptui, minusq; audientes, atq; nimio pugnae ardore ins
flammatos, reducere in ordines cum vellent, & ipsi quoq;
in idem periculum incidere. Atq; imprimis Guterius à
septo maiori Caetanus Comes, qui dum suos colligit, atq;
in ordinem reuocare ntitur, ex sagitta lethale vulnus acce
pit. Agebat annum etatis quartum & vigesimum, dede
ratq; sui magnum specimen, qualis futurus esset vir, cum in
adolescentia fuerit iuuentus facile princeps. Fuit eius
mors cunctis lachrymabilis, sed præcipue Regi & Regin
ae, non solum propterea quod in etatis flore generosus
adolescens cecidit, sed quia instantis belli successum retardas
uit. Nam & ex eius morte hostibus accreuit animus, & no
stris imminutus est, tantaq; fuit unius hominis iactura, vt
qui paulo ante se dediderant, statim rebellarent, & qui se de
dere parabant, deditioem facere recusarent. Facta est
tamen nihilominus agrorū vastatio ita, vt per totam va
lem Cartimitanā colligendæ frugis nulla spes relinquere
tur. Cumq; omnibus visum est, per id temporis nihil re
stare, quod agi posset, placuit domum redire, & ipso quidē
Rege non aduersante. At Regina, que tota pendebat ex
spc, atq; nuntio rerum, que in exercitu agerentur, nocte sq;

DECADIS SECUNDAB.

¶ dies non cessabat mittre arma, cōmētātū, pēciūlās,
et alia, quae ad bellū prōsequendū videbantur necessaria,
cum audis̄set Rēgē cū omni exēcītū redire, iamq; in Anci
quarīe campis castra metātū, mittit lītrās cū mandatī scri
bens, se mirari cū omni tēmpus adhuc supereſſet, in quo ali
quid agi posīt, cur rei bene gerendā occasiōne relinques
ret. Et quādo exēcītū haberet paratū, et machīnas, et
alia omnia, que ad bellū continuendū erant necessaria,
aut Granatēs agros popularētūr: aut oppidū dīquod
obsideret: aut aliquid mūenirēt, in quo milites exēceret, ne
longa inertīa torpescerent. Puduit Rēgem, atq; proceres
in studio belli contrā nōminis Christiani hostes gerendi sus
pīatos fuisse à Rēgina. Turbatīsq; iam ordinib; atque
militib; ex parte dimissis, cohōrtes reuocant, in ordinemq;
reducunt, atque in Granatēs iūn agros redēant, et quod
ex superiorib; populationib; relīctionē fuerat, vicorū,
et villārum arbōres, frugesq; succidunt: domorū, tectō
rumq; edificia demoliuntur. Dilarumq; oppidiū ad ras
dices niuosi Montis posītū, et Vgigārum, et Aciliā
in suburbā Granatē ipsius posita diruptionē exponunt:
frumenti, alq; panici areas comburunt: molas aquarias, pars
tim longinquas, partim urbi proximas diſturbant. Et ne
ex urbe erumperent, quā in populatores agrorum, arbō
rumque succiſſores graſſatentur, Rex cū cohōrte pretor
ia contra urbis portas duobus ab urbe passuum millibus
stetit, quo ad negotiū cōfectū est. Ex alia parte Re
ginā hortata fuerat, atque rogarat Duccim à Methylīna

A sindica, & Aegabrenscm comitem, vt dum Rex ad Gras natam moraretur, non essent ociosi, sed hic contra Loxam, & ille contra Simonam hostium fines inuaderent. Qui Reginæ iusfis obtuperantes pro virili parte, quæ illis cōstigit, nihil omiscent intactum, quod hostibus usiū esse posset. Atq; rebus utrobiq; in hunc modum gestis, recentē commicatum quinque miles iumentorium vches, quas Regina miserat, Rex Alanam importari iubet, & pro Ten dillano comite Guterio Patellano præsidio urbis supposito Cordubam petit cum integro exercitu, quoad Regina consuleretur, nunquid vellet opus aliud incipi, antea quam in dominum quisque suam dimitteretur.

SEPTINILVM oppidum expugnat
tur, et Arindenses campi vastantur,
atq; Rex & Regina Hispani
li agunt hyemem.

CAP. VII.

AT Regina, cui nullū tempus erat gratum, siue iucundum, quod non in bello cum Mauris conserueretur, & cur, inquit, hæc anni pars ultio maius preteribit inter, quo minus aliquid agatur: sed quia potissimum ageretur non satis constabat, vi sumq; est tandem plerisque omnibus, Septenilum oppidum cum castello in finibus utriusque regni positione debere

DECADIS SECVN DAE.

tentari, quo expugnato, & fines nostri ex ea parte pacabuntur, & hostiū interius fierent angustiores. Igitur Rex cum exercitu cohortibus, quemadmodum superius dictū est, ordinatis, ē Corduba profectus Marchionem Gaditanum cum duobus equitum millibus, & conuenienti peditatu p̄mittit: qui, ut fieret certior, quo in statu oppidani essent, curauit ex pastoribus, & rusticis: aliquos comprehendendi, à quibus accepit, nullos esse hospites, sed Castelli tantum incolas, & habitatores, qui tamen putarentur ad incenia, munitionesq; tuendas posse sufficere. Fixis deinde tabernaculis, machinisque & tormentis suis in locis dispositis, machinas rīq; & tormentorum p̄fecti opus suū aggrediuntur, perq; dies tres, noctesq; continuas non cessant maioribus tormentis turres, murosque quatere, minoribus vero intra muros faxeos orbes passim intorquere. Principio cum obſiderentur, cœperunt cum nostris pugne simulacra conserere. Sed cum viderent se non esse numero pares, & sagittarū iūtibus, & filopetarum glandibus ex paucis in horas pauciores fieri, statuerunt continere se intra munitiones: portas oppidi non solum obſerant, sed ſtructili opere ex lapidibus, & mortario claudunt. Cumque intellexissent parari op̄ pugnationem, cui non poterant refiſtere, cum viribus, & armis non ſufficerent, cœperunt, de fe de dendi cōditionibus agere, quod facile impetrarunt, quoniam ex direptione p̄da tenuis erat, & non tanti aſtimanda, vt vel uno die tantus exercitus uno in loco immorari opportunity. Inſi ſunt igitur ex conditione, ut bonis suis ſuffarcinati abirent, das

tis custodibus, qui illos ad Arundæ usq; terminos deduces
rent. Rex oppidum ingressus murorum ruinas instaurare iu-
bet, oppidi præsidium cum ducentis equitibus Francisco En-
riquez commendat, quos armis, & alimentis instructos res-
linquit. Ipsecum exercitu, cohortibus ordinatis Arundā,
que octo millibos passuum inde aberat, ciuitatem equis, &
armis nobilem, & que illo tempore Asindum, aut Stygi,
tanam coloniam animis, & viribus aquabat, contendit.
Potuissetq; urbem obsidere, sed quia instabat hyems, satius
esse duxit, non tentare, quod effici fortasse non posset, agros
tamen & omnia prædiarustica, & urbana populatus, des-
molitus est. Rex itaque ex Arunda, & Regina ex Coro-
duba ad certum diem Hispali conueniunt, ubi hyenem illā
totam permanserint, non solum regni gubernationi prospí-
cientes, sed etiam ad in sequenti s anni bellum, quod erat cū
Mauro continuandum, expeditionem parantes. Sed neq;
limitanei, qui Alame, & Aloræ, & Septenili in præsidij
erant reiesti, fuerunt interea feriati, in fines hostium excus-
siones cotidie, populationesq; faciebant, & quibus poterant
in rebus, Regi Mauro iuniori suspectias ferebant.

HISPANAE societas conuentus Or-
gazij agitur, in quo aurorum tris-
ginta milia per tributas
rios sparguntur.

DECADIS SECUNDÆ.

SOCIETATIS Hispanæ non solum Alphonſus à Quintanilla, & prouifor à villa Franca inuentores, quibus Rex & Regina au toritate ſua curā demādauerint, ad omnia que ad illā pertinerent, ſed & procuratores hoc ipſo tempore inſtituerunt facere conuentū. Cumq; de loco non conue nirent, omnibus tandem placuit eſſe Orgazium oppidum à Toleto diſtans Aſtrum versus paſſuum milia circiter vi ginti. Conuenerunt eodem Dux à villa formosa Regis frater Nothus, qui tunc Dux erat maximus militum, illoſ rum ſcilicet, qui ſocietatis Hispanæ ſtipendia merebant, & Alphonsus Burgensis Conchensis Epifcopus, qui eodem tem porerēgij ſenatus erat princeps. Inter extera, que in co conuentu exprimoribus inſtitutis emendata ſunt, & de no ſo ſancita, Alphonsus Quintanilla nomine Regis & Reginæ expoſuit, id quod omnibus erat notum, quam exhaustū eſſet publicum ararium, & res fisci in quaſa eſſet egeſtate, quoſ preterea ſumptus emerget cotidie, qui nulla cuiat i poſſent ratione, niſi totius regni ſumma perditum irivellent. Quodſi rem Hispanam ſaluam eſſe cupiebant, opus eſſe, ne non ægre ferrent, ſi per omnes Hispaniarum tributarios po pilos exactiones pecuniarie ſpargerentur. Cumq; de ſumma diſceptaretur, quantū eſſet exigendum ad preeſtē neceſſitatē ſupplendam, placuit aurorum ducalium triginta milia debere exigi, quibus opus erat ad perſoluendas iuuen toriam diuinas mercedes: ad inſtruenda armis, & alimentis oppida in medijs hofſtū penetralibus relictā, quibus impi-

mis prospiciendum erat. A ceteris autem rebus, que vi
debantur impræsentiarum non ita necessarie, iussit Regina
superfederi, ne exactiores collinuaretur, simul ve exigeretur.

Q V O D Ioannes Lusitanorum Rex
Ducem Alisicum patrualem
suam occidit.

C A P. I X.

SV B idem tempus Ioannes Lusitanorū Rex
Ducem Alisicum patrualem suam propriam
nu confodit. Causa autem occidendi ex anno
superiori pendebat, quo tempore iussit exerceri
questionem contra Ducem Guimaranensem lēse mate
statis reum, quem damnatum iure capitali supplicio puniri
fecerat, atq; illius fratres & propinquos, amicos & fami
liores exilio multari. Ex eo, inquam, tempore Ducis pro
pinqui, & amici ceperunt minus familiares se Regi exhibere:
obsequia consueta, & debita minus obedire. Rex
non ita benevolum, ac familiarem se illis præstare, inde que
rele, & detractiones, atq; in Regens maledicta passim
diffusimare. Non potuit Regem latere, que illi minus
prouide in vulgus spargebant, patefacta est illi tandem
coniuratio, aut certae coniurationis suspicio. Ea erat de
Rege occidendo, deque in eius locum sufficiendo Du
ce Alisico, qui iam quasi Rex salutabatur, ambiebatur,
neque immaturos honores adolescentes imprudens annuebat,

DECADIS SECUNDÆ.

Iam se coll̄ obseruari, atq; adorari patiebatur. Neq; des
erant adulatores, hoc est blandi inimici, neq; Astrologi, &
Mathematici, qui ex genescos horoscopo illi regnum porten-
derent. Harum rerum factus certior Rex, qui alioqui ados-
lescentem diligebat, quod frater illius erat patruelis, quod
vxoris frater, quod adolescentis annos vnde viginti natus,
secreto apprehendit illum, quasi filium monet, ne assentatori
bus credat, ne se decipi sinat, etatemque suam consideret,
quæ tota pendet ex ffc, cum pauca expertus nouerit. Sed
cum ille in eisdem artibus permaneret, Rex magnanimus in
adolescentem succensus, non poterat iam iram à multo tem-
pore dissimulatam retinere. Cum igitur aliquando vis
dissetillum familiariter, ut solebat, cubiculum regium ingre-
dientem, stricto pugione bisterque p̄tit, humique porrectū
extendit, dicens. Siccine o proditor te putabas pro Rege
tuo regnaturum? Nunc morere, atque affter nuntium Gui-
mariensi Duci, quo in statu coniurationem ab illo inchea-
tam relinquis. Tertium est deinde in illius coniurationis
socios, sepultaq; sunt consipirationis illius omnes reliqui.
Ad tanti facinoris nuntium, quem Rex & Regina Hispanis
acceperant, non sicut facti penitus certiores, quo pacto res
gesta est. Nam erant, qui dicerebant, ducem non occisum,
sed in vinculis asservari iussu Regis, atque de illo questios
nem exerceret, quemadmodum de Guimaraensi Duce Rex
fecerat. Miserunt itaque legatos, qui Lusitani acerbitate
in Ducem patruelē suum temperarent, lenirentque, ac sua-
derent, nullam vnguam de morte hominis cunctationē esse
longam.

longam. Quod si iam de illo actum erat, nihilominus Beatricem defuncti Ducis matrem suo nomine consolarentur. Oratores fuerunt Enicus Manriqu⁹ Legionensis Episcopus, & Gaspar Fabra ex Tarragonensi provinca ordinis equestris vir nobilis. Qui quamquam apud Regem oratores non nomine functi non sunt, alterum tamen quod in mandatis habuerunt, sunt exequuti, atque mortui Ducis matrem pro tempore, & pro materia sunt consolati.

R E X iunior ex Almeria fugatus, ad his postos se recepit, & frater illius iunior inuentus domi trucidatur.

C A P. X.

 N superiori libro scriptum est, causam iunioris Regis dimittendi fuisse, ut cum seniore de summa regni certaret, vix mutuus odijs, eadibus se viceret; conficeret, & nobis inter se decernentes militarent. Sed multo alter postea cœnuit, quā à principio putabamus. Etsi enim inter patrem & filium de principatu magna erat similitas, & que nullum esse habuita finem videbatur, maior tamen fuit sue religionis amor, qui non passus est, auxiliares Christianorum copias in alterius factionis partes admitti. Quare iunior Rege libertati sue restituto, quia videbatur non sibi, sed liberta-

DECADIS SECUNDÆ.

His autoribus regni culmen affectare, ex benevolo suis factus est infensor, neq; iam fidei quicquam apud suos habere. Sola Almeria, siue volens, siue nolleus, in officio mansit, atq; inde auxiliaribus copys nostrorum adiutus, gerebat bellum aduersus alterius factionis partes, quod ipsum fecit illū suis magis iniuriam. Interea Mater cum viderent Regem seniorem annis, & laboribus fessum, rem bellicam negligenter administrare, alium sibi ducem eligunt. ipsius Regis senioris fratrem Baadilum nomine, cui totius regni habendas commiserunt. Hic coepit solicitare Almerie sacerdotes, quos illi vocant Alfaquies, atq; multa pollicitus per religionem suam rogare, ut sibi viam aperirent, qua possent iuniorum Regem capere, qui ppequitiam non Mahometanus, sed Christianus erat, Christianorumq; sectator. Sacerdotes conditionem accipiunt, atq; ex potentioribus oppidanis alios sibi adiungunt: tempus, locumq; constituant, quod, & quando Baadilus sit venturus. Venit itaq; cum equitatu, pedi tatuq; quanto ad rem perficiendam opus erat. Tradita est illi civitas. Rex iunior, cum quereretur, furtim elapsus est. Frater illius minor in domo regia est inuentus, qui cum alijs eiusdem factionis sectatoribus cœsus, trucidatusq; est: atq; ita civitas in potestatem Regis senioris venit: sed coactus tandem est, se regni administratione abdicare: & Baadilus frater pro Rege salutatus, habitusq; est.

AELLII ANTONII NE, BRISENSIS HISPANARVM AT-

que Hispaniensium rerum historici Decadis

Secundæ liber Quartus. In se-

quentis Anni M. C C C C.

LXXXV. appa

ratus belli.

Caput Primum.

T S I omne tēpus illud, quo R ex et Re
gina Hispalis suerunt, fui semestre, cō
sumptū est tñ in administratiōe reip. tñ
animaduertēdo in eos, qui partē sibi cō
missam negligētius administrarūt, tñ in
eos, qui ob ius dicūdū repetūdarū postu
labātur. In legationibus præterea audiēdis, quæ à diuersis
partibus orbis mittebātur. Nullus tñ in aula principū frē
quētior erat sermo, quā de bello, qđ anno instanti, qui a nata
li Christiano erat millesimus quadringētus octogesim⁹
quintus, gerēdū erat. Hoc in senatu publico, hoc in illo secre
tiori, qui ad rē procurandā institut⁹ est, hoc in tota citia age
batur. Tā in locis publicis, in priuatis, in eccl̄ sijs, in monaste
rijs, in vijs, in plateis, in cōpitis, in tabernis, & popinis de
nulla aliare sermo oriebatur, quā de belli expeditiōe, qđ pa
rabatur. Anno superiori cū exercit⁹ dimittebatur, oēs fues

BB y

DECADIS SECUNDÆ.

runt admoniti, ut in unum sequentem primo vere in pro-
cinctu armorū essent parati, atq; ut Cordubæ adessent ius-
si, hoc secundo, ac tertio in huius anni initio factum est.

Omnes ad prædictum tempus, locumq; conuenerant, perito-
de ac iussi sunt, & multo quidem quam antea instructiores.
Iam machine, & tormenta sulphuraria, & lignea per omnē
hyemem parata erant. Iam carri & plaustra, boues &
iumenta conuenerant, neq; aliud deerat quam Dux, qui tan-
tam belli molem moderaretur. Sed non defuit, nam ad
prescriptum tempus Rex & Regina cum omni sexus for-
minei prole regia, & ex regni primoribus, qui regiam cas-
riam frequentabant, Cordubæ ad fuerunt ad idus Aprilis.

Exercitu in unum locū congregato in tanta procerum to-
tius Hispanie celebritate maius certamen erat de ostentan-
dis opibus, & potentia in corporis cultu, & sumptu cotidia-
no in culina, & penu omnium generum epulis undecimq;
petitis, vi coniuvia sumptuosiora pararent, quam de armis
rion cura quis pulchrior in armis appareret, quis equū mol-
lius agitaret, quis cursu pedestri reliquis præstaret. Rex
& Regina per honestos, & religiosos viros procerum
principes rogarunt, atq; obtestati sunt, ut ab eiusmodi in or-
dinatis sumptibus temperarent, potiusq; intra modum, &
parcius quam sumptuarie permittunt leges se gererent, quā
eos, qui dignitate inferiores erant, malo exemplo corrumpe-
rent. Hoc Principes ipsi faciunt, imprimis uno, aut duo-
bus ferculisin coenacontenti. Hoc reliquæ procres imis-
tantur, aut si affluentius coniuvia exercere volebant, luxu-

rie sue pudebat plures adhibere testes. Mirum dictu os
mnes certatim frugalitati operam dare, modestius mensas
struere. Minores Abacos apponere. Exoletorum nuo
merum minorem mensa adhibere eorum, qui fundia per no
ctis tenebras preferrent, longus ille ordo ad duos, aut tres,
ut multum reductus. Hic mos preferendi fundia per
multos dies duravit. Fuit deinde inter belli ducis contenc
tio, ut instantis anni bellum inchoaretur. Omnibus ferè
placuit Malacam debere peti, neq; Regi consilium disspli
cuit. Sed prius alia oppida expugnari opus esse, quo tuo
tius itinere terrestri in castra commicatus importari possent,
et pabulatores liberius per campos pabularentur. Tens
tatum est, castellum montis Frigidi siue capi, si quo mo
do per tenebras id fieri posuisse, sed frustra id tentatum est.
Erant, qui dicerent obsidendum esse castellum, ne quid à ter
go relinquatur hostile. Alij vero dicebant castellum il
lud non esse tanti, ut tantus exercitus in tam parui momen
ti materia debret immorari. Placuit itaq; Regi, totam
belli molem inde promoueri in maioris negotijs oppidum ali
quod obsidendum.

CARTIMA, et Coinum castella mis
sitisima obsidentur, et Benamas
quecoppidum diruitur.

CARTIMA
COYN.

DECADIS SECUNDÆ.

CVMQVE duo essent castella inter se proxima, que ratio exigebat debere oppugnari, interquam Malaca obsideretur, et proceres, utq; rei militaris periti duces, vtrum prius op-
pugnandum esset, inter se decertarent, Coinum, et Carti-
maka erant, quid prohibet, inquit Rex, quando copia suo
perseruit, vtrumq; castellum obsideret? Hoc placit omnibus,
quia Regi placuit. Militit itaq; Magistrum militie
diui Iacobi, et Hispaniae Comitabilem, et Alphonsum do-
mus Aquilarie dominum, et Portucarrerium comitem Pal-
mensem, qui Cartimam obfidence cingant. Simil ctiā ex
alia parte Marchionem Gaditanum, et Comitem Clunien-
sem, et Furtation Mendozam, cum Cardinalis Hispani co-
hortibus, et prefectum Baetice mittit, qui eodem ipso tem-
poris articulo Coinum obfideant, Rex ipse in vtriusque
castelli conspectu medius castra metatur, vnde vtrisq; ob-
fessoribus, quoties opus esset, posset auxilia submittere.
Postridie eius diei obequit aut̄ duo illa castella captans, vbi
commodius castra collocaret. Cartimitane vallis incole,
qui anno superiori intercedente Marchione Gaditano His-
paniorum Regum obsequio se dediderant, deinde ad Coinū
accepta clade rebellabant, nunc fortuna iterum militata, cas-
dem (qua prius) perfidia, se iterum dediderunt, causati, quod
non in potestate sua fuerit, in fide permanere. Benamas
chixenū vocab. nūr oppidum, quod huicmodi deditio; ins-
colebant. Quos Rex benignè alloquutus, numeribusq; af-
fectos hortatus est, vt essent constantes in obsequio, neq; se,

vt antea fecerant, tam cito mutarent. Quod si minus posse sent facere, saltem se medios, atq; sequestris inter virosq; seruarent, quo ad omnis illa regio in Christianorum detinuem redigeretur. Agros illorum interea & saltus sata, & arboreta rustica, & urbana prædia ius sit non attingi, neq; aliter tractari, quam si Christiani essent, atq; in hunc modum in columnes dimissi sunt, atq; proinde felices, si conditionem oblatam seruare voluerint. Sed non steterunt promissis: factique sunt multo (quam antea) deteriores, tum admittendo suos, tunc arcendo nostros. Quod ubi Regi conpertum est, iubet oppidum oppugnari, expugnantes dirui in viros, qui ex oppugnatione superfuerant, passim fæniri: ex primoribus oppidanis octo supra centum patibulo suffigi. Cetera multitudo ex omni sexu, & etate sub hasta venient data, atq; in manubias redacta est. Quæres, quic madmodum Benamachixi gesta, est per interpretes iussa denunciari Cartime, Colini, Mundæ, & in castellis omnibus, & oppidis finitimiis, per eosdem quoq; interpretes totius vallis incolas omnes admonuit, ut se Regis clementie dederent, neq; vellent ultimâ experiri fortunam, atq; omnia perpeti, quæ victoribus in victos facere collubuisse. Benamachixitanarū exēplū poterat vicinas populos mouere, sed illi nihilo secius persistente, scq; pro vita, ac libertate tuenda periculis omnibus expomunt. Rexigitur partē exercitus & tormentorū, ac machinarū ad eos mittit, qui Cartiam obsidebant, partem ipse ad Colini obsidionem retinet. Colnum præter munitiones, quis arte, ac natura validissim

Bename
Monda.

DECADIS SECUNDÆ.

m̄as habet, vndiq; cinctum est arborum: densis, atq; confragoſis nemoribus, aggeribus & maceris præruptas vias, in ciliis, fossis vorticosoſ riuſos facientibus, ut difficile sit perium, niſi indigenis, & quibus itinerum diuerticula nos ta ſunt. Huic Rex iubet admoueri ſtationes, quam poſteſt arctiſime, oppidiā quam longiſime poſſunt à muris arcere. Hinc ab utraque parte tumultuaria pugna conſerta, mox & stataria. Tum ſtationes fixe roborantur. Tormenta, & machine ſuum opus exercent. Murum, ac turreſ extra vias crebris iictibus quauiunt. Neq; ceſſatione à murorum concuſione, quo ad magna pars cum suis turris buſ cecidit, latusque apertum boſtibus reliquit.

COINVM fruſtra oppugnatur à noſtriſ
Gomeritis adiuuantibus Coinates,
ſed tandem utriq; ſe
deidunt.

C A P. III.

GST in Mauritania hominum genus bellicosum, qui non ſibi ſed mercede conducti alijs populi bella gerunt, Gomeres appellant: noſ men, ut videtur, deductum à Gomer filio Iapheth, de quo in libro Genesios, & in Paralipomenonis. Etihiſ Iofephus in antiquitatibus, & Hieronymus in Hebreicis queſtionibus posteritati Iapheth tribuerent incola-

in Asia, & nominatos à Gomer Iapheth filio primogenito scriberent, fuisse cognominatos Galatas, qui proculdubio populi sunt Asiatici, videri poterant Gomeritæ, & Gomer filio Iapheth fuisse cognominatos. Sed hi, de quibus hoc in loco loquimur, non ad Gomer filium Iapheth, sed ad Phuth filium Cham filij Noë referuntur, quibus partes Libyæ cesserunt habitandæ, quare hi Gomeritæ non à Gomer filio Iapheth, sed à Phuth filio Cham, sunt cognominati Phutci.

Ab his Gomeritis, quos diximus Lybiam incolere, appellatur nostro tempore Velez la Gomera, et una ex quinq; insulis fortunatis la Gomera. Eo igitur tempore, quo obsidebatur Cöi nū, ingēs multitudine Gomeritarū, quos dixim⁹ Mauritaniā incolere, fretū Herculeū traieccere, nō tā ut stipēdia iter suos mereret, quā amore religiōis inducti. Et Müdæ, qđ dixim⁹ castellū Coino proximū, cōscendere, captates occasione obseffis Coinatibus se addere socios. Id quod Regem nostrū non latuit. Nam quid potuit latere vni tantum obſidionis curæ inuagilantem, ne quispiam ingredetur, aut egredetur?

Quare custodijs alios custodes adhibuit, excubias extra castella per tramites, & diuerticula semper habuit. Sed nihil est audacie, atq; temeritati imperium. Ex Gomeritis namq; unus si quis, inquit, est viri fortissimi, quem Coinatum fortuna moueat, me sequatur, & simul hoc dicens sequentibus alijs compluribus in medios custodes irruit, viamq; vi apes rit, & ad horam Coinates ex composito facta cruptione stationes nostrorum inuadunt, alios trucidant, alios fugat, suos inter mœnia recipiunt, atq; tam præsentि, oppertunoq; auxiis

DECADIS SECUNDÆ.

lio adiuti animam ad se acius tutandos erigunt. At Rex Gomeritis iuxtra muros receptis nihilominus oppugnacione parari iubet: pluteos & testudines aptari: arietes ex cacos nias muris, atq; ruinis murorum admoucri. Primas oppugnationis partes Duci Anagarense, & Beneuentano Comiti mandat, atq; alios, qui sacerderent, ordinat. Dumq; alia ad oppugnationem opportuna paratur, quidam ex pretorianis cohortibus milites impatientes moræ, Duce Petro Alarconio ordinatam oppugnationem preuerunt: per murorum ruinas irrumpunt, intra muros recepti cum obviss quibusq; pugnant, omnesque in fugam conuertunt, quod in late patentem quandam viam est deuenient, ubi se Gomeritæ cum plusculis oppidanis agglomerauerant. Ibi pugnatum est acriter, atq; ex nostris complures ceciderunt redint grante pugnam saepius Petro Alarconio. Qui cum à suis admoneretur: ut se à pugna subtraheret, non, inquit, ea de causa in hoc certamen descendit, ut quissim posset dicere Alarconium vidisse terga hosti vertentem.

Atque ita cum paucis circumuentus, fortiter dimicans confusus est, cecidit et Tellius Aquilarius vir nobilis, et qui se in armis sape ostentauerat. Ceteri in fugam conuerti, sumiente magna ex parte multicularum manu, que ex solarijs, et senestris iactu lapidum, tegularum, et verrucorū singularē virtutis operā nauarunt. Atq; hunc in modū hostes nonib⁹ exclusi sunt: oppidi oppugnatio deserta est, sed nō cessat interea i murorum cōcūsione, et saxorū ingētiū iactu per totū oppidiq; nihil intactum relinquens.

SHACTENVS in Nebrisensis archetypis
et protocollis inventum est, cetera incia quo-
rundam, et fucorum rapacitate nihil aliud ris-
mantium, quam quomodo autorum lucubrationis
bus infidicntur, pericrunt.

ÆLII AN TONII NEBRISSEN, SIS EX GRAMMATICO ET RES

*thore historici Regij de bello Nauariensi, Liber
prior incipitur, cui præmittitur Praefatio
de antiquitate, nomine, & situ
huius Regni.*



INTER Gallos, Hispanosq;
gentes belligerandi cupidas, natu
ra ingenij humani cōscia Pyrenæi
monius præcipitia posuit, ut vtriq;
populi se intra fines suos conti
nerent. Sed quò non penetrat
hominis ambitiosa temeritas?
Ecce Goths Narbonensem Galliā
Hispanie annexent. Profugiq; à gente vetusta Gallorum
Celtæ permiscent nomem Iberis. Sed omittamus nunc illa
vetera, non videmus etate nostra, partem Brachatae Gals
lie Tarragonensi contributam: non vidimus nuper fabrio
nis Gallice Principi Nauarium seruientem? Tametsi di
uersa fuit ratio alteris in alterorum solo permutatis finibus
aberrandi. Neq; enim Gallia Narbonensis sub Gothis tā

tum principibus Hispāniæ portio fuit, verum etiam sub Romanis, atq; ante Romanorum temporis totus ille tractatus Hispāniæ annumeratus est. At Navarriam, quis equus rerum estimator iudicet, ab Hispania posse disiungi? An cum natura voluerit nos à Barbarorum incursu præruptissimorum montium obiectu esse tutos, patremur hostes intra patriæ nostræ regiones debachari? Quam ob causam hæc cura magistrinæ illi viragini Elisabæ Hispaniarum Reginæ semper insidebat, quemadmodum angulus ille à toto suo corpore diuulsus, vel permutatione, vel dotis nomine, vel alia quacunq; honestaratione informam pristinam redigeretur.

Semperque Horatianum illud in ore habebat: O si anguis ille proximus accedat, nostros qui fecerat liberos. Næ præter iungendi pulchritudinem, verebatur ab ea parte nunquam Gallos esse quieturos. Hoc bis per oratores egit, & quidem summa diligentia, atq; etiam iniquis conditionibus attentauit, ut Catharina Phoxensis comitis filia unica, atq; proinde illius regni hæres Ioanni filio Hispaniarum Principi nuberet, atq; eadem via dotaliter regnum in suum corpus rediret. Sed fortuna in omnibus alijs indulgentissima hoc unum illius fœlicitati denegauit, quippe que alia viatæ rei gloriam dulcissimo coniugi reseruabat. Vtrumq; tamen Navaria illa, que antea fuerat abscessa, iam nostra est, nobis est sit, in censu nostro numeratur. Sed priusquam dicamus, quo iure, quibusq; viribus in nostram venerit postestatem, pauca nobis de nomine, de situ, de natura regionis præmittenda sunt. Navaria nomen est nouum, nuperq; ex-

BELLI NAVARIENSIS.

cogitatum: dicta quantum a sequi possumus) coniectura, quod Hispani vocant Navas camporum areas planas, arboribusq; purgatas, que tamen habeant in circuitu sylvas, dum etiam fructicosa, & inde Nanaria fortasse dicta loca, que complures habent huiusmodi Navas. Hanc regionem sc̄rē incolunt Vascones, in quibus iste numerantur, Pompeio imprimis regionis caput, quam Strabo Pompeiopolim vocat, sic dictō, quod sit a Pompeio magno, aut eius nomine condita, quo tempore contra Sertorium in ea regione bellum gerit Metella missus adiutor à senatu: est & Iturissa, & Alantonae, & Caſcanium, & que iam pridem nobis cesserant Tricium, Lucronium, & Quintiliiani oratoris patria Calaguris. Terra tū pecori, tūn agricolationi apprimē fertilis, & quāquam Pyreneo opposita, longē tamē Celiberos, & Bardulos vtrinque finitos, & aeris clementia, & solis benignitate superset. Habet Navaria in Galliam Aquitaniam duas tantum pylas, hoc est, portas, siue aditus: alteram per Runcatas valles, alteram per vallēm Runcetatorum. Roças, hoc est, rūcas Hispani vocant vepreta runconibus instrumentis succisa, unde utraq; valles ille, que non aliam, quam runcationis culturam admittunt runcetapoſſunt recte appellari, & populi huiusmodi locorum incole Runcetani. Vt unq; adiutum Bencarnensis Gallie regiūcula excipit, dicta à Benecanno oppido, quod Antonino pio autore distat à Cæsarangusta millia passuum centum duodecim, atq; à summo Pyreneo eadem via millibus passuum sex & triginta. Sed antea quam de bello Navariensi scribere incipiam, quia hīc complures

dubitare, frequenterq; disputare, quo iure Hispani Nauarriam inuaserint, inuasioneq; subegerint, pauca de huius belli iure hoc in loco dicamus.

UNDIVRE gentium, et diuino, atq;
humano, quo Hispani orbis moderat^{or} Nauarriam obtinuit.

CAP. PRIMVM.

 T S I regni propugnandi libido non omnino caret vicij suspicione, cum Reges magis debesent fines tueri suos, quam inuadere alienos,

Pit tamen aliquando, vt necessitate cogantur bellum succipere, quod esset alioqui iniustum, atq; prouinde nefarium. Hinc est illud Augustini in quarto de ciuitate Dei volumine, belligerare, inquit, et perdomitis gentibus dilatare regnum, malis videtur felicitas, bonis necessitas: sed quia peius esset, vt iniuriosi iustioribus dominarentur, non in congrue ista necessitas facit ex causa aliqua iniqua iustissimam.

Vnde factum est, vt iniquitas illorum, quibus cum bella iusta sunt, regnum adiuverit, vt cresceret. Itaq; Romani iusta bella gerendo, imperium ita magnum acquirere potuerunt, quia sortiti sunt hostes iniustos, quibus cum bella iusta gere rentur. Atq; ita causas ex causis trahendo, eò usq; pervenerunt, vt totius nostri orbis imperio potirentur. Nunquam enim hostibus bellū indixere, nisi per legatum facta imprimis

BELLI NAVARIENSIS.

clarigatione, deinde per sacerdotem faciem deuotione, di-
rarumq; imprecatione. Quare nihil mirandum est, si res-
tor, idemq; mundi arbiter, qui dat, adimitq; regna, in cuius
manu cor Regis est, & per quem Reges regnant, abstulit
mentem Navariorum Regi, induit autq; cor illius, ut noster
belli gerendi causam haberet iustiorem, atq; proinde mem-
brum illud abscissum in suum corpus restituatur. Neq;
iniuria id, quoniam aduersarij putant, sed per leges diuinas &
humanas, Pontificias & ciuiles, perq; ius ipsum, quod natu-
ra omnia animalia docuit, quodq; per omnes gentes ita disse-
minatum est, ut nulla sit natio tam Barbara, atq; à communis
sensu tam abhorrens, que non illi naturae legi acquiescat, ut
arma tenenti omnia det, qui iusta negat. Nam quid iniur-
iatus excogitari poterat, quoniam ad iustum bellum proficisci
negare aditum, viamq; ex iure gentium cunctis mortalibus
communem? Cum præsertim de regni indemnitate illi sa-
tis caueretur. Quid non ex lege diuina, que naturali co-
sentanea est, Moysi præcipitur, ut innatet, ac deinceps pos-
sideat regnum Seon Regis Amorrhæorum, propterea quod
denegavit filiis Israel tendentibus in terram promissionis
transitum per fines suos? Misit, inquit scriptura in libro
numerum, Israel nuntios ad Seon Regem Amorrhæorum,
dicens: Obsecro, ut transire nihili liccat per terram tuam, no
declinabimus in agros, nec vineas: non bibemus aquas ex
puteis, viaregia gradiemur, donec transierimus fines tuos.

Qui concedere noluit, quin potius exercitu congregato
egressus est obuiam in desertum, & venit in Iasa, pugnauitq;
contra

contra eum, à quo percussus est in ore gladij, & possessa est terra eius. Tulit ergo Israël oēs ciuitates eius, & habitauit in urbibus Amorrhœi. Eadē prope, atq; eisdē verbis scribuntur in Deuteron. In primo quoq; Machabœorū volvuntur. Iudas, inquit, ex Galaaditis superatis rediens vicit in terrā Iudea, venit usq; Ephrō, & haec ciuitas magna, & munita valde in media via sita, & nō erat declinare ab ea destra, vel sinistra, sed per medium iter erat. Et inclusa erunt se, qui erāt in ciuitate, & obstruxerūt portas lapidibus, & misserunt ad eos Iudas verbis pacificis dicens, transcamus per terram nostrā, ut eamus in terrā nostrā, & nemo vobis nocesbit, tantū pedibus transibimus. Et nolebat eis aperire. Et oppugnauit ciuitatem illā tota die, & tota nocte: & tradita est ciuitas in manu eius, & perimerunt om̄ē masculū in ore gladij, & erradicavit eā, & accepit spoliā eius, & transiit per totā ciuitatē super interfectos. His itaq; huiusmodi exēplis manifestē ostenditur, quae sit Dei voluntas transformāti imperia, & mutantis regna, qui indurat cor Sean Regis Amorrhœorū & Ephronitarū, ut horū spolijs Iudas potis retur, & illorū ciuitates Israëliticus popul⁹ in se posideret, sub illo prætextu, quod ne gauerint id, quod iure gentiū erat commune, sicut fluminis aqua, aeris spiritus, solis lumen.

Quid si ex causa aliquanobis occulta voluit Deus Nauas riam materno rem gerente auo, à Ioanne in Carolum, hoc est, à Gallis ad Hispanos reducere & que alia potuit instaurare esse causa, quam quod regnum iniuste acquisitum, iuste a mittetur? Nam quis ignorat Blancam iuuentem Ioannis

BELLI NAVARIENSIS.

Navarie, ac deinceps Tarragonensium Regis ex Blanca vs
xorc filia Caroli procreatam, que fuit Enriquo huius nomis
nis Hispanorum Regum quarto nupta, ac deinde repudiata,
veneno interceptam a Leonora sorore, eiusq; marito Foxē
si comite, ut ad ipsos regni successio perueniret id quod in
illos male vertit. Nam intra dies quindccim postea quam
sibi regium nomen adoptavit, miserabiliter, & digne perijt.

Sed ex ea & Comite Phoxensi natus Gastonus, & ex
Gastone Phœbus pater non diu vixerunt. Sed & Phœbus
Phœbi filius in ipso etatis flore raptus est, superstite Catha
rina sorore, qua sinistris aibis Ioanni ultimo Navariensiū
Regi ruptui dedita, dotale regnum ad Hispanos suos redas
cium est. Non vides quam veridice in hac familia expens
sum est, quod in Exhodo Hebraeorum legis lator est inter
minatus? Ego, inquit, sum dominus Deus tuus fortis Zelo
tes, visitans iniuriam patrum in filior v̄sq; in tertiam
& quartam generationem eorum, qui oderūt me. Illud quo
q; ex libro Sapientie: De generes, inquit, stolones non agēt
radices altas, neq; stabile firmamentum collocabunt. Per le
ges quoq; Pontificias, & ciuiles Ioannes Navarie Rex ve
rè potuit regno spoliari, ex eo quod schismaticus, & schisma
ticorum fautor, atq; proinde heretic⁹, Iesæq; maiestatis re⁹,
atq; eodem iure intestabilis ipse, & omnis eius posteritas
Gentilico regno multanda, quod vtriusq; iuris consultissi
mi doctores multis argumentis, & rationibus, exemplisq;
probant, ex eo, quod in sequentis historie Contextu nar
rabimus.

DUQVOD Navaric Rex fuit schismatis
ticus, quia Gallorum Regis schis-
matici favor.

CAP. II.

VDOVICVS Gallerion Rex more gen-
tis sue homo leuisimus non contentus se intra-
peliculā suam, hoc est, intra regni sui fines con-
tinere, animū in Italiam iniecit, & quia intelli-
gebat cum multis negotiis sibi gerendum, querit ex Italiae
principibus amicos, & socios, non optimates ex ciuitatibus,
non iustos oppidorū dominos, sed quos audiebat violentā in-
subiectos exercere dominationem, quos rerū nouarū cupidos
norat, quos deniq; ex professione hostes Ecclesie Romane
sciebat. Torquebat tñ illum talia moliente Iulius secundus
Pontifex Max. patrimonij Ecclesiastici vindicta acerrimus, is
demq; fortissimus propugnator, quem solum videbat conas-
tibus suis obstatarum, ac præterea neminem. Agit cū Geor-
gio S.R.E. Cardinali Rotomagen sitempestate illa vtrumq;
de Pontifice merito, in Gallia tamen Legato à Latere, hor-
mine ambitioso, nec minus res nouas moliendi cupido,
ut cum reliquis Apostolici senatus conscriptis Patribus,
quos ambire posset ipse per se, quosque antea Rex ipse
pecunia, muneribusq; corruperat, indicant Pontifici Oe-

BELLI NAVARIENSIS.

comenicion conciliū, criminaintendant, testes subornent, qui dicant se vidisse, quod non viderint, per que cogatur pōtis catu se abdicare rigid⁹ ille patrimonij ecclesiastici defensor, ut in eius locum adoptetur quispiā, qui omnia ex Galli Regis arbitrio faciat. Ex omni patrū numero quinq; tantū ad se pellexit, nam alijs oēs in officio apud Pontificem permāse ruit, quo s prouētibus ecclesiasticis, si quos habebant in Gallia, multā erat, Gallis omnib⁹, qui sub ditionibus sue imperio erant, Rōmanā curia inter dixit, edicto quoq; ius sit, ne apostolicis literis quispiam obtemperaret, ex Ecclesiæ subditis amicis, & socijs, quos potuit, sibi conciliavit: quos non potuit, pro hostibus habendos esse censuit, atq; hunc in modum schismatis, id est, divisione facta, inconsutile illā nostri Salvatoris tunicam, hoc est, ecclesiæ unitatē laceravit, quam neq; satellites quidem, & Christicarnifices soluere sunt ausi, seq; publicū hostem professus ecclesiæ Rōmanæ, apostolicoq; senatu belum indixit. Iterum Bononia capitur à Pontifice, pulsa Bentiuolorum familia, quibus miserādaciuitas miserā seruierat seruitutem. Flaminie quoq; civitates ad ecclesiam pertinētes Venetis iniuste possidentibus detraxit. Ferrarianam p̄trea, quam & Mutina sequebatur, ex manibus Alphōsi ducis per censuras apostolicas iam extorsus erat, si nō b̄ec dira pestis negotium interpellasset. Ferrarienses namq; atq; proinde Mutinenses nihil aliud sperabant, quam sine iure, sine iniuria dedere se Pontifici, atq; ab Alfonso decidere, qui non modo in ciues sauiissimam tyrannidem exercebat, sed & tributum, & tributariam obedientiā Pontificibus debitā

denegabat. Sed cum iam securis ad arboris radicem admodum
terretur, ad quem Alphonsus confugeret, nisi ad fugitiuorum
receptaculum? ad tyrannorum propugnatorum? ad facinoroso-
rum hominum singulare subsidium? Igitur Ponifex, quod
iure non poterat, viribus assequiturus Bononiam venit, ut
ex proximo rem gerat. Eo senatum apostolicum conuocat.

Ad sunt omnes præter paucos illos nigri genii notatos cau-
terio. Et ecce Gallorum Regis præfectus, qui Mediolanum
præfido tenebat, Bononiam venit cum exercitu, urbem obsi-
det cum suo Pontifice, tormentis, machinisq; oppugnat, atq;
fortassis rem peregisset, nisi exercitus Hispanus à Neapoli,
duce Fabricio columnæ Pontifici suppecias tulisset, cœgisset
q; Gallos se in Mediolanum suam recipere. Sed alia ex
parte Gallos ecclesiæ hostes fouere non cessat, Bentiuolis Bo-
noniam extorribus exercitum tradit: qui, dum Pontifex Ra-
uenæ ageret, recepti in urbem à proditionibus quibusdam
Bononiensibus, omnia sacra & profana, diuina & humana
miscerunt: arcem munitam à Pontifice sumptu immodico de-
moliriunt, statuam æream Pontificis nomine dicatem detur-
bant, subiectisque ignibus confundunt, Ecclesiæ insigniaras
dunt, in quorum loco Gallica reponunt edicta, præconia, in-
dicia, omnia Galli regis nomine fiunt, in curiales, amicasq;
Pontificis partes sequunt. Interea Cardinales illi, qui ad ec-
clesiæ hostes transfugerant, non concilium, sed concilij vmbra-
ram simulant. Nam quis appellari cōcilium, quod capite,
quod pedibus, quod corpore, quod anima, quod spiritu denis-
q; viuificante caret. Potifecem citant, alios nostri orbis

BELLI NAVARIENSIS.

Principes convocant terminos, intra quos sunt connocaturi, prescribunt de summa unitatis Ecclesiae decernere statum sunt, Locum placuit esse Pisas, tempus Kalendas Septembris, utrumque tamen frustra. Nam et Florentini prohibiti sunt Pisas accedere, et cum loco tempus quoque. Ponsifex interea non cessat illos ad Ecclesie unitatem hortari, ne sint tantorum causa malorum commonefacere, prescribit terminos, primo quinquaginta dierum, deinde quindecim, deinde octo intra quos respiceret, et ad meliorem se sum redire possent: et nequid fraudis subesse suspicentur, interponit fidem publicam, cuius sponsorem offert ipsum senatus apostolici consensum. At illi admonitionibus his facti multo deteriores, Pontificis indulgentiam interpretantur timorem, et a crimine maiores sumunt animos, multoque per tinacius insistunt cœptis. Igitur Pontifex ira percitus, qua dolorosa patientia nihil proficit, gladium ex Petri manib⁹ corripit: in rebelles, contumacesque stringit: honorum insignibus expoliat: dignitatibus ecclesiasticis, beneficijs omnibus multat obtentis, et ad obtinenda posthac inhabiles, et indignos facit. Ipsos, atque ipsorum fautores schismaticos, atque proinde hereticos declarat: bona publicat: ad huius sententiae executionē Christianos principes invocat, atque imprimis nostrum, ut Ecclesie causam tueatur. Qui taneti si eō tempore in Africi belli expeditiōe implicitus erat, atque in ipso Herculeum fretum trahiendi articulo intētus, nihilominus tandem respexit ad Petri naviculanum fluctuantem, et omissa in aliud tempus Africa, et exercitu, quem in Mauros parauit

rat, classe comparata equitum, peditumq; bonam partem in Italiā mittit, scq; ut Neapolitano præsidio iungant ducibus, atq; cohortium præfectis imperat, vt si quia in re fuisset opus, voluntati Pontificis obsequerentur. Antea tamen Galli, quo cum non modo affinitas, sed etiam fœdus ars etiſſimum erat, ut ab ecclesiæ iniuria se abstineat, ne hostes illius foueat, ne se sceleratis immisceat hominibus monet: int̄ tamen cum illo amicitiam committorat, que necessario soluēda erat, si ille contra Ecclesiam, ipſe pro Ecclesia staret.

Itaq; franguntur fœdera, & rumpitur amicitia, affinitas. quia vinculo artiori conglutinata erat, dissoluī non potuit: Boſnonia interim Pontificis iuſſu à nostris obſidetur, Galli beniuolis auxilia mutunt, & quia in dies augebantur, cōſſere nostri, illi & aueniam obſident, nostri dum obſessis auxilia ferunt, non potuit cuiusari fatale illud, ſinuū & lachrymabile prælum, in quo, propius ſucre periculo, qui vicere.

Nam ex victoria tardenti apud Gallos permansit, non illa quidem incruenta, sed uti aiunt cadmea, quippe in qua multo plures ex hostibus, quam ex nostris eccliderunt. Ex victoria Galli vitio gentis ſue facti inſolentiores & aueniam oppugnant, expugnatamq; diripiunt: in omnem ſezuum, & etatem bacchantur: non templis, non ædibus ſacris, non Christo dicatis virginibus percuti: tantumque Italie univerſe terrorēm inicere, vt de urbe deſerenda iam Romani agerent idq; feciſſent, niſi magnitudo animi, atq; præstantia Pontificis trepidantes, & attortitos, & iā nūbil aliud (quā de fraga cogitantes) in urberet;

BELLI NAVARIENSIS.

nūsset, deq; rep. Christiana bene sperare iūsset. P. Cornelio Scipioni Africano similis, qui post Carmensem classem cum ex reliquis Canisium plures per fugissent, deq; deserenda Italia nobilissimi quidam adolescentes deliberarent, stricto super capita consultantium gladio, iuravit se pro hoste habiturum, qui non in sua verba iurasset: efficitq;, ut omnes iure iurando astringerentur, nunquam se Italianam deserturos.

In hæc diuertimus, ut ostenderemus, quod præter ius illud naturale, ac dituum, etiam per leges Pontificias, & civiles debuit regno multari Navaræ Rex, quod per lucras apostolicas identidem admonitus Gallum schismatis concinuatum noluit deferere.

3UQVOD Hispanus Rex Christianos Prindipes hortatur ad bellum contra schismaticos gerendum, Regemq; Navarie dubium sollicitat.

CAP. III.

GI T V R Hispani orbis moderator, cernens Gallorum rabiem magis magisque sanguinem, illorum furori nihil iam posse obfistere, concutit illud consiliorum pectus foecundum, & qua via pestilenti occurrat morbo, dies, noctesq; cogitat, statuit hostis vires, quas videbat in dies augeri, in partes distrahere. Enriquum Britanorum Regem, eundemque charissimum generum, ad quem ex iure Aquitania Gallia

perinebat, ut Ducatum bello repetat, bortatur, auxilium
pollicetur, vtq; iustior esset repetendi causa, apostolica inter-
cedit autoritas, qua Gallum Aquitania priuat, Britannoq;
occupandam exponit. Ex alia parte Maximilianum Cæ-
sarem confocerum suum, atq; Caroli maximi Burgundionum
Ducis ex filiane nepotis tutor em sollicitat, ut ab viri usq; Ger-
maniæ finibus Gallum adoriatur. Italiæ res publicas, que
belli carentem anticipates expectabant, ad societatem innitat.
Mitit itaq; Britanus copias suas, quæ in collimitio Basili-
lorum, Aquitanorumq; confederentur quibus, ut se Hispano-
rum exercitus iungeret commodius, per Navariam iter
aperiendum erat, cuius Rex in Gallorum partes videbatur
esse propensior, siue quod natione Gallus erat, siue quod pa-
trimonijs sui bona pars in Gallia erat: quam, si sequeretur
Hispanorum studia, videbatur amissarius, cum alioqui esset
principis nostri beneficiarius. Nam quis ignorat, cum ins-
ter Phoxenses dominos, primum patrem, ac deinde filium,
ac ex parte alia Ioannem Labritensis domini filium de Na-
varie regno iure, viribusq; certaretur, haberetq; utraque
pars suos fautores, Phoxenses Gallum, Labritensis Hispanum,
nostro studio Ioanem obtinuisse regnum? Et eonomis-
ne quecumque fortuna sequeretur, aditeratissimus His-
panorum cliens esse deberet. Igitur ne quid detrimenti
exercitus noster per alienos fines incedens pateretur, petit
Ioanne certa quedam pignora, que siue volentem, siue
nolentem cogant in fide permanere, et que ea essent, que-
renti, tres arcus responsum est. stellam, Amam, et ad P.

BELLI NAVARIENSIS.

Veneri Galliam spectatis radices sanctum Ioannem, post ne
gotium peractum redendas: interea tamen apud sequestros
deponerentur Hispanos viros nobiles, et ingenuos, qui sis
de publica interposita pacta conuenta seruarent. Pollicetor
præterea noscere, se redditurum Arcos, et Guardiam oppidu
la dico, que quondam Navarrie regno fuerant contributa,
indemnitatem in super, quacunq; regius exercitus progreder
etur, protectione quoq; si Gallus bellum in Navariam in
tentasset inquam. De arcibus illis tribus sibi placere Ioan
nes respondet, de sequentibus non placere, nisi ficeret indiges
ne, dumq; tunc de die in diem protrahit secreto Gallum os
mibus ijs de rebus facit certiorē, sibiq; ut auxilia mittat
quoniam primam, etiam atq; etiam implorat, Hispanos esse in
armorum procinctu, sibiq; viam ferro aperiendam, si non
sit, qui obstat, non esse dubium. Nuntius earum rerū, que
in Hispania geruntur, ad Pontificem perficitur, cogit cōscri
ptorum patrum frequētem senatum, bono animo ut sint, hor
tatur, ex Hispania, ut quondam sēpe, ita et in presentiarie
perdit e rei spectandam esse salutem, dicit. Quare iuvans
dus est (inquit) optimus ille princeps, in cōmunes bonorum
omnium hostes: noster uterq; stringendus est gladius, atq;
dum secularem alterum acuimus, interim spiritualē alterū
in schismaticorū cœrue intentemus. Consultant itaq;
Patres conscripti, quid nam sit de Navariorum R ege decr
nendum. fit senatus decretum, in quod omnes pedibus, mani
busque cœvit, declaratus est schismaticus, atque proinde hære
ticus, quia identidem admonitus, pertinaciū agebat, et se

iam non obscure Gallum profitebatur. Multatatur regno, & omnibus fortunis, non modo ipse, sed & vxor, & filii cum omni posteritate sua: in Hispanum omnem ius regnandi transfertur. Gallus interim omnes copias suas contrahit, & quas in Italia in praesidijs habebat & quas in statujs, aliasq; in Germania conscribit, Ioanni suo quamprimum posse auxilium latus. Sed dum ille moratur, noster negotiis peragit. Intelligens namq; belli momenta in celeritate magis, quam in militum robore positam esse, Fæderico à Toleto Albanorum ad Tormim duci confabriño suo instantis bellissimam commendat, praefectumq; exercitus maximum, sine ut more nostro loquar, Ducem generalem facit: quid illi faciendum sit, edocet: ut quam celerime Nauarie fines inuadat, hortatur, ut trem gerat strenue monet: & quia nullum esse bellum iustū nouerat, nisi quod rebus petitis ante denunciatum sit & in dictum, ne quid inexpertum relinquat, saepe monitum, adhuc monendum esse dicit per meiatum, qui in curia nostra pro Ioanne procuratori nomine oratorem agebat, iuricat, nisi è vestigio petitas arcess, in quos usus dictum est traduceret, se omnia raptarū, qui circa ultra Pyrenicum ad illum pertinenterent. Atq; in hac verba orator dimissus est. At Nauarius his admonitionib⁹ nihil melior factus, interca Galū sollicitat, atq; si vult saluis reb⁹ adesse, & per et auxiliū ferr, neq; iā sumulatiōni locū esse denūciat, se ab Hispano p̄ hoste haberī, hostē cū ingēti exercitu in limitib⁹ esse, neq; inuadēdi regni occasiōne intermissurū, quod omni p̄ficio vacū esse optimè nouerat.

BELLI NAVARIENSIS.

NOSTRORVM militum numerus censetur,
et quavia Pompeo cum magna regio
nis parte capta est.

C A P . I I I I .

 RANT in exercitu nostro, partim ex slipens
diatis militibus, partim ab Hispanis proceribus
ad hoc bellum missis cataphractorum equitū mil-
le, et mediocris armaturae mille quingenti, peditum vero
ad sex millia, qui omnes ex imperio Regis conuenere Vis-
toriam, sic appellant Bastulorum urbem in Navarie colli-
mitio sitam. Igitur Albanus iussu Regis, qui tempestate
illa Burgis morabatur, exercitum educit, equites grauis ar-
mature in centurias distribuit, singulis centuriones praefis-
cit. Leuioris armaturae equites per suos duces partiuntur,
pedites praetercain suos ordines dirigit. Hos comitabas
turtormentorum, machinarumq; vis maxima: iumentorum
quog; ac comedens pro militia numero copia satis magna,
atq; hoc belli apparatu Navarie fines ingreditur. Navar-
ria iam inde a multis seculis in duas factiones diuisa est,
A gramontanorum alteram, ex qua loquunt ipse Rex erat,
alteram Beumontanorum, ex qua erat Ludouicus comes Le-
rinus, idemq; Navarie comes stabilis, atq; Regi nostro non
modo affinitate, verum etiam quadam singulari benevolen-
tia coniunctus. Hunc Albanus primas exercitus nostri co-

bortes tradit. Nam eo tempore ob antiquas cum Rege suo similitates apud nos agebat regno extorris. At nunc in patriam reduci minutula quedam oppida, et castella, quae antea fuerat in illius clientela, nulla vi coacta se dedunt, alia pre timore in ditionem veniunt. Albani non dediti-
cij modo, sed etiam dubijs parcendum esse iubet, neque in
alios quam imperduelles, cōtumacesque saceriendum esse prae-
cipit, quae Albani Ducis modestia magno fuit momento ad
res alias conficiendas. Cumq; nihil offendisset hostile, et
quod progradienti posset obsistere, quinis castris peruenit
ad locum, qui ab ipsa totius regni capite Pompejone distat
passuum millibus octo, unde urbs ipsa facile perspici poterat:
illuc metari castra iubet, propterea qd' locus erat tū publa-
tioni, tū aquationi, tū lignationi cōmodus. Ioānes interca-
cū videret fortunas suas cō angustiarum deductas, vt neq;
iam fallere hostem posset, neq; Gallum deserere, integrum
sibi videretur, statuit dotale regnum, dulcesq; relinquere se-
des, non ausu hostem domi spectare, omnemq; recuperandi
regni spem in Gallorum levitate posuit. Quærentibus ve-
ro ciuiis suis, quid illos vellet facere, si hostes ingruerent,
vt se tuerentur quandiu possent, respondit, si minus, tēpori
cederent, salutiq; consulerent, diuīmodo scirent, se brevi redi-
diturum cum multo grādioribus Gallorum copijs, quam es-
sent Hispane. Atque triduo ante discessit, quam urbis de-
deretur. Atqui oppidanū cum cernerent, se praesidio desti-
tutos, et à Rege suo desertos, atq; ex alia parte hostem cum
exercitu in campo medio exultantem, cum fortuna mutant-

BELLI NAVARIENSIS.

et fidem. Mittunt itaque oratores ex populi primoris
bus, qui cum victore de conditionibus deditiois agerent.
Qui perhumaniter ab Albano excepti, mandata exponunt,
peccatum multa, ut paucia ex multis accipient. Post longam
concertationem, Albanus in panca verba sententiam collis-
git, non solere, inquit, victoribus victos dare leges, sed ab
illis datas accipere. Itc igitur et vestris ciuibus haec di-
eta reportate, aut mihi exemplo sine ullis conditionibus
se tradant, omnia sacra, et publica in manus meas permit-
tant, ipsi cunctis libertate fortunis priuatis fruantur, aut si non
placet illis haec conditio, sciant se passuros omnia, quae in ur-
bium expugnationibus accidere solent, omnis etatis, et se-
xus eades, sacrarum, priuatarumque rerum incendia, bono
rum omnium direptiones. In haec verba oratores dimissi,
promissa, minasq; Ducas ad suos perferunt: et ne tempus
in cassum abiret, atq; interea, bofis rem suam perageret,
Albanus instantium esse ratus, postridie eius diei signatollis
iubet, copias omnes suas explicat, atque in suos ordines redi-
git, urbem versus agmine infesto tendit. Cumque pros-
pius accessisset tantum terrorem oppidanis incusset, ut mu-
lierculae, et pueri e muris manus tenderent supplices, vis
etoris misericordiam implorantes. At proceres nihil iam
de Gallico subsidio spectantes eosdem oratores remittunt, se
velle ducis imperata facere, dicunt, modo illis diecula conce-
datur, non quo tam breui tempore auxiliares e Galliacos
pias spectarent, sed quo se possent apud reliquos mortales,
atq; imprimis Regi suo excusare, quod neq; momento quis

dem temporis hostem sustinuerint. Castris itaque in subi-
bio positis, tota illa nox in vigilijs perpetpes agitur, ne quid ho-
stis ex loci occasione moliretur. Die in sequenti, qui fuit
dominicuſ, idemq; diui Iacobi Zebedaei festo celebris, atq;
aliaratione magis adhuc celebrandus, quod erat annus His-
pani iubilei à natali Chriftiano milleſimus quingentesimus
duodecimus. Magistratus ex urbe progrediuntur, atque
omnium cuiū nomine, se fortunisq; suas omnes Duciſ fidei
dedunt, stetque ut promiſſis, pacisque conuentis orant, ob-
testanturque. At ille nihil moratus urbem ingreditur,
inq; ipſo portarum limine in verba & nius ex primorib⁹ pro-
curatorio nostri Principis nomine iurant ſe, atque proinde
Regem ſuum, cuius auſſicuſ, atque imperio rem gerbat,
obſtruaturum priuilegia, immunitates, libertates, cum publi-
ce, cum priuatum à Regibus ſuis ante a concessas, neque paſſu
rum aliqua ex parte infringi, temerari, violari, quin po-
tius, ſi in fide permaſerint, alijs multo maioribus premijs
cumulatorm. Tum portarum claves in argumēntum pos-
ſeſſionis illi conſeffe, atque hinc in modum ciuitas primaria
cum omni regione contributa (præter admodū panca) Hispa-
nia ſue annumerata eſt, cum fuſſet per annos circiter ſexcē-
tos, ut ab Enico Arifta incipiamus per inſigenas, aut aliam
de aſcitos Reges gubernata.

DE toto Nauariæ regno, cum
Pompclone pacato.

CAP. V.

ALBANVS civitatis statu composito, præsis
dysque, quibus in locis opus erat, dispositis, nū-
tios ad reliqui oppida, vicosque & castella, &
munitiones, ac pagos mittit. Quid Pompelonenses feces-
sint, illis exponi iubet: ut matricis civitatis exempla sequan-
tur, admonet, idq; per lictores, præcones, tibicines agit. At
illi, siue nuntiorum contemptu, siue quod in dies Regem suū
cum auxiliaribus copys expectabant. siue quod nō dum quid
essent astuti, constituerant, inducias consultationi, tempusq;
petunt: nuntios inanes, dubiosq; remittunt. Dux vero ins-
tandum efferatus, dumq; per hostes licet, nihil impacatum
relinquere, dios autoritatis maioris viros mittit, qui perduellit
bus nuncient, nisi sc̄ intra paucas horas dedant, obſtidesq; de-
ditionis pignora mittant, proscripturum se illorum capita,
publicaturum bona, omniaq; direptioni data iam minatur.
Adhas Duci minas, pollicitatiōesq; permoti, omnes statuū
se dedere sub eiusdem conditionibus, quibus se metropolitas
nec civitatis incolæ dediderant: fuere autem oppida, &
muniçia hæc ferè, Elüberri, Sangueſſa, mons Reginus, Amaz-
ia, Olitum, Taphalia, Tutela, præter arcem & Rucita-
nos, Escuanosq;, qui præruptissimorum montium, atq; loco-
rum ingeniofreti, turpe duxerunt non spectare belli euens-
tum, neq; se venturo cum auxilijs Regi suo reseruare. Hi-
spanus interea, nō cessat copias submittere, Navaricensemq;
exercit⁹

exercitum augere, non modo ad præsidia municipatim distri-
buenda, tuc nosque regni fines, verū etiā ad prosequendū
Regem profugū, qui dicebat ex Benearnensibus, Vasco-
nibus Transpyreneis copias parare, aut quibus se tuere-
tur, aut quibus amissi regni fines inuaderet, quando Gallo-
rum suppetie immorabantur. Cum Runcetanis, vallisq;
Salazari.e incolis agit, vt se munit, tucanturque, se velle
apud eos Gallorū auxilia spectare, dicit. Albanus à Rege
suo admonitus Antonium à Cunia Zamoranū Episcopū ad
Ioannē mittit, qui illi suadeat, ut resipiscat tandem, atq; Hispa-
nis partibus adhæret, neq; omnē suā spem in Gallorū auxi-
lio ponat. Quod si fecerit, se habere in mādatis futurū, vt
regnū restituatur, sin aliter sit animatus, videat, ne omnia,
quæ sua causa sint prouentura, in autoris caput retoquean-
tur, & dum partem recuperare nitiatur, amittat & totum.
Dum ad hæc peragenda orator properat, in media compre-
hensus via, atq; non satis modeste habitus est. Dubiumq;
fuit, iussu ne Regis, an Benearnensium præfidia sit factum,
qui natura immanes non legibus humanis, & diuinis, sed ne-
que legi naturæ, atq; proinde ito i gentiū astricti sunt. Sed
quod a Rege tam foedum facinus sit imperatum, non carnit
suffitio, quod iuris humani violatores clavigatione iusla-
postulatum non reddiderint, neque Episcopus in libertatem
restituus, sed precio ingentire redemptus est. Eratq; in ani-
mo Duci exercitū in autores violati iuris inducere, nisi qd'
Tutela, Olitum, Taphalia, Stellatae que iam cum præside suo
consententes, cum audissent Ioannem cum Vallestribus quis-

BELLI NAVARIENSIS.

busdam populis montium prærupta occupasse, cœperunt hæ
re, atq; sc̄c anticipites in belli euentum reseruare. Sed no
ster, ne quid hostile à tergo relinqueret, substituit vindictāq;
in aliud tempus distulit, conuersusq; ad rebelles, siue dubios,
omnia pacavit, atq; in statu firmiori relinquit. Antea ves
ro quam exercitum duceret, siue in Regem profugum, siue
in Runcetanos, Eschanosq;, siue vi se Britanni coniungeret
ad commune bellum gerendum: libuit experiri Pompelonē
ses animos, et qualifide in absentem futuri essent, præten
tare. Coafis in diuī Francisci æde huīmodi apud illos
orationem habuiisse dicitur.

ALBANI DUCIS ad Pompelonenses ora
tio, atq; iuris iurandi de futura illo
rum fidelitate extorsio.

C A P. VI.

I apud ignotos sermo mibi faciendus esset cis
tus Pompelonenses, possem ego vobis nunc
commemorare, non Principis nostri res præ
clarę gestas, que adeo notae sunt, ut cum ad
miratione per totum orbem terrarum circumferantur, non
potenti æmulo, ac competitore superato dotalis regni mem
bra diversa in suum corpus redacta: non bonam Hispan
iae partem apoenis per multa saecula possessam: quasi lon
go possuminuo Christianæ religioni redditam: non classes

in omniatis in Perioecos, in Antichthones, in Ascios missas, superatosq; alterius orbis incolas, quos nemo vñquam attigerat, sed neq; audierat quidem, aut suspicatus fuerat. Non purgatam religionem pulsis, aut regeneratis Hæbreis, Mauris reconciliatis pseudo Christianis, atque omnium ordinum simulatis, falsisque fratribus in meliorem statum reductis, que adeo sunt illustria, vt non modo vobis, qui propemodum adfueritis, verum etiam cunctorian mortalium oculis sece cotidie ingerant, adeo stupenda, vt nulla vñquam ex hominum memoria delere positos blino. Sed hec omnia fuere partim inaudite cuiusdam felicitatis, partim singularis, ac pene diuinæ providentie. His tamen omissis, quod ad vos magis pertinet, quis vñquam fuit Rege nostro iustior? quis clémentior? quis æquitatis, bonitatisque obseruantior? Sed haec virtutes regie sunt: quid ille priuatae liberalitas, comitas, affabilitas, cum maiestatis gravitate semper in vultu hilaritas.

Quis igitur se non putet beatum à tali principi gubernari? atque etiam beatiorem, cui liceat conspectu propiore frui? De titulo forsan dubitatis, doctoribus ciuilis, ac pontificioris consultissimi credite, bonis viris, atque religiosis credite, ipsi denique vniuersali ecclesiæ, atque Apostolico senatu crediti, qui Regem vestrum schismati can, hereticum, apostolicæ Sedis hostem publicum, atque reum lese maiestatis declararunt, bona publicarunt primo occupanti, atque nominatim principi nostro concesserunt.

BELLI NAVARIENSIS.

*Aut igitur totum hoc orthodoxæ fidei nomen est innane,
aut Rex vester dijs, & hominibus inuisus, infamis, intesta
bilis, ex Christianorum communione segregandus est, cui si
quis est, qui adhæret, qui faueat, qui Regem putet, qui Res
gem nominet, similis illi est, atq; ut Apostolus ait, communi
cat operibus eius. Atqui dicit quispiam ex vobis viri Pom
pelonenses, quis unquam audiuit Regem, & eum quidem
Regem, qui superiorē non habet, vocari in ius in auditum,
causaq; in dicta condemnari, regnoq; spoliari? quasi nouum
sit, & nunc primum ad aves vestras peruenierit, à summo
sacerdote Reges mulctari regno, atq; imperio Imperato
res. Non Zacharias Pontifex Childericum Gallorum
Regē abdicare se coactū, atq; religionē ingredi cōpulsum,
propterea quod in iure reddendo negligentior erat, regni
culmine deturbavit? inq; illius locum Pipinum substituit?
Non idem Pontifex Desiderium Longobardorum Regēm
nouissimum, rūndemq; ecclesie hostem regno priuavit? Non
Stephanus secundus huius nominis Pontifex Constantī,
& Leonem orientis imperio deiecit, propterea quod in eccl
esiæ causa imploravit auxilium denegauit? Non Innocens
tius tertius Othonem quartum huius nominis Imperatorem
imperio deturbanit, quod Federicum Siciliæ Regem impo
tentius persequebatur? Non Innocentius quartus etiudē Fe
dericum viraq; Sicilia, & imperio mulctauit, propterea qd'
Apostolicis præceptis non obedierit? Longum esset alioscō
plures ex summorum Ponitificum catalogo de promptis me
morare, qui ex causis etiam leuioribus Imperatores, Reges,*

Principes ex summo rerum fastigio deiccerunt. Quidam
 non et in veteri testamento sacerdotes, et Propheta Reges impios, principesque iniquos regnum administratione
 aut multarunt, aut multandi causa fuerunt. Sic per Samuelem prophetam Saul Rex regno excidit, sic per Ioiadam pontificem Athalia Regina. Sic per Hieremiam Sedeclias.
 sic per Heliam Achaz. sic per Danielem Nabuchodonosor.
 et Balthasar Chaldaeorum Reges, sic aliqui capti vices ex causa
 simili non solum regno, sed et vita priuatis sunt. Et dubi-
 tat quispiam, omnem animam Deo esse subiectam, cui ipso-
 met testante, data est omnis potestas in celo, et in terra: an
 de successoribus ambigitur, de qua potestate illis communicata
 non est opinor quispiam ita demens, ut hoc dicat: consulite
 igitur in medium cives opium, et quo in statu res vestrae
 sint considerate. Rex meus tam armis, quam iure, et cau-
 sa potior est, ad vos non pertinet cum illo de iure certare,
 curam hanc in Diuos reijcete: arma deponere victori expe-
 dit, victo necesse est, cui semel vincetas manus dedistis, eidem
 et animos dedite. Noluit Ioannes vobis esse Rex, nolite
 et vos illi esse subditi. Nam quod de auxilio dicebat sis-
 bi a Gallorum Rege mittenndo, cur non et hic vobiscum ex-
 pectauit, et qui pro tali tantaque urbe non persistit, pro
 quatandem se periculis exponeret? Et quoniam Principi-
 meo est in animo se Britanni coniungere, et bene iuuans
 te Deo communis bello armis Aquitaniam transferre, atque
 ut vos in medio Hispanie regno tranquilla pace fruamini,
 Bearnenses, atque Transpyrenos, Vascones armis debel-

BELLI NAVARIENSIS.

lare, nequid interea per otium molianini, exigit à vobis fidem publicam, iurisque imperandi sanctissimam religionem, ut quod vobis felix, fustum, fortunatumque sit, iam non Galli, sed Hispani, non solum amore, sed etiam pietate de-
vincti teneantini: quod erit vobis non minus utile, quam in-
cundian, Regi certe nostro quam gratissimum. Ad hanc
Albani orationem postulatum est, in diem perendinum res-
ponsum differetur, idque supplicibus est concessum. Igi-
tur primores populi cōmunicata re cum ciubus suis, redēunt
ad diem constitutum, referuntque in mandatis placere omni-
bus in communi, se victoris legibus subycere, atque in illius
verbā iurare, se præstaturos omne obsequium, quod subditi
regibus debent, modo licet illis infame vasallorum nomen
effugere. Navariorum namq; vulgus inter subditum, &
vasallum hoc distare putat, quod subditus antiquis, & cons-
uetudinibus, magistratibus paret. At vasallus quicquid domino suo
libitum fuerit, sine villa exceptione paratus est excipere. Ad
hanc supplicium voces Albani non æquum, inquit, postulaz-
et viri Pompelonenses, qui victori modum imperandi præ-
scribere videntur. Quod nisi exemplo abiurata prisca Re-
gis vestri fide, in verba Hispani iuratis, vos illius fide per-
misistis, quandiu rerum vestrum poterit, experimisti
profectos & quidem breui quid victor armatus, idemq;
tamen posse. At illi videntes tergiversationi sue nullum
lumen esse relictum, abiurato priori Rege conceptis verbis
vocant, sc deinceps Hispanos, atq; Hispani principibus de-

ditiios fore, obtestantes ipsum ducem ut dictis, promisso
sisque staret, id quod est à Rege postea confirmatum.

QVOD pacata vrbe Dux Albanus Py
renaeum transflit, vt se Britan
nis agglomeret.

CAP. VII.

DVX Albanorum, cernens maiorem rei bene
gerendæ vim in celeritate, & occasione, quā
in robore, numeroq; militum consistere, cum
præscriptim ex vultu, verbisq; omnium alacri
tatem videret, statuit Transpyrenæum bella transmittere,
ut totius negotijs reliquias conficeret, seq; deinceps Britan
norum castris adiungeret: qui iam in Aquitanie finibus me
tabantur, ut omnium deinde consilio, uterque exercitus
Aquitanicum bellum administraret, præmitit itaque equis
tum tres turmas, peditum vero ad tria millia, quoruni
prefectis imperat, ut Pyrenæi angustias, quæ per Rucetas
valles iter in Gallias patet, occupent: sanctiq; Ioannis castel
lum cum arce ad motis radicem positū, quod iam inde ab ini
tio belli nostri cesserat, validiori præsidio firmet. Castel
lani nāq; præsidiarijs non penitus obtemperabant, quin pos
tius cum Transpyrenæis obsidere moliebantur. Erant præ

BELLI NAVARIENSIS.

terea Escuanorum, Runcetanorumq; et Salazarensium
valles, que aliquatenus culturam patiuntur, non satis pacas-
te, ad quarū incolas, ne quid à tergo lateribusq; detrimenti
inferrent, pātē exercitus mitti iubet, qui non magno nego-
tio rem confecit, et cū obsidibus in castra se receperūt. At
in Garitane vallis incolas acrius fæcūtū est, tū quod Hispani-
æ iugū non facile patiebantur, tum etiā ut alijs exemplo
essent, quāta illos pericula manerent. Quo terrorē finitimi
omnes percūsi, pars intutiores montiū recessus fugerunt,
pars victorū arbitrio paruere. Accessit quoq; nostris castel-
lion nomine mons Gelatus, opera, et industria * Vito
Lalbani centurionum præfecti. Qui cum audisset Gallo-
rum copias aduētare, paulatimq; Saluaterræ, quod est oppis-
dum * in dies increbescere, ut hostem longius submo-
ueret, castellū expugnat, validissimoq; tercentorū militum
præsidio, triūq; centurionū præfectura munit. Quo cum
auxiliares Galli accessissent, facile à præfidiarijs repulsi
sunt. Erat in animo Hispanorū moderatori confessio bello
Aquitano, Ioanni Regi omnia restituere, si ad meliore
sensum quandoq; redijset, qui cum Locronium venijset,
ut futuri belli necessitatibus prospiceret, accepto nuntio de
Zamorani præsulis prehensione, atque vi contra ius gens-
tium illata, dignastanto Principe concipit iras, totusq; iniul-
tionem iuris, religionisq; violatæ insurgit. Atq; impris-
mis concionibus crebris imperat publicari, declarariq; schis-
maticos Ludouicum Gallorum Regem, illiusque impie-
tatis adiutores, factoresque, ac nominatim Navariorum

Regem, qui iam non dissimulanter se hostem Ecclesie profitebatur. Intelligensq; omnia iam ad arma spectare, bello prius hostibus indicto parlatim copias Albanorū Duci submittit, tum ex euocaturum numero, tum ex curialium, euocatorumq; inuentute, qui mira animi alacritate Gallorum vires experiri cupiebant. Igitur Albanus cum prespiceret copias suas in dies augeri, relieto in urbe, castellisq; praesidio, quæ tum esse op^{er} intelligebat, exercitum Pyrenen versus mouet, primaq; castra die altero metatus est ad Burgetum, quo in loco fuerat olim pugna illa memorabilis, in qua sub Alfonso Hispanorum Rege cognomine Castro, cum Mauritanorum auxiliariis copijs, duodecim illi Pares in toto orbe decantati cum Imperatore suo Carolo magno profligati sunt. Vbi per aliquot dies immoratus dum tormenta, & machine, per montium clienos, rupiuonq; anfractus precipitiq; trahuntur, dum commeatus, & impedimenta vndiq; comportantur, dum ex militibus tardiores, et mansoresq; expectabat, tandem Pyrenæos saltus, atq; aquilon diuortiat transgreditur, quo die ad sancti Ioannis castellum peruenit. Postridie eius diei de suo aduentu Britannos certiores facit, quas ducat copias, belliq; apparatum exponit: omne Navaræ regnum Hispanis cessasse: nihil restare peragendum, nisi quod ad Britannos ipsos pertincret. Hortalitur illos, ut copias simul iungant, Aquitaniamq; inuadant, Vacionamq; imprimis, ne quid a tergo res linqueretur hostile. Erant in Britannorum exercitu sagittatorum ad octo millia, manus robore, atq; animo prestans.

His accedebant ex auxiliariis Germanis hastatorū, sfo-

BELLI NAVARIENSIS.

petiorumq; sexcenti, qui si se Hispanis agglomerasset, atque uno consilio rem gerissent, nemo dubitabat, non modo Vaionam brcui tempore expugnari potuisse, sed viétrices copias, nihil prohibitum, quin intra paucos dies in agro Burdegalensi metarentur. At Britanni mandatorum sui Regis immemores, cœperunt inter se tumultuari, atq; in variis sententias abire. Alynamq; instantis hyemis indecumentiam causabantur, in quanib[us] memorabile agi poterat, aut quod futuro bello conducebat: alios redeundi in patriam amor rapiebat, alios futuri euentus belli solicitabat. Erat, qui opinarentur cohortium præfettos, atque exercitus Duxces à Gallo pecunia corruptos cessisse militum voluntati: alij suspicabantur ex incerta quadam causa a suo Rege clausulum revocatos. Quare uno omnium summatum, atq; infirmatum consensu respondent, temporis importunitati obsequendum esse, atq; in patria commodius hibernaturos, quam sub pellibus, et in tabernaculis in solo alieno. Pollicentur tamen se cum primo vere ad inchoatum bellum reddituros, datoq; responso naues concendiunt, scq; in Britanniam recipiunt. Albanus vero auditio Britannorum responso, statuit sancti Ioannis arcem, castellumq; munire. Montem vero Gelatum, quia non facile præsidio teneri poterat, ne eò hostes aliquando potirentur, dirui, soloq; æquari iubet. Post Britannorum nanque dicessem, erat illi in animo non tam alienos fines inuidere, quam Navarierum regnum pacare, peccatumq; inueri.

PYQVOD Gallorum copijs Ioannes Rex
auctus, ad urbis se obsidio
nem parat.

CAP. VIII.

INTERIM Gallus accepto nuntio rerum,
que inter Hispanos Gallosq; vltro, circq; ge-
rebantur, quodq; Britanni se in patriam recepis-
sent, quod prateria Hispani illius copias lōgē
ā Nauariae finibus submouerent, decernit maiori belli appa-
ratus negotium facessere, tūc pe existimans Regem, qui sua
causaregnū amiserat, in pristinum statum non reducere.

Igiuſ præsidia, que varijs in Cisalpīne Gallie locis diſpo-
ſuerat, ad ſe vocat: ex Alpinis quoq; Taurinis, Sucuis, atq;
Germanis, ad octo miliiū millia conducit. Lcuis armaturae
equites Epyroticos complures adiungit, machinas vndeſ
cunq; potest comportari iubet, & quia Hispanus per præ-
fectos rem gerebat, ipſe quoq; ſummat bellī Delphino co-
mendat. Delphinum Galli Regem deſignatum appellant,
quemadmodum Hispani Principem, hoc eſt, qui inde mor-
tui Regis locum ſuccellurus eſt, addit et alios Duces, qui
Delphino obſequantur, Do. Palizam. Do. Borbonium. Do.
Dilaute viros nobiliſſimos, & qui copias ingentes duclaz
re conſuetuerant. Quibus bellī gerendi rationem in hūc mo-
dū præſcribit, vt ad certū diem omnes ad limites conueniat,

BELLI NAVARIENSIS.

seq; Iohanni Regi, copijsq; illias, quas ex Benearnensibus, v&
sconibusq; contraxerat, ac præterea Limitaneis, qui Regni
finestuebantur, difsq; carundem partium studiofis adiunge-
rent. Quibus in eundem locum ad constitutum diem coactis,
visum est summo Duci, debere imprimis exercitum lustrari.

Censaq; sunt grauis, & leuis, mediocrisq; armaturæ pedis-
tum ad viginti millia: sclopétiorum, hastatorumq; & sa-
gittariorum parvus erit. Ex equorum præterea transuc-
etione probatorum equitum ad quatuor millia, Gallorum con-
suetudine, multiplicata. Tum copiæ ad hanc modum partite,
Iohanni Regi, cui adhibitus est Do. Paliz, comes, Germano-
rum duo millia: Vasconum, Benearnensiunq; peditum quas
tuor millia, atq; equites mille decreti Do. Borbonio: atq; alte-
ri Do. Delautre decernuntur ex Benearnensibus, Vasconis
busq; decem millia, quibus adduntur equites quadrigenti.

Reliquas vero copias Delphinus sibi retinuit. Rexigi-
tur Iohannes, per Runcitanorum valles copias sibi creditas
ducens, obiter castellum obsidet, cui præsidebat Valdesius co-
hortis prætoriae præfectorus peditibus, qui ruper in castris
seditionem fecerant. Oppugnatur castellum vehementer
ea parte, qua facilius captiuus videbatur, sed non minori ani-
mo à prædiariis propugnatur. Postridie vero eius dies
maiori constu, Germani præcipue rem adoriantur, & tripar-
tito agmine muros invadunt. Ibi Valdesius (quid alios face-
re oportet demonstrans) duabus tragulis percosus occubit:
ex cuius cæde negotio non magno Castellum capitur.

Seditiosi militites illi paſsim trucidantur, præter paucos,

qui se in arcem receperant, quin et ipsi facta deditione armis spoliati cūscere. Ex alia vero parte Borbonius cum suo conſorte Bardeolorum fines depopulantur: vicos ferro, igniq; vastant: atq; sancti Sebastiani oppidanis, et finitimiſ tantum terroris incutient, ut ſatis habuerint, ſe defendere, ne dum Hispano exerceitui ſuppetias ferre. At Delphinus Ioannem regem per literas monet, ut quando ſemel illi beneceſſit, Pompelonem recta copias ducat: ſe Albancum ducem, quo cumq; ſe receperit, obſeruanturum, curaturimq; ne ſuis laborantibus auxilio eſſe poſſit: ipſe urbem obſidione premat, experiatiorq; in ſuis quondam ciuibus pristinus amor, obſeruantiaq; reſideat. At ille metatus eſt caſta duo decim prope milibus paſſuum ab urbe, ibi q; biduo motas expectabat, ecquid ciues Pompeouenses cauſa ſua moliſtentur. Quod ſi cuestigio urben propius copias admoſſet, quia non ſatis firmo erat praefidio munita, potuſſet, et ſuis ad res nouas moliendas animum addere, et non magno labore hostem ex toto Regno fugare, cum paeſertim ſtam ad ſuum aduentum Stella, Olitum, Taphalia ſigna prece ſuſtuliffent.

QVOD Dux Albani ex Transſpyreneis monib⁹ Pompeos nem ſe recepit.

BELLI NAVARIENSIS.

SED interim Antonius Fonseca alter ex duos
bus maximis questoribus, vir domi, militiæq;
peritus, & qui in re bellica fortunam semper
habuit obsequenterem cohortibus aliquot Hispani-
ni Regis suocomparatis, per noctis silentium mira celerita-
te superuenit, oppidaq; iam ab alienata nobis restituit, atq;
obsidibus acceptis præsidio firmavit. Ipse vero cum reli-
qua cohortiū parte se in urbem recepit. Sed neq; Stellates
diu in fide permansere, nam & præsidio excluso ad Ioannē
descenderunt, & acclamationibus crebris perfidiam suam te-
stati sunt. Neq; violati iuris poena fuerunt immunes.

Franciscus namq; Beaumontanus Navariensis Comes stabilis
frater collecta indigenarum manu de repte superuenit, por-
tam occupat, oppidumq; ferro, igni & direptione vastan-
dum exponit: defectionis autores partim gladio ceduntur,
partim se in arcem recipiunt, quam ille obsidione (quam po-
test arctissime) cingit. Moeniaque firmiori multo præsi-
dio munit. Albanus præterea cum videret Gallorum co-
pias in dies augeri, suas vero cotidie imminui, statuit non
decernere cū hostibus æquo Marte, signisq; collatis, sed aut
ex occasione, aut ex loco superiori. Itaq; relieto præsidio
in sancti Ioannis castello, quod solam Transpyrenæum à
nobis stabat, nam mons Gellatus, ne hostes eo potirentur,
iam in flammas, cineresq; abicerat, statuit ingo montis supe-
rato Pompeionem totius regni columnam recipere, urbem
quetutari, in qua una re totius belli summa, victoriaq; ver-
tebatur. Quod sentiens Delphinus Ioannem Regem mo-

net, ut Hispanorum summo Duci, quæ erat credibile per Runcas valles profectarū, se à fronte opponeret, seque a tergo perseguaturū hostem pollicetur, ut ancipiti discriminē cum cumuallatus, & dubius, quò se potissimum verteret, cum spolijs victoriam hostibus cedat. At ille, tametsi instans periculum intelligebat, disimulat tamen, ac spem vultu simulans, nullumq; timorem p̄ se ferens, cum magno tubarum, musicorumque instrumentorum, & bellicarum machinarum strepitu sub meridiem castra mouet, ac primo noctis coniunctione ad Burgetum confidet: postridie vero duodecim milibus passuum confectis, altera metatur castra ad locum, quem incole Risonam appellant. Vbi ab exploratoribus factus est certior ab eo loco duobus tantum milibus passuum Regem cum Do. Paliza distare, esseque illis in animo à tertia noctis vigilia copias mouere, atque montium portas occupare, qua patet descensus ad agrum Pompelonēscm.

At vero Albanus intelligens periculum instans, eōq; se necessitatis deuenisse, ut alicno tempore, atq; ex inferiori loco, effet illi cum hoste maioribus copijs aucto decernendum, cum præfertim Delphinum à tergo instaturum putaret, à secunda noctis vigilia magnocum silentio castra monet.

Et ne abeuntes hostis persenticeret, recta via prætorias per montium diuerticula, perque anfractus, condensaque syluarum copias ducit, donec superatis Pyrenæi iugis in loca plana descenderunt. Fonseca interim factus certior earum rerum, que in utrisque castris gerebantur, simulat se per noctem velle eruptionem, atq; Ioannis Regis castra de-

BELLI NAVARIENSIS.

improviso inuadere. Hortatur secreto fortissimum quemque, ut se ad tam preclarum facinus pareret, sic tamen, ut simulatio ad hostes per exploratores perueniat, qui rem quasi veram Regi nunciant. At ille superuentus hostium nos eternos reformidans, vigiles, circitores, excubitoresque maiorum cum diligentia disponit, atque in statione omnes manere iubet, existimabat namque urbanas, atque castrenses hostium copias ex composito castra sua inuasuras, atque ita delusus de intercludendis hostibus, portisque occupandis oblitus est, tandem sensit dolos, cum intellexit Albarum Duce, copiasque Hispanorum reduces, se in urbem recepisse. Sub idem tempus Hispaniarum moderator, Regij ministerij praefectum, quem postea Marchionem Comariensem creauit, cum cohortibus mittit, qui Stellatis arcis obfidone premeret, atque diu, noctique oppugnaret, quoad in deditio[n]em veniret. Intelliges bat namque magnum in eo belli momentum versari, si antea quam Ioannes posset obfisionem soluere, in potestatem Hispanorum arx venisset. At praefectus rem non somnicus loce gerens, tormentis, machinis, crebrisque armatorum oppugnationibus, eorum angustiarum arcis praesidem deduxit, ut coactus sit pacisci, nisi intra paucos dies a Rege suo obfisione liberaretur, se arcem cum suis omnibus munimentis traditurum. Ex pacto igitur arx tradita, magnam nostris spem, maiorem Hostibus desperationem, attulit.

EIVSDEM

EIVSDEM AVTORIS DE BELLO

NAVARIENSI LIBER POSTE
rior. Quod Rex Ioannes s^ep^t sua frau
datus maiores copias
contrahit.

Caput Primum.



OANNES Rex cum videret
oc̄s suos cogitatus, multo aliter
cessisse, quam putarat, montam for
tunam suam, quam negligentiam
propriam incusans, missis à Dclz
phino duabus alteris Germanorū
milibus, ad urbē se oppugnatio
nem parat, copiasq; suas urbi pri
mum ostentans, ut ciuib⁹ animū addere res nouas molie
di, non longe ab urbe castra disponit: interq; metandum nos
tri voluerant castra turbare pugnacq; tumultaria, quid hos
stes auderent, experiri, nisi Dux tuendis potius mārib⁹, quā
extra muros pugnandi tempus illud esse admenisset: partis
tur itaq; milites per stationes, certisq; in locis praesidia dispo
nit, quibus fortissimum quemq; ex proceribus præficit.

BELLI NAVARIENSIS.

Lumina per compita, domorumque omnes fenestras accendi iubet. Ex factione Agemontanorum, quos putabat suspectos, urbe pellit, utque hostium fidem exploraret, sub medium noctis silentium subornat tumultus simulati consciens, qui ad arma vocent, qui hostes iam murorum culmina pressare dicant, atque tota castra in urbis oppugnationem ruere, iubet itaque signa moveri, tubas, & cornua bellicum canere.

Accurrit quisque ad stationem sibi destinatam, ibi oppidani, quem animum apud res Hispanas haberent, facile ostendunt, fideique argumentum in gens dederunt, quod armati Hispaniam identidem inclinantes, quid sibi faciendum esset a Duce flagitabant, nec ab armorum concusione cessationem est, quoad tumultus simulatio est detecta. Postero die Ioannes Rex e castris copiarum partem educit, ex urbe preterea strenuissimus quisque eruptionem facit, ex quo non potuit effici quin animosi iuvenes, cum pars animi iuuenibus conscrederentur. Ibi Salmator quidam ex nostris, Gallian equitem cataphractum, qui alijs duobus altero equate, & altero pedestre comitatus se in armis ostendebant, solus intrudit, hastaque in sinistrum humerum impacta, illum equo deturbat. Ibi Pinalosa ex cohorte praetoria eques nobilissimus, unum ex cinquis Epyrotarum aggressus, cum se ille ad alios gentis sue deccm recepisset, illo omisso alium ex eodem numero (qui procerior videbatur) hasta medium transfixit, cumque instarent ceteri, ut pudorem suum, & cõmilitonis eadem vlciscerentur, post ex illorum medio clapsus paulatim se ad suos incolorem recipit. Die insequenti Ioannes iter

rum cohortes per urbis suburbana explicat, spectans an per seditionem factionis suæ cives aliquid noui molirentur, neq; enim adduci poterat, ut existimaret cives suos in tam praesenti auxilio quieturos. Erat inter amicos regios ex Vasconibus vir nobilis, idemq; auctoratus eques, qui genere, diuitijs, animiq;, ac corporis robore præstantior alijs vides batur, sed (ut in eiusmodi fortuna plerunque contingit) superbus, arrogans, iracundus, atq; animi præcepit facilius edidit, Barronem Alimacum cognomine appellabant. Cumq; Regis præsentia suos in pugnam accenderet, nostriq; impetum multitudinis non sustinentes, sub urbis mania, valorem, munitionesq; sericeperent, puduit Vasconem dignamodo, atq; indignaloquatum, non aliquid egregium de se præstare. Isque alios, qui à tergo sequerentur hortatus, quo calcaribus incitato, in medios hostes hand dubium peritius incurrit. Vbi a duobus peditibus excipitur, equoq; deturbatus facta ad editione tentavit scutibus aurorum millibus redimere. At pedites vindictæ magis quam aurorum cuspidi superbium illum, atque arrogantem, & adhuc plura miserabiliter pollicentem, trucidarunt. Sunt qui dicent, Nasariensis Comestabilis iussu, propter antiquas cum illo similitates, occisum. Huius cede alij deterrii paulatim pugna excessere, seque iam non patriæ assertores, & vindices, sed hostes profici agros populauit, vicos diripiunt, omnia profana, sacraque miscent.

DODE suburbani agri à Gallis facta vastatione, & de prima urbis oppugnatione.

CAP. II.

RANT in suburbano agro sacrariam virginis num templo duo, alterum Encratis martyris, alterum diuæ Clarenomini dedicatum. In hoc potissimum Barbarorum impetus apparuit. Alij namque spensorion Christi stupro incumbunt, alij cellarum penetrantur, alijs stricto ense necem edituis virginibus minantur, nisi auri, argentiq; defossa vasa indicent: alijs frangunt, diriunt, resupinant quicquid illis fit obvium.

Sed illud sacrilegium non est silentio præterevandum, quod à trecentorum Germanorum præfecto commissum est.

Neque enim contentus sanctuaria profanasse, adiit fores effringit, argentum sacratissimi corporis Christi conditorum rapit, atque irreuerenter hostiam illam vivam, Deoque placentem in medio altari sistit. Cumq; ab editua templi increparetur, quod tam inhoneste corpus domini, Deique nostri attrectaret, hic, inquit, non Germanorum, sed Hispanorum Deus est. Sed piaculi huius vindictam iustum Dei iudicium in aliud tempus distulit, illud tamen non disimulauit, quod ab altero Germano commissum est, quia cum sacras rij alterius fores effregisset, hostiamq; quasi profanum cibū

deuorasset, conditorium ipsum auro, argentoque ad fabrēce latum in priuatos usus conuertisset, non multo post distento paulatim ventre medius crepuit, communicata scilicet cum illo proditoris Iudee poena, quandoquidem in mundi Salvatorem par fuit utriusque sacrilegum. Sed quid in his minibus obscuris, & sine nomine immorantur? Audi facinus indignum clarissimi viri, qui erat filius Nothus domini Labrutensis, idemque Ioannis Regis frater. Is quasi rem diuinam auditurus venit in templum, peractaque sacrificio accedit ad sacerdotem, sacerdotalibusq; vestibus iles lum spoliat: vasa sacra, quibus sanguis, corpusq; dominicum ministratur, diripit, profanatq;. Meminrat, opinor, verbi domini, quod in Exodo praeceperat: Nō apparebis, inquit, in conspectu meo vacuus. At hic, qui ad rem sacram inanis venerat, dum vacua pudet redire manu, vasa sacra, vestesq; sacerdotales, quasi spolia ex hostibus refert. Hæc omnia in conspectu, atq; ante oculos ipsius Regis fiebant, qui tam siue volens, siue iniuitus dissimulabat. Cumque videbat tempus tantum direptionibus dari, tentavit iterum urbem oppugnare, atque iterum experiri ciuium suorum fidem, expectans, an in tali tempore aliquid pro se auderent.

At illi siue præsidij metu, quod suis capitibus imminebat, siue quod fortunam victoris sequuti iam non dissimulauerat, sed ex animo à Gallis ad Hispanos descenderant, à fide his datæ non discessere. Repulsus igitur inde, non sine magna suorum strage, non ad priora castra, sed ad alia, que longi ab urbe aderant, se recepit. Vbi per aliquot dies immo-

BELLI NAVARIENSIS.

ratus fortunam suam lamentabatur, videbat namque milites tum auxiliares, tum etiam suos, non tam urbis capiendae, quam praedae cupidus diem ex die protrahere: magis tamen angebat rei pecuniarie, atque proinde comminatus difficultas, sed imprimis quod hycms impendebat, in qua si semel exercitus dissolueretur, non facile postea cogeretur, Statuit itaque semel de summa regni decernere, urbemque totis Gallorum, Germanorumque viribus oppugnare. Quā ob causam alteras à Delphino copias, machinasque oppugnatorias importavit, ipse interim scalas, lignicas turres, pluteos, arietes, et studines, vineasque parat, totusque in futuræ oppugnationis imagine versatur. At Do. Paliza, qui constantiam Hispanorū optimè nouerat, quippe qui ex Neapolitano bello bis erat expertus Hispanorum robior, animique vigorcm, suadet Regi, ne adoriantur negotium, quod efficere non posset, etiam si omnibus Gallorum sudor in eo uno opere diffundatur: quod si aliter ille esset animatus, se tamen habiturum esse rationem militiam, qui suæ curæ demandati essent, neque permissionem, etiam si cupiant, vires suas in casum effundere. His dueū alterationibus ultro citroque agitatis, conuenit inter eos, ut Rex cum ditionis sue militibus, hoc est, Bencarnensibus, Labritensibus, Phoxensibus, Trāspyrenaisque Vasconibus primæ partes occupet, se autem cum Gallis, Germanisque subsidio futurum, siue obscis animus superfit facta eruptione in hostes ingruere, siue, quod erat credibile, Hispanus moderator suppetias obsidione laborantibus suis mittet.

DE apparatu partis vtriusq; ad die insequenz
tis oppugnationem, propugnas
tienemque.

CAP. III.

AMES interea non minus obfessores, quam
obfessos vrgebat, atq; vtrosq; præcipitabat ne
gotium omne incompendium mittere: obfessos,
vt se ex obſidionis expedient angustia, obfes-
ſores, vt capta vrbe ſpolijs onuisti ſe in patriam, aut in hiber-
na reciperen. Rex itaq; alteris Germanorum copijs à
Delphino auctus, atq; tormentis, machinisque munitus, vrs-
bis oppugnationem parat, totisque in hanc vnam cogitatio-
nem fertur: non tam, vt recuperata ciuitate potiretur, quam,
vt animus ex ciuium fuorum ſanguine faciaretur. Agri
colas, pastoresque & omnem rusticam iuuentuim in ci-
uium perniciem natura propeſan conuocat, illisque urbis
direptionem proponit. Quod oppidanū formidantes, du-
cem obteſtabantur, ne exponeret illos irato Regi trucidans-
dos, ne ve vxores, liberosq; rapi, bonaque distrahi fine-
ret. Quare illius genibus obuoluti supplicabant, Hispani
num Regem faceret certiorem, quo in ſtatu res Pompeio-
nensium eſſet, mitteretq; quam primum ſuppetias, que ſuf-
ficerent hostem ex Hispaniarum finibus propulsare, hoc
ad illius fidem pertinere, quando ſemel ſe in illius potestate

BELLI NAVARIENSIS.

patrociniumq; dedidcre. Ad hoc Albanus, ego, inquit, o ami-
ci si fidem vestram exploratam haberem, superest mihi ani-
mus præsentibus copijs verbè hanc, vt cūq; militari, non so-
lum defendere, sed etiā in medio campocum hostibus signis
collatis decernere. Nunc vero satis habeo propugnare, qd'
illi totis viribus oppugnare contendunt. Scđ vos interim
bono animo este, quiescite, atq; defensores vestros pro vos
bis, mœnibusq; vestris decertantes spectate. Hoc ducis ser-
mone ciues confirmati, nihilominus tamen ad Hispanum Re-
gem literas dant: hostium vires, & quid ab eis timeat, expo-
nunt: vt fortuarū suarum miscreantur orant, obsecrantq;. Igitur Hispānus, ne rem fortiae beneficio relinquat, exerci-
tum ex Cantabris, Bardulis, Asturibus, locisq; finitimiis cog-
git: alios qui longius aberant: euocari iubet: aut, vt in armo-
rum procinctu sint, hortatur. Præsentibus copijs Triciens
suum ducem præfecit, atq; superuenientibus, ut se illi agglos-
merent ad certū dic̄, locunq;, imperat. Ducem, vt quā pri-
mum laborantibus opē ferat, hortatur: Qui quam celerrim-
me potest, ad Regiū pontem, quem locum ministerij regij
prefectus præsidio tenebat, recta proficiscitur. Dianq; au-
xiliares copias expectat, nuntios Albano Duci mittit, qui dī-
cant, se missum à Rege cum exercitu, latiorum suspectias illi
pro vtriusque arbitrio, proinde faceret se certiore de belli
gerendi ratione, modo, loco, & tempore. Ad hæc Albani
rescribit, vt coacto exercitu in eodem loco consideret, se illi si-
gnificaturū tempus, quando illius subsidio foret opus. Esse
vero ē rep. Hispana expectare, quid iterēa hostes molirentur,

neq; enim dubitabat prope diem oppugnatiros urbem, sed nihil inde periculi impendere, ea sibi erat fiducia ex militu^m suorum alacritate, cumq; iam oppugnationis dies constituta instaret, compert ex transsugis, & exploratoribus, qua ex parte hostes urbem invasiri essent. Ea erat statio Antonio Fonsecæ, questori maximo decreta, propterea quod murus è vetustate putris, atque proinde ruinosus erat, neq; in tan precipiti necessitate à quoni^ms alio facile muniri posset, cum propter nimias illius opes, amicos, & clientes, tum etiā propter singularem quandam viri solertia ex rebus belli cis comparatam, in quibus iam inde ab ineunte adolescentia non solum interfuit, verum etiam præfuit, quam sēpissime. Is itaq; partem muri, que ab æde diui Iacobi protenditur ad portam, qua itur ad diui Francisci templum aggere, fossa, valloq; muniri iubet, atq; paris longitudinis, latitudinisque decem pedum alterum murum opere tumultuario intra mœnia dicit, quem ex terra pavito, trabibusq; contexta, beroni busque harrena oppletis, & culcieris premunit. Hunc immitatus Petrus Lupides Patellanus in statione sua munitioⁿ nem alteram erigit inter flumen, vrbisq; muros, complexus molem, que faceret vrbis propugnacula firmiora. Alij propterea partem muri sibi designatam fulciunt, erigunt, instaurant, propugnaculisq; prelexunt. Igitur Rex coacto exercitu, infestisq; signis ad urbem recta proficiunt, & quam proximè potest, castra metari iubet. Postero deinde die, qui fuit festus diuine Chatarinæ nomine relat⁹ in fastos, cum prima luce machina sulphurarie, non contra questoris

BELLI NAVARIENSIS.

maximi stationem, ut putabatur, sed è regione ad intum, qui Osornini comitis filio Garsie Maurico fuerat demans datus, visus sunt. Neq; toto eo die cassatum est à torquens dis saxeis orbibus, quoad bona muri pars cum suis munitionibus solo equaretur. Sed pro muro putri, beronibusque caducis, summissa armatorum acies succedit. Nam cum Comendatarius maximus pro muri se hostibus ostendisset, puduit auditos invicnes non protegere virum, qui maiori negotiorerescindus erat. Sed illos superueniens Dux, è loco tam periculo insit secedere, atq; hostem potius inter muri ruinas expectare monuit, quam se tormentorū istib; imprudenter obiectare. Sed nox superueniens, certamen in aliud tempus distulit, requiesq; data est, non tam somno, quia reficiendis muri, munitionibusque reponendis.

DE secunda oppugnatione urbis à Gallis fas
ta, & è diuerso de Hispanorum
propugnatione.

C A P. I III.

DIE in sequenti omne tempus in qua tiendis mæribus contritum est non tanto impetu quanto superiori. Nox deinde, quæ præcessit oppugnationis diem, barbaro more, tota conuictis, compotationibusq; iudis, iocisq; & iubilis, cantilenis, & clamoribus acta est, certatim omnes ad Regis prætoria concur-

runt, & vicissim Do. Paliza tabernacula frequentat.

Alij primos sibi scalarum ascensus depositunt, alijs se signa posituros inter murorum ruinas pollicentur, alijs ex Hispaniorum manibus arma detracturos, alijs deniq; (nisi consecuto negotio) in castra non relatueros pedem. At Rex est diuersi sojys, qui primum signa in urbem retulissent, milles nos aus reos respondet, qui primi, qui secundi, qui deinceps manibus ruinarum summa pressassent gradatum premia proponit. Do. Paliza barbam permulcens manu, at ego, inquit, praes dico vobis omnes milites, neminem vestrum ad nos redditum, si promissa tentatis efficere. Cum primum illuxit, praetoris vox omnes ad armas citantur, seq;, ut oppugnationi parat, edito monentur. Quae vox cum primum in urbe audit a est, omnis etas, omnis sexus ad pomeria, munitionesque concurrunt. Neque enim armati solum stationes sibi decretas, & designata subsidia occupant, sed & senes emeriti, ac pueri imbellies contos, & fudes conuehunt, atq; pro viribus suis quisque saxa, trabesque comportat. Mulieres culæ ollas, abenaque caldaria ferucenti olco, resina, pice, ac ex lixivio cinere plena parant, qua propugnatur i in muros subeuntium capita suadant. At qui Dux Albanus muram, qui partim dirutus, partim conquassatus erat, ne qua pars ductoris presentia, testimonioq; orbaretur, tris partito dividit, unam Antonio Fonsecæ questori maximo, alteram Ferdinando à Vega diui Iacobi commendatorio maximo commendat, tertiam ipse sibi retinuit. Cumque

BELLI NAVARIENSIS.

strenuissimus quisq; primas instantis periculi partes sibi des posceret: ne præscriptus ordo turbaretur, iubet suum quicq; locum, sibi iam inde à principio consignatum, tenere: deinde tria disponit subsidia, que vicissim laborantibus à prima fronte succedant. Prætoriam vero cohortem in medio collocat, que in utrāq; partem prospiciat, à frōtē, si quo in loco eſſet opus subsidio, & oppidani aliquid à tergo molis rentur. Quib; rebus ita ordinatis dum hostis incursum omnes expectant, ut forti, magnoq;, & præsenti animo eſſent, hortatur. Alijs Hispanorum victorias de Gallis habitas narrat, quas nuper in Italia, quas annis superioribus in Barudorum finibus ad Fontem Rabidum, & ad Salsulas in Gallia Narbonensi obtinuerant. Repetebat alijs Alphonſo Rege cognomine Caſto, Carolum magnum cum suis duos decim Paribus in eo ipso loco fusos, fugatos, proſtagatosque.

Admonebat præterea, ne terrorerent eos Germanorū vasta corporis moles, vultusq; truculentus: meminissentque potius, quod historici de illis produnt, habere cognitionem quādam, & similitudinem cum suis niūibus, que frigore rigentes calore resoluuntur: & quemadmodum primi eorum impetus maiores eſſent, quam virorum, ita & sequentes, posteaquam educint, eſſe minores, quam fœminarum. Dū hæc intra muros geruntur, Ioannes Rex copias suas explicat, atq; ex amicis familiaribusq;, & palatinis purpurti tercentum deligit, quibus ex Gallorum primoribus in Regis gratiam complures annumerat. Hi sequebantur purpurnum signum quibusdam aureis baltheis variegatum.

Hos obseruabant ex Transpyreneis, Vasconibusq; sagitta
tores, stlopetarijque, & velites ad octo pedium millia,
post quos Germanorion sex millia procedebant. Extre
mas exercitus partes cum tribus cataphractorum milibus
Do. Paliza tuebatur, ne quid altergo auxilia nostra molis
rentur, oppugnaturianque ordinem inturbarent. Ad
utrumq; armatorum latus Bencarnensium, Labritensium,
Phoxensiumq; & gregariorum hominum multitudo erat,
que scalas, arietes, testudines, aliae opugnatoria instru
menta comportabat. Cumq; bona diei pars iam esset pera
cta, armatiq; omnes in procinctu essent, machinarij simul ter
mentum partem murum libravit, que in hoc fuerat reseruata,
ut cum ictibus concussa rueret, nuda urbe hostes irru
perent. Eacum ingenti fragore subito cecidisset, tercens
tum illi, qui se Regis obsequio denouerant, antesignatum
suum sequuti fossam euadunt, munitionesque subeunt, & rui
norum fastigia manu prensant, pila, hastasque ferro acuto
prefixas, contos, bipennesque secures in hostium ora pres
tendunt. Hos Germanorum quoque altera cohors seque
tur, non tam propositi a Rege praemissa ducta, quam glo
ria inferendi sigma sua in urbem. At contra Hispani ars
ma armis, signa signis obvia conferunt, ferri aciem aciere
tundunt, manus manibus, brachia brachys, pectora pectoris
bus impellunt. Nec ullum intere accessat telorum genus,
non scorpionum sagittae, non fustibulorum, fundarumq; la
pides, non stlopetorum glandes plumbeae, non machinarum
saxci orbes contorii. Erat stans in precipiti Harris propu

BELLI NAVARIENSIS.

gnaculum, quod tormentorum istib[us] concussum repente cor
ruit. Huius fragmenta multos ex nostris obrivunt, sed Cō
mendatarium maximum imprimis, Villalbarumq[ue] Chiliar
cum, quorum insignis opera huius dicifuit. Similis ruina
oppreſſit Petrum Marticum, cui semiāntī expugna sub
tracto Ioannes Ramirus Cisterciensis ordinis à Calatrava
eques religiosus succeffit. Neque queſteris maximi suz
dor latere potuit, qui nunc militis, nunc duxoris, nunc hora
toris officio functus, suam atque aliorum stationes lustrans,
voce, manu, & autoritate multa simul faciebat: frequētius
tamen requirens partem muri sibi creditam, in qua ingens
erat fenestra, que orbis penetralia hostibus denudabat.
Eam igitur, quia a facilitiores aditus ostendere videbatur, sum
mis viribus oppugnat, sed non minoribus à nostris pro
pugnatur. Cumq[ue] neutri alteris cedere statuissent, edebas
tur interim magna vtrinq[ue] cades. Neq[ue] iam nostri pro
mœnibus, atq[ue] superiori ex loco rem gerebant, sed interce
pto muro, quasi in medio posuit Deus omnia campo, datus
tandem victoriam cause meliori. Tum Galli cernentes
se nihil proficere, atq[ue] plura vulnera accipere, quam infer
re, paulatim pugna excedunt, atq[ue] in tabernacula pedem res
ferunt humeris portantes duodecim genti insignium virorum
cadavera, relictis in media fossa duob[us] signis, quiq[ue] illa obſti
nate pertinaciterq[ue] tuebantur numero prope centionem immor
tui herentes, atq[ue] illa complexi. Interea Rex accitis notas
rijs dictabat epistolas, quas ad Reginam, ad finitimos prin
cipes, ad amicos stabularijs daret, quibus faceret illos certio-

res rerum omnium, que ad Pompeionem gerebantur, neq;
restabat quicquam apponendum, nisi quadie, quantoq; hora
fuisse urbis capta. Sed iam vidisset omnes negotio ins-
fecto se in castra recipere, alios fessos diloricatis armis,
alios vulneratos, alios timore, aut morte futura pallidos,
audissetque sua causa tot amicos, familiaresque cœsos,
flens, ciularisq; pectusq; plangens, agnosco, inquit, fortuna
meam, eoque misericordia me adductam, ut nulla possum me for-
tunare facere felicem.

DE Germanorū pollicitatione Regi facta, & de
duobus Germanis, qui minabundi
ad Ducem venere.

CAP. V.

REGER sic afflictum, affectumque Germanorū primores concenunt bono animo esse, arguendo regno bene sperare iubent, pollicentur, scilicet die postero negotiū suscepuros, effectuosoque quod aliorum ignorantia non esset factum, ac tradidituros se per manus urbem cum suis citibus, ut se de illorum sanguine ad satietatem usque vlcisceretur. His pollicitationibus recreatus, reflectusque Rex illis gratias agit. Illorum fidei, fortitudiniique, atque fortunas suas commendat. Re omniū perditā, & complorata, quicquid acquisierit, in illorū possestate futurum pollicetur. Igitur Albanus, cum cernes

BELLI NAVARIENSIS.

ret hostes intermissi pugna secedere, quasi vicit: utq; suos
animaret, alienisq; terrorem incuteret, iubet tympana cum
cimbalis tintinnabulisque pulsari tubas, cornuaque, ingensq;
clasicum edere, & quasi vicos, ac fugientes clamoribus
prosequi. Sed anteaquam in prætorium se ille recipret,
mutorum interrupta, minasque intus, a cœfici, instaurariq;
iubet: fossas & pomeria eruderari. Mœnia quoq; eò di-
ligentius ad seruari, quò propius hostes essent, atq; male ge-
stæ rei pudore magis irati, Vulneratos deinde consola-
tur, fortis laudat, atque omnes comiter, benigneq; affatur.

Dic in sequenti, qui fuit Christo à mortuis resuscitati dica-
tus, Hispani pro mænibus in procircu armati stetere, ex-
pectantes Germanos acris quam in hesterna oppugnatione
incepsuros. Sed cum ad multam diem omnia in castriis que-
ta vidissent, in alias curas animam conuertere. Alij mu-
nitiones reficere, alijs arma infibulare, præpilare hastas, spi-
cula producere. Pars inuenit, que pugnandi erat audior,
portis erumpit, pugnasque tumultusq; conscrit. Erant
inter eos ex Hispani Regis amicis, & familiaribus, Iohannes
Albion ex Tarragonensi provincia eques avaratus, qui
stropetaria glandis ictu perfoitus subito corruuit, magnumq;
moriens amicis, quos habebat quam plurimos, desiderium
sui reliquit. Primis deinde tenebris ecce duo ex Germano-
rum primoribus tibicine militari prævio, ad Navariensis co-
metabilis stationem recta tendunt, velle se cum duce com-
mentari non nihil dicunt, quod in rem communem exercitus
viriusque foret. Albanus, quamquam statuerat nullam cons-
ditionem

ditionem audire, que ab hostibus offerretur, iubet tamen illos admitti, atq; dicendi quid sibi velint facultatem dat.

Tunc alter illorum, qui procacior videbatur, huiusmodi sermonem habuit. Credo ego clarissime Dux Germanorū mores, ex quorum numero nos sumus, dignationi tue notos esse, qui tamen si non sibi, sed illis militent, à quibus sint mercenari conducti, non tamen fide minori, ac diligentia bella gerant, quam si aut de imperio, aut de suo capite res ageretur. Venimus huc ad octo armatorum millia virorum conducti a Rege Gallorum in auxilium Navaræ Regis. Qui maioribus Regis vestri viribus regno pulsus, viribus quoq; restitui vult Gallorum Rex, cuius causa regnum amiserat. Quod vero ante hac multa sunt facta, que Regis vestri maiestatem offendunt, id nobis displicet, sed non aliter fieri potuit, quam factum est. Nunc vero cum res in eo sit articulo, ut Hispanorū audacia cum suo Duce peccas sue permacacie mox fit luitata, venimus rogatum, atq; admonitum, ne velitis experiri extrema illa, que victi a victoribus armatis, iratisq; perpeti consuerunt. Nam quid spei relis quoniam est Hispanis numero paucis, fame confectis, muro, fossa, velloque nudatis, omniq; auxilio destitutis, contra Germanorum tot phalanges armis instrutas, corpore vegetas, atque in hoc deuotias, vt aut rem inchoatam efficiant, aut obstinate mortem oppetant? Suscepimus vero legationis hoc munus non cuiusquam insu, sed sponte nostra, vt animū nostrum vobis declararemus, et quod nos, in simili fortuna positi, faccremus. Quid illud esset, quispiam diceret?

BELLI NAVARIENSIS.

Nimirum cederemus tempori, atq; victori herbam porrigit
gentes, veniam petremus. Quo in statutes vestras sint,
videtis, que vos pericula mancant, circumspicitis. Una
salutis spes reliqua est vobis, si vos sine villa conditione vi
ctoris arbitrio dedideritis. Mites, atq; benigni sunt Dux
ces nostri, ex fortuna sua metentur vestram, omne ius bela
li vobis remittent, atq; incolumes abire sinent, armis tantum
aliisque ornamentiis spoliatos: que vobis etiam ea est illorū
rum mansuetudo, forte condonassent, nisi in prædam, manu
bitsque Germanorum iam pridem fuissent ab ipso Rege de
signata.

DE ducis responso Germanis dato, & de obsi dione relinquenda Gallorum consilium.

C A P . V I .

ATQ. VI Dux noster, tamen si erat natura
placidus, atq; ineptiarum huiusmodi contemno
ptor, ac derisor potius, subiratus tamen his
Germani verbis. Vana, inquit, spes vos
ò Germani tenet, qui ex animo vestro putatis hispanos nisi
cibo, potuque ad satietatem usq; refectos languidius arma
tractare. Nesciebatis Hispanos infame similes esse lupis,
quos improba ventris exegit cæcos rabies, per ignes, per
tela, per hostes cibum, si desit, quereres? Quid si numero

panciores, fameq; debilitatos, atq; hostium caede fessos, int
tercepisq; muri nudatos, nos putabatis, cur cessasti hodie
occasione marrisperes? sociisque vestris caesis, fusis, fugatisq;
opem ferres? atq; in oppugnationem inchoatam succederes?
cum præscriptim bona diei pars supercesset, in qua possitis evas
ritie vestrae cupiditatcm exploreres? Quod si ferieta vos
bis haec dies fuit, crastina experiri potestis, an Hispanos voi
res defecerint, idq; ut faciatis rogo vos, sitisq; primi, in
quos, quicquid virium nobis restat, effundamus. Hincq;
commilitones mei dignantur iam ignoros hostes sibi dari,
neque præberi macriam, unde possint egregium aliquod
facinus edere. In hac verba illos dimisi interminatus, ne
post hac, aut illi, aut alius quisquam huinsmodi nugas ad se
perferant, sed aut veniant armati perfidie sua poenas luis
turi, aut victi, supplicesque à victoribus veniam petentes.

Nam quod egregius Poëta de populo Ro. scriptum rez
liquit, Hispani possunt sibi iuslius usurpare. Percere sub
iectis, et debellare superbos. Hoc responso ducis tristes,
ac demissio animo Germani in castra redent. Hispani
norumque alacritatem, vigoremque animi socijs expo
nunt. Fames interea magna, magisque in dies extra iniras
que muros crescere, utrosque cogebat armis decertas
re, atque finem bello imponere, sed Regem acrius vrs
gebat, quem non modo commatus, et pecuniae deficie
bant, quod hyemis impotentia instabat, verum etiam quod
ingentes copie ab Hispano Rege mittebantur, que sup
petias Albaio Duci ferrent, que si scmel intra urbē recipie

BELLI NAVARIENSIS.

rentur, omnis spes sua in ventos esset abitura. Supplex itaq;
Germanos rogat, ut stent promissis, fidem seruent, nihil
sibi iam esse relictum, nisi in illorum fortitudine, hostium
ipolia, ciuiumq; bona illorum tradit, protestatur nihil sibi ex
ea victoria nisi sanguinem ciuium expetere. Penituit Ger-
manos tam temere operam suam fuisse pollicitos, tamque ar-
duum, ac difficile negotium suscepisse, puduit tamen illos pro-
missa non reddere. Respondent itaque perendinum in
diem, urbem captam se per manus illi tradituros, aut omnes ad unum in medio opere pulchram mortem obuturos.
Hujus tam perniciose pollicitationis Domi. Paliza factus
certior, in tabernacula Germanorum tendit, illorumque pre-
fectos, ac centuriones in vincula coniicit, atque insuper i-
gnominiosis verbis increpat, quod se inconsulto rem tam
inconsideratam, improuisamque attentarent, unde non solū
ipſi miserabiliter, & digne perituri essent, sed & suo duci
imprudentie, atque rei male gestae notam insurerent. Qnod
sitale aliquid posthac unquam admiserint, per Galli principis
genium iurat, se in ipsis capitaliter animaduersurum.

Venire in Regis prætorium tendit, quem cum se pugnae
apstantem offendisset, acerbis, quam regi dignitas susti-
neret, increpat illum, temeritatisque illi crimen obiecit,
quippe qui tentet incassum vitres effundere, atque floren-
tissimas copias interectioni hostibus dedcre. Qod si
tam precepit animi, & consilierat, ut suum tempus, fortu-
numque non agnosceret, idque penitus volebat, utrei pers-
dit & se, saoisque omnes adderet, se tamen non passurum, vt

exercitum sibi à Rege commissum hostibus sine causa truci dandum obiiceret. Sed neque censebat diutius in obsidio ne permanendum, cum iam hyems impenderet, famesque indies cresceret, nec esset unde commensus in castra satis commode comportari posset. Multi sermones cum Rege, Regisque familiaribus in hac disputatione consumpti sunt. Sed Rex tandem inuitus cessit consilio Do. Palizie. placuisse postridie obsidionum solvere, & sub primam lucem vas a conclamare, signaque tollere.

QVOD Galli soluta obſidione diſcedunt,
quo die Dux Triciensis cum auxiliariis
copys venit.

CAP. VII.



G I T V R nocte in sequenti à quarta vigilia, dum tormenta, machinæq; carris aptentur, binæ acies factæ ex omni equitatu, peditatuq; (quasi ad pugnā parata) in procinctu steterūt.

Principionostri putarunt Gallos se ad oppugnationē parare, quam erecto, & alacri animo expectabant, sed cum illos vidissent in diuersum paulatim secedere, omnes subito portis, ruinisq; murorum erumpunt, hostesque insequentes ad pugnam accessunt. At illi relicta machinarum parte, & quicqui exercitus inuidium, vulneribusque aut morte oconfecti ncrat, negligentes, compositis ordinibus benes

BELLINA VARIENSIS.

ficio noctis se intuta recuperant, finemque insequendi nos-
tri imposuere, qui propterea, quo d'paniores erant, & per
turbatis ordinibus, quantum quisque poterat, hostes inseque-
bantur, ne quid detrimenti per noctis tenebras patarentur,
in urbem sunt regredi: id quod gestum pridie calendas De-
cembris, qui est diuini Andreæ nomine relatus in fastos. Pos-
stridic vero huius diei primaluce Galli copias suas in ordi-
nem redegerunt. si teruntq; in procinto quasi pugnaturi, si
ue rot suos aberrantes ex fugare ciperent: aut si nostri perse-
queretur, ut pugnarēt, si ex loci opportunitate facultas das-
retur, vel ut tuiores in fines suos abirent. Eodem die
paulo ante solis occasionem Dux Triciensis cum auxiliariis
copijs ad urbem accessit, crant in comitatu illius regalis mis-
nisterij Praeses, quem diximus Reginæ pontem iusseisse,
Dux Secobiensis Hispani Regis fratris patruelis, Dux à
Villaformosa, Dux Lunensis, Marchio Aquilarius, Cos-
mes ab Accuto monte, Comes à Ripa Gorza & reliqua fe-
re omnis regalis ciuitate inuentus. Quos sequebantur equi-
tes mille quingenti, armis, auro, purpuraq; fulgentes. Pe-
dicum vero generis omnis armaturæ numerus fuit sex mil-
lium, quos ducebant Gometius Buitronus, Martinusque
Avidianus, & Rengiphus. Crescebat indec auxilium,
quod ad Reginæ pontem cogebatur. Sed Dux veritus,
ne nostri fama, videturibus, morbis, vigilijs, laboribusq; co-
fandi Gallorum vegetam, atq; recentem multitudinem sustine-
re diutius non posset, cum presentibus copijs, atq; quā mas-
ximo potest committat in auxilium properat. Ciuis ad-

uentus & si omnibus in commune fuit inuidus, ciuibustas
men longe magis, qui Registrati scutum in se, domosque
suas pertimescebant. Albano tamen Duci non satis cons-
tabat fuerit ne gratus, an potius molestus. Dolebat namq;
solidam sibi gloriam crip*i*, quam nemo cū altero quo*cinq*;
libenter patitur esse communie: quiq; avim magnitudine præ-
cellunt, libentius se fortunae periculis exponunt, quam rei be-
ne gerendæ alteri participant. Itaq; saep*e* Ducem Triciē-
sem per litteras & nūcios hortatus est, ne ferret suppetias,
ni accersitus sibi: satis præsidij esse, non solum ad propulsan-
das ex urbe hostium oppugnationes, sed etiam ad erumpen-
dum, atq; medio campo collatis signis configendum. Hos
animos illi dabant Hispaniae lumina, que in suo erant comi-
tatu, & qui maioribus saep*e* rebus non solum interfuerer,
sed etiam præfuerunt. Atque in primis duo fulmina belli
Antonius Fonseca questor maximus, & Caucēsius & Ala-
heiorum dominus, Ferdinandus à Vega Commendatorius
maximus à Castella, nam alter à Legione Germanicata
tum huic negotio interfuit. Coronari quoque Centurio-
num præfecti Villalbanus, & Rengiphus, quorum opera
compluribus alijs in rebus fuit insignis, sive iphis hoc tem-
pore non defuerunt. Sed neq; Petrus Lupidcs Patellanus
cum gentili suo Ioanne Patellano. Ludouicus quoq; à Cor-
duba Comaresis Marchionis filius, atque alter Ludouicus
à Cauda: Petrus & Ioannes ambo à Conta cognominati:

Iacobus Rogius, atque eodem cognomento Rodericus
Diaz, Petrus Manricus, & Manricus quoque Garsias Co-

BELLI NAVARIENSIS.

mitis Ossornini filius, Iacobus Merulus, Ioannis filius am-
mos atq; nomē cognomēq; aut referens. Ioānes & Garfias
utraq; à Villoa cognominati, Comes stabilis Nauariensis,
Francus Bramontanus, Ioannes Carrenus, Alphonsus Car-
rillus, Petrus à Tapiā, Ioannes à Castella, Aluarius à Luna,
Iacobus à Vera, Sanctius à Leiva, Manuel Benavidius.
Nam quid ego Petrum Marchionem à Villafrancamagni
Ducis filium inter ceteros memorem? qui per vestigia pas-
tris incedens hoc tempore filebitur, atq; alias meritis laudis
bus non fraudabitur. Quid alios complures eiusdem or-
dinis viros? quos infinitum erat memorare, quorum fidus
cia nihil erat, quod magnanimus Dux sibi non pollicere-
tur, victoriam ex hostibus maxime, quam præ manibus ha-
bebat. Utinq; tamen erat animatus agit hospitem lation,
Ducemq; aduentantem longè ab oppidi portis excipit, atq;
data acceptaq; salute in templum misericordie, quod erat ex
tramuros, quam honorificentissime potest, illum collocat.
Copias vero auxiliares eadem castrametari iubet, qua pau-
lo ante Germani infederant. Hic dies, quo & Galli sole-
uerunt obsidionem, & auxilium nostris superuenit, fuit ca-
lendarum Decembri.

Q V O pacto Galli in fugam conuersi, iterum vr-
bem obsidione cingere simulant, deg; nuns-
tio per Peciales ab illis missa, Dux
cumq; nostrorū responso.

CAP. VIII.

POST TRIDIE vero eiusdem diei Galli, qui nostris in sequentibus ustis fluminis pontem se in loca tutiora receperant, prima luce in campo radicib⁹ montium adiacente cohortibus ordinatis apparuerunt. Cumque iam ab urbe quatuor millibus passuum abessent, nostriq; putarent, illos nihil nisi de canendo receptui cogitare, decrepente urbem versus redierunt, incertū qua ex causa. Sed quis trahat, plastraque, & carros premiterant, non erat dubium illos substituisse primum, ac deinde regressos, ut sui exercitus reliquias colligerent, atq; praecedentium impedimentorum terga redderent tutiora. Interm Dux nostros non cessat Barulos, & Vascones, Cantabrosq; exhortari per nuntios, ut vias corruptant, atq; arborum ramis fossisque & aggeribus faciant imperuias: atq; hostes fame, ac frigore confestos ex superiori loco incesserent. Sed Galli, cion intelligerent nostros non esse manero pares ad decertandum Marte dubio, puderetq; illos huius belli principio magna pollicitos, nunc inglorios abiectosq; discedere, decreuerunt subsistere. Atq; ut velamen aliquod pudori pretendenter, disponunt acies, cohortesq; in ordinem redigunt, mittuntq; Feciales ad Duces nostros, qui decernendi locum, tempusq; indicant, quod ipsius fuit argumento, illos non militum numero, non animi robore, non villa alia re, quam commicatus, viciusq;

BELLI NAVARIENSIS.

penuria ab urbis obsidione destituisse. Ad hanc Fezialium contestationem vterq; Dux alterum roget, vi respondeat, comitcrq; in collegam partes suas reiicit. Sed vicit tandem Albani Ducis urbanitas. Erat autem Dux Tricensis, cum de rebus bellicis ageretur, paulo liberior, ne dicam actiātiorem, is cum diās multa facete, & ex more suo solitus esset arroganter dicere in expeditionis huius initio, duo potissimum illius dicteriora circumferuntur. Nam cū Gallorum Rex Hispanorum paupertatem exprobrans dicret: non amplius illos in hoc bello duratores, quam dum emendatae stipes stipendiis militum solvendo sufficerent. Hoc male falso Rex dicebat alludens ad pecunias, quas ex sedis apostolice indulgence tuis ad belli Mauritani sumptus exigebantur. Quid, inquit, Tricensis Dux nostra refert, armis ac calathis hostium ora contundamus? Calathis nāq; solēt mendici stipes frustaq; & quadras panis rogatas excipere. Cumq; illi rursus Albani Dux auxilio proficisci enti Rex nostris multa benigne pollicetur, seq; suumissurum non solum copias commeatumq; rerum omnium, que sunt ad bellum necessaria, sed etiam pecunias stipendio militibus per solvēdo necessarias, cœpit succiūre et carmen illud, quod est in ore omnium. Vamos nos (dī xo clī mi Tīo) à Paris effaciudad. Ac si diceret, nisi militū, cōmeatus, stipendiaq; deficient, nulla per me mora erit, quin vicitor Parisios vsq; perueniam. Igitur nunclibet libertate usus Fezialibus respondet se, non ea causa venisse, nec id sibi a Principe, a quo mittebatur, mandatum, vt collatis signis decerneret, sed ad hoc tantum, vt ob sessam urbē firmiori præ-

fidio muniret. Neq; enim, inquit, de eo nunc certamen est, uter exercitus medio in campo sit armis superior, sed ex duobus Principibus uter Navarre regno potius: in eoq; nunc victorie momentum confistere, vt ille victor sit, qui semel parta defenderit, possederitq; ille vicitus, qui praeditus hostem possessione perturbare, nec tam (quod aggreditur) efficit. Quod si Gallis, inquit, tantum animi superest, ut ve- lint nobiscum armis experiri, expectent aliquos dies, dū His spanorum copiae, que me sequuntur à Tergo, in unum locū conueniant. Tunc secum collega suo non modo in agro Pō pelonensi, sed in medijs campis pugnandi copiam dauros.

Hoc per Feciales responso accepto, Galli cuestigio, ut erāt in armorum procinctu, iter arripuit, et claq; se in patriam atq; ad suos recipiunt.

DQVEM ADMODVM Do. Paliza Ioannem
Regem de regno recuperando diffidentem
consolatur, Dicemq; nostrorum de
persequendis hostibus
consultatio.

CAP. IX.

REX interim Iannes, qui usq; in tempus illud spem metamq; inter dubius, atque animi pendes fuerat, nunc iam, cum videret suos, atque illos maxime, quibus plurimum fidebat, et in quibus omnē dignitatis recuperandae fiduciam collocauerat,

BELLI NAVARIENSIS.

non solum urbis obfitionem descrere, sed etiam sic abire, ac si eò nunquam essent reddituri: non ut antea spem vultu simulans, præmens altum corde dolorem, non fortunam suam lamentis questibusq; incusans, sed præ nimio dolore omnem tristiciæ imaginem facie ac vultu præstebat, vrbēq; nūquā amplius videndam, dotalessq; agros identidem respicens attonito similis habebat. Quem sic affectum Gallorum Dux maximus Paliza multis exēplis ex historia, multisq; rationibus ex communii vita de promptis consolari nitebatur. Sed ille tanquam ægrotus iam deploratus, ac de salute desperans, nulla medicorum fomenta admittebat, neq; se aliquaratione curari patiebatur. Nam quid faceret do tali regno expoliatus, atque remale gesta patrimonio orbatus? idque non tam aduersa fortuna, quam sua culpa: quippe qui nescierit inter duos Reges potentissimos se medium sequentremq; præstare, aut si non posset virumque alterum ex illis saltem demereri. Atqui Duces nostri cū viderēt, hostes nihil iam nisi de redditu in patriam, domosq; suas, atq; diuersoria nota cogitare, quid in tali tempore factō opus esset, inter se consultant. Albanus pallantes, fusos, et fame ac frigore confectos ad internectionem usque persequēdos esse dicebat, neq; rei bene gerendæ occasionem tam certam, tam facilem, tam honorificam, gloriosamq; omittendam esse. Tritiensi vero dissimulandam esse hostium fugam, neq; illis instandum, ne ex desperatione cogerentur pugnam reintegrare, vnde est notum illud carmen. Quondam etiam vittis redit in præcordia virtus. Afferebatq; multorum

exempla, qui necessitate cōpulsi ex vīctis evasere vītores.

Referebat præterea Pyrrhi Epirotarum Regis præceptū illud memorabile. Hostibus fugientibus non esse pertinaciter instandum. Petebat Albanus à Triciensi ex exercitu, quem vegetum recētētq; ducitabat, aliquot equitum turmas, peditumq; cohortes, que hostem abeuntē insequerentur, nā suas causabat per partim vigilijs, partim morbis laboribusq; confessas. At ille, cui non placebat consilium illud de insequendis hostibus, dicebat se non ea causa venisse, vt medio in campo configeret, sed vt obſſis, atq; ultima necessitate & angustia positis opem ferret, idq; à Rēge sibi in primis fuisse mandatum, atq; hunc in modum alter ab altero digressi sunt. Triciensisq; Lucronium cum suo exercitu ad Rēgē redit, Albanus vero in ciuitate iam quieta pacataq; permanens, quoad illam ordinaret, atq; per manus traderet, cui Rex tradendam esse decreuisset. Sed ne hostis intrepidus securusq; sic impune abiret, mittit litteras ad viros Principes, qui erant finitimi his locis, per quos Galli Germaniq; iter faciebant, hortaturque illos, vt fugientibus negotium facescant, neq; sinant illos sic quietos abire. Qui non segnius (quam imperatum est) iussa exsequuntur. Nam & Gongora dominus trecentos ducens equites agmina sequebatur, neque præ frigore ac fame consequi cessat: nam prima luce adortus partim cœsis, partim captis cum ducentis equitibus spoliisq; militaribus per medias urbis portas viasq; publicas vīctor regreditur. Ex altera quoq; parte Lizari dominus cum tercentiam peditibus expeditis extrema Gallorū agmina

BELLI NAVARIENSIS.

insequatus inuadit Germanos, quos machinis asseruādis Galli præfecerant. At illi cum viderent Bardulorianū omnes populos in unum coiisse, impetuūq; illorū nō posse sustinere, glandaria tormenta in eos dirigit, igneq; iuncto instantes glandibus perturbant: ipsique per fumum sulphurarijsque tenebras clapsi, per anfractus, syluarumque diuerticula fugiunt. Quos ubi Barduli aufugisse intellexerunt, nam in principio subesse insidias aliquas sufficabantur, machinas inuadent, iumentisque tenuiores reportandas imponunt, maiores res virto plausitis, carrisque trahendas applicant. At non mediocri negotio in urbem aduehunt, non sine quadam triūphi specie, nam et armatorum peditū ingens multitudo præcedebat, et non minor sequebatur acclamantis unō ore: Io Triumphe. Quod gestum est idibus Decēbris, hoc est, postridie eius diei, in quo Diue Luciae festum celebrat̄.

Anno à sancte Christiana Millesimo Quingentesimo duo decimo.

Belli Nauariensis finis.

APUD INCLYTAM GRANATAM. ANNO. M. D. L.

Ex his difficulter tu tibi same viam.



Aetherium quicamq; capis cognoscere regnum.